Suetonius De vita XII Caesarum

Suetonii C. Concent

I 00257

BIBLIOTECA
DE LA
Universidad de Salamanca.
Est. 12 Caj. 3. Núm. 4.
2-12-3-5

tilsimus. Et quidem si ré
gine, inaccessum contest
adscripti Primæui tui En
rogeniem, mortali
et admiranda.
m copia, quo

## ANAGRAMA.

*Via docens deditur, adeas, legas.*

### EPYGRAMA.

*Hic liber, hicque labor, per quem vagus exulat error,*
*Hac iter est cunctis, cuà labyrinthus erat*
*Dædalus an Didacus, qui egum enigmata soluit,*
*Quid supereſt, alas credidit ipse, volet;*
*Deditur en via iura docens, adeasque, legasque.*
*Hoc nam consulto consulis ipse tibi*
*Progredere ò Lector, te nam dum carmina sistunt,*
*Obsistunt, pergas, mitius extat opus.*

---

Ad D. Didacum de la Scena Præceptorem suum in suas Iuris Exercitationes in ipso flore iuventæ in lucem editas, D. D. Antonius de Guevara, &c. iuventutis splendor, & omnigenæ Iurisprudentiæ Iuvenis.

### EPYGRAMA.

*Præludebat Hydræ Alcides, dum fata veneno,*
*Serpentum elisit colla, tenella manus.*
*Intempestiuos tenero, qui in flore iuuentæ*
*Emitis fructus, credere magna iubes,*
*Credere magna iuuat, præludit Didace magnis*
*Iam nunc magnificè scribere docta manus.*

EXCEL-

s mulcenti mana tractabit, & ex
exeret vultus. Celebre vetustatis
ne Deorum, hunc ipsi errorem pe-



Aturit iam (
ingenium lucubrationes sua
quid ni dixerim lenocinia, qui-
bus ephebus adhuc puer Iurispru
dentiæ blandiri desiderat. Adeò
enim naturalis pudor intra mo-
destiæ cancellos me continuit,
vt Exercitationes immaturi iu-
ditij ad vtilitatem tuam haud
metiri posse existimarē. Sed eo
iuvenilis collimat audacia, vt
quem nondum inauguratum
professorem aspiciebas desidem
non putares, non enim vsque superbit ingenij mei imbecillitas,
vt aliquid laude dignum gerere credat, ignosce, vt si quam plu-
rima in his pagellis offendant, delectent tamen animosa peri-
cula. Scio laboriosum me indixisse certamen, sed recreat nihil
splendidum à me fieri, vt ex eo aliquem inuidum habere præsu-
mam (vt de se Themisthocles asserebat) Plutarch. de differen-
tia inter odium, & inuidiam: *His verò magis inuident, quos ad*
*virtutem rectiori tramite prodeuntes intuentur.* Illud quippe præ-
sefert præstans, & excellens virtus, vt facilè inueniat inuidos,
aut inimicos, qui enim ad reipublicæ vtilitatem sententias suas
dirigunt, multa eis proposita sunt pericula, multi aduersarij,
multæ inuidiæ subeundæ. Eam tamen Zoylorum acerbitatem
doctissimi iam subierunt, quam cōmemorare nihil necesse est:
præcipuè ab impostoribus, qui Iurisconsultorum liberali no-
mine adumbrantes suas ineptias profitentur se ius nosse, &
natalitias legum obseruationes. Enimverò erubeo, quod im-
politum opus, & eruditorum auribus minimè dignum, sed pri-
mos studiorum, & adolescentiæ fructus in manus tuas perueni-

…turam liberalem com-
…parcam. Quod Phœbus splen-
…debet, non lumini; ast virtuti
…dæ adscribitur triumphari nubium caliginem, desijci caliginis
horrorem, eludi, ac illidi nevosæ tempestatis fragorem: non
quod Philippum Patrem Alexander sortiretur, sed quod ipse fi-
lium se fecerit Philippo dignum, in fastigium evexit: Principes
filios generant, qui se probant vel solio dignos, vel solo, morte,
vel murice; Præceptoris industria illustri quoliber ornatu tene-
ritudinem polliens, insigniens iuventutem beneficij titulo erga
discipulos potest superbire: hunc tu mihi honorem peperisti,
me tibi sic honoratum alterum Æschinem reddo: quæris quan-
ti me æstimem? quanti ipse munera, quæ largiris, tu mihi te
dediti, munus gratum offeram, dum tibi me dedero. Reddo e-
nim te tibi vtinam æternaturo, vt sacrarium obtineat religio,
pietas asylum, Principes typum, orbis exemplar virtutes patro-
num, omnes Dominum, cui libentissimi inseruiamus. Vale,
vive fœlix.

AD

EXCELLENTISSIMO D.

D. ANTONIO …

LADRON DE GV …

Ex nitidissima Comitum de Oñate Familia Proceri nobilissimo, inter doctos Principi, & inter Principes doctissimo, Magno Commendatario de Havanilla, & apud Salmanticenses iam iam Rectori,

SVVS D. DIDACVS DE LASERNA S. & F. præcatur.

2-14-3-5

E mirere (Princeps Clarissime) eò vsque audacter me extulisse, vt munere devinctus te deligam Patronum, quem iam diu dominum sortitus gaudeo in paucis fœliciss^e. Hærenti quippe animo tria te suggessere eligendum; beneficia accepta, quę grati obsequij exigebant specimen; magnificentia tua, quæ fileri impatiens iam iam à teneris vociferanti famæ propria encomia committit concinenda; operis denique argumentum, quod Exercitationum titulo inscriptum exercitatissimi Principis titulis voluit inclarescere, præselaturum venustum aliquid existimans te ipsius fronti affulgente.

Loquentem desiderat excipere magnificentia tua in paucis conspicua, illustris inter omnes, qua emines, & emicas clarissimus.

¶¶

254

rum magnitudinem metimur ex ori-
or fastigium tuæ stirpis, cœloque iam
ecci de Guevara superam deprædicant
am prætergressa memoriam hominibus
apparet Eius ipse generosa propago affluenti orna-
mentoru s nunc explicas flores cultissimo studio
fructus toti orbi terrarum proferes optatissimos. Maximę Gue
uaricæ Genti gratulabundus assurgo maximum consequuta fi-
lium, quem vltra nullus excelsior eminebit. Debuit iam sanè
natura tot viros eximios contemplata te concipere, exprime-
reque iconem perfectissimam tot tuorum inspectis exemplari-
bus.

Germania non prius Proavum tuum D. D. Enecum Velez de Guevara vidit, quàm inuidit Hispaniæ Principem celeberri-
mum. Imperium ille obtinuit Mathiæ, id concessit Secundo Ferdinando, Tertio Regiam purpuram obtulit; sic fuit vt priùs Comes de Oñate floreret etiam in Italia, quàm Rex. Magnitu-
dinis, ac nominis successit hęres Heros excellētissimus Patruus, ac Avus tu li quies iucundissima, Romæ ab Hispania
suus redi s, Anglię affictus splendor nauticę gen-
tis specu aturam instruxere, vt Parentem tuum
D. Belt uevara prudentia excellentissimum,
exceller gnitudine Principem, Principatu dig-
nissimun em. Macti clarissime Princeps tanto
splendori l algens, secessere ipsi astra pulcherrima te
exorientem Phœbum contemplati, fato concessere, postquam
orbi te concessere, vel sibi parem, aut maiorem.

Quid itaque mirum, si ingenij mei lucubratio qualiscum-
que solem, vt lustretur, desideret, iurisque exercitium elabo-
ratum optet legum obseruantissimum ipsas nunc audientem il-
lis obauditurum, argumentumque operis tuum formam desi-
derat, nec opus est alio splendore, vt luceat. Humaniores flosculi inseruntur, à tuo vultu libati videbuntur, suopte genio viridarium amœnissimum diligentes, te eligunt cultissimum ex



H 00257

b17910249

omnibus, qui hos legerit flo
area tua decerptis hilares
commentum flores ali sangui
perit abs dubio colorum decor, aut decus: hi purpura ornati
galem ostentant maiestatem, illi eburneo splendore inclaresc-
unt, alijs flagramus simulantibus flammas, appetimus alteros
aurum effingentes. Te influente Princeps Clarissime, & fictio-
ni veritas obtigit, & huic operi principium nobilius à tuo sudo-
re ortum, ab exercitio nomen, à te ipso famam, gloriamque
percepturum.

Accingor tandem Princeps clarissime accepta munera os-
tentare, tentare magna debilitati licet, perficere paucioribus;
innumeris ergo succumbam referendis, acceptis impar abs du-
bio. Ad Magistri tui honores *Roa* me accersiuisti patrio muni-
cipio, emancipatus tanto beneficio inseruiturus accessi, sed pu-
ber, vt in te conspicerem genium, ingeniumque superius, qui
puer gloriaberis litteraria lauro redimitus. Orchæstra Salman-
tina vix egressus iterùm in arenam descensurus adueni, sed ex-
positam certamini teneritudinem glorioßissimo labore subdu-
ctum, novo munificentiæ prodigio vltra præscriptos terminos
liberalitatis imperium te extendente. Munerum pondere sic
miseros deprimere, vt in grates nequirent adspirare profusio-
ri cuilibet fuit intra gloriam, sed vanam: eos, in quos confe-
runt beneficia liberales, liberos, & divites facere elogium pa-
riat, sed parvum: sed illo adstringi, quo obligas, eo vinciri,
quo vincis, eoque ornari, quo honoras extra vulgares rhetores
exquirat encomiastam, nondum comentum largitatis *genus*
primas inter reliqua gerens primos audiat concentus.
Virg. 3. Æneid. ——— *Grates persoluere dignas*
*non opis est nostræ.*

Tantum fuit Magistrum me elegisse; Dijs, Parentibus, & Ma-
gistris venerabunda assidit [illegible]entus, pari vtrosque prosequutu-
ra reverentia, paria quibusliber ornamenta nanciscens, nisi
maiora dixeris, quæ à Præceptoribus percipit, vt quæ perficit

22-3-51.

Omnia Beroaldi primum, et postea

CH. PARADINAS.

Emi Salmaticę cōpacta 240. Anno 1603. mense Octob. Ch. Paradinas Bacca

SVETONIVS TRANQVILLVS CVM PHILIPPI BEROALDI ET MARCI ANTONII SABELLICI COMMENTARIIS.

¶ Ad Inclytū Hānibalē Bētiuclū Illustrissimi Io. secūdi Bēti. filiū. Philippi Beroaldi. Bononiensis epistola.

¶ Clarissimi philosophiæ cōditores Inclyte Hānibal Bētiuole hūanā felicitatē ex aī corpisq; ac externis bonis metiūt: beatitudinēq; statū bonoꝝ oīum cōgregatiōe pfectū eē diffiniūt: q̄ & singillati & ī uniuersū contēplāti mihi liq̄t illustrissimū patrē tuū: absit iuidia uerbo: eē felicissimū. ī quo & naturæ dotes & fortūæ bōa cumulati cōgesta cōspiciūt. Nāq; prudētia: q̄ ars uitæ ē: ppe singlari cōsilioq; pntissimo pcellēs rei pub. bononiēsis habēas iā mltos annos adeo calleter regit. adeo sapiēter moderat': ut nulli⁹ ciuitatis stat⁹ sit fortunacior. ut illo gubernāte male uehi neq̄am⁹: ut illo clauū regēte nulla pcella: null⁹ turbo sit bonōiēsi cymbæ ptimescēd⁹. Ad hæc decor formæ. cōpactio firma mēbroꝝ: succuleta pceritas: dignitas oris: suffllaua Cæsaries lōge lateq; pricipē oñtāt: & amabili q̄si q̄dā maiestate cōdecorāt: breuiterq; primigēia naturæ: q̄ uocāt. in eo uno absoluta idētidē cū uoluptaria admiratōe suspicim⁹. De fortūa uero: q̄ ut nō iscite autūat theophrast⁹ uitā regit: q̄: ut iqt captiu⁹ plautin⁹: hūana fingit arctatq; ut lubet: & si timide cauteq; dicēdū ē: dicā tū: clarissimū patrē tuū ab ea tā molliter foueri tā idulgēter hilarari: ut fortūæ uel pt⁹ uel alūn⁹ merito uideri possit. L. sylla apud Romāos felicis sibi cognomē adoptauit. Tiothe⁹ apud græcos eutyches. i. fortūat⁹ īpator dicebat'. Maxius uero pī tu⁹. nūq̄ a me sine honoris pfatōe noiand⁹ re nō uerbo ē &. L. sylla felicior: & timotheo fortūacior: cui⁹ ut opes: affinitates: cliētelas: potētiā auctoritatē: gloriā: cæteraq; id gen⁹ omittā: nōne illa uel sūma felicitas ē: qđ rei. pu. bononiēsis aīus ē illa corp⁹ ipsi⁹: qđ ab ei⁹ uita uelut a filo pēdet sal⁹ uniuersæ ciuitatis. qđ a capite nō possūt mēbra diuelli citra pnitiē: qđ nomē bētiuoloꝝ nō mius amabile ē apud ciues tuos: q̄ olī apud romāos antōinoꝝ. soleo eqdē serrata bētiuolæ gētis īsignia nō icōciniter opior herbā parietariā nūcupare. ex eo qđ ī oībus pietib⁹. ī oī structura parietaria. i oīb⁹ tā publicis: quā priuatis edificiis sculpta celata: picta cōspiciunt': adeo q̄ simulachra serrulata ītra oīum edes fauorabilr correpserūt ut pene simillim⁹ sacrilego iudicet': q domi uelut ī larario nō hūerit effigiē serræ pnitētis: cui⁹ nomē adeo frequēs adeo plausibile ē: ut quotidianis acclamatōib⁹ ī ore uulgi fauētis audiat': magnū. prsus fortūæ florētis idiciū. illud uero quale ē. q̄tūq; specimē raræ felicitatis: qđ sūmates ifimatesq;: qđ ois ordo ois etas splendidissimum pfectuū certati affectātur. psequūturq; Matutini post meridiāiq; deductores reductoresq; haud dubie offitiosissimi. qđ multa: hoc columē ē hec nostroꝝ sultura mūicipū. adhūc oēs dirigimur: adhūc cōuertimur. sub huius nutu regit' uita nostra cū. Nec id imerito: refert'. n. ab illo nobis gīa. plyxior. Nāq; qđ cū dignitate ociamur: qđ festa pace gaudemus: qđ lōga felicitate floresci m⁹: qđ opulētiis affati suffarcinati uitā degim⁹ beatā oia deniq; bōa: qbus iā multos annos pfruimur: si bēigni rōcinatores eē uoluerim⁹: uni bēiuolētissimo pī tuo accepta referem⁹: q optimi stat⁹ auctor: q florētis rei pu. tutor: q dulcissimæ libertatis cōseruator existit oli Titus flamini⁹ græciæ soter ob salutē libertatēq; pbitā uocabulo græco ē appellatus. qđ uetat & hūc nostr̄ Bononiæ sotera nūcupari q̄ salutē nobis libertatēq; dedit & quot diebus dar: q pīæ ē exornator amplificator. illustrator. Istā. n. urbē edificiis uel nouis uel refectis excoluit: adeo ut gloriari possit se latericiā formicatā et ornatā relinq̄re: quā ligneā luteāq; ac carie uetustatis ruīdā accepit. hoc auctore: qđ nemo nō nouit: Bononia exuto senio iuuenescit. & deterso situ recētat': magisq; ac magis ī dies excolit': adeo ut q̄ prius neq̄. n. diffitebor: sordida taberna uisebat': nūc iter pulcherrimas italiæ ciuitates pēseat'. & cū felicitas principum maxia sit posse facere felicē: felicissim⁹ ē pī tuus: q nos oīs facit felices ac fortūatos: quo īcolume incolumes: quo felice felices nō esse nō possumus. Ē cōtrario cū felicitatis pediſſequa sit supbia ipse mitissim⁹ ē comissimusq;: Ad quē ita faciles aditus sūt: ita libera alloquēdi facultas: ut sūmi ifimi seniores iūiores idiscrimiati adeūtes admittāt' statī: & stati dimittāt'. mira. prsus ī pricipe auriū patiētia: q̄ audiēdis oīum desideriis adeo exposit⁹ adeo obui⁹ ē: ut q dignitate sūm⁹ ē: is facilitate ifimus uideat'. Idē ī cōponēdis litibus ac controuersiis iter ciues æqssim⁹ disceptator. ī sedādis simultatibus ac recōciliāda gīa optim⁹ pacificator. ex quo fit ut cūcti ueluti parētē publicū ueneremur: & q̄ uera felicitas ē dignū felicitate censeamus. Cæteꝝ cū beatitas mortaliū mutila ac māca sine liberis a cōditore pipateticæ sectæ nobilissimo iudicetur: ī hoc quoq; felicitas amplissimi parētis tui fit cumulatissima: q uel sola sobole: q̄ illi nō mius generosa est q̄ numerosa. pōt uideri beatissimus: cui⁹ tu stirpis maxius natu: ueluti lucidissimū sidus enitescis: q corpis ac naturæ bōa belliscis politicisq; uirtutibus īsigniter exornasti. tu ab ieūte pueritia armoꝝ pitus & callens: dū audis disciplinā militarē pstare cæteris oībus: dedisti ī hasticis certaminibus documenta nō modica excellētis generositatis Tu pria militiæ rudimēta ī ætruriæ liguriæq; cōfinio Florētinis approbasti: a qbus adolescētulus imo puer adhuc militari pfectura honoratus id specimē uirtutis dedisti eā opam nauasti ī bello aduersus Genuēses susceptō: ut serzanā quā uocāt tibi tuæq; uirtuti acceptā rettulerit: utq; eiusce belli cōfecti gloria penes te unū. ppe solida resederit. ubi cepisti noscere uiros militares nosci a uiris militaribus. ubi illud utiq; glorioſū: q more carthaginēsis Annibalis militaria rudimēta puer ī castrēli tētorio toleraſti: & qđ glorioſius ē sub te magistro. īstar Magni pōpeii: q pcōtātibus ut mos ē cēsoribus an oīa militaria munia obiisset: oīa respondit' & sub me ipso impatore. post id tā auspicatæ militiæ tyrociniū ab Illustrissimis Mediolanēsiū principibus euocatus: feciſti secūda stipēdia nō minus honorata: nec minus opulēta: q̄ pria. ecce aūt nūc iterum Florētini te ad suā militiā reuocātes ducatū militarē lōge primo uberiorē splēdidioreq; dedere. hīc tota ciuitas feruet bellico appatu: ubiq; arma & paludamēta militaria: ubiq; eq bellatores cōspiciunt': ut ex more lustratiōis ad diē cōdictā Florētinis oñdas tuos turmati milites īstructissimos atq; ornatissimos. Cæteꝝ cūres urbanæ nō minores: q̄ bellicæ existiment': cum splēdor togæ nō sit q̄ armoꝝ obsoletior: nō mius tu urbica q̄ bellica laude pcellis. añ annos aīumq; gerēs mētēq; uirilē. tu moderatōe iā & circūspicientia uirtutes paternas effingis ac repñtas. iā in filio pater agnoscitur: tibi soli ueluti alteri papyrio cōcessū est una cū clarissimo parēte curiā introire: cōsultatiōibus senatus itereſſe: decreta ppēdere: silenda nosse: & formulam admi

niſtrandæ rei pub. multo aꝰ pcipe. ex quo fit ut ī te indoles ueræ uirtutis exp̄ſſa ſplēdeſcat: ut ī adoleſcētulo præſtantia altæ ac generoſæ mētis eluceat. Age uero illud q̄ inuſitatū q̄ memorabile ē: qđ ꝓxīo ab hinc trien nio uix agens uigeſimū etatis annū cōſulari ac pene dictatoria dignitate decoratus geſſiſti magiſtratū bime ſtrem qđē: ſed oīum apud nos magiſtratuū haud dubie honoratiſſimū ampliſſimūq; quē uexillifer iuſtitiæ uulgo nominitant: quo qđē magiſtratu edocuiſti ubi magna uirtutis īdoles enituiſſet grādiorē etatē expe ctari non oportere ī honoribus uel ampliſſimis capiēdis: qđ & priſcos illos Romanos: quoꝝ exēplis ueluti norma formaꝫ uita mortaliū: factitaſſe memoriæ ꝓditū ē: q. M. Valeriū Coruinū tris & uiginti natū annos: q ſupiorē africanū & Titū Flaminiū admodū adoleſcētes poſt habitis legibus annalibus cōſules renūtiauerūt cū ab excellēti eximiaq; eoꝝ īdole admonerent nō ī magiſtratibus dādis ſpectādos annos ſed pēſitādā eſſe uirtutē: cuius plerūq; q̄ etatis curſus ſolet eſſe celerior. cōſimiliter ſenatus nī ut pote cōſultiſſimus nō ī te ſpe ctauit etatē: quē aꝰ annos uirtutibus fulgētē & moribus pollētē cōtēplabātur: ſed ſicut p̄ter cōſuetudinē fu it etati Iuuenili adminiſtrādā rē pub. cōmitti: ita p̄ter cōſuetudinē iuuenilē fuit tua ī tractādis rei publicæ ne gociis adminiſtratio: cūctis aſſerētibus te expectationē uniuerſoꝝ ꝓbitate uicīſſe. Nam cū magiſtratus uiꝝ uirtutēq; uiri oñdere dicaꝫ: tu ampliſſimo honore p̄ditus ī obeūdis ciuilibus diſceptatōibus te moderatum trutinatorē circūſpectūq; adeo p̄ſtitiſti: ut uirilis ī nō uirili etate maturitas: ſenilis ī adoleſcēte prudētia cōſpi ceretur. Duo ſingularia philōi cōtigiſſe a celeberrimis ſcriptoribus memorātur: ꝓgatio Impii nō antea ī ullo facta & exacto honore triūphus. itidē duo Hānibali Bētiuolo adhuc padoleſcēti peculiaria ꝓueniſſe nō fādo audiuimus nō legēdo didicimus: ſed p̄ntes aſpeximus: uidelicet liberā more ſenatorio ī curiā itionē: & ſūmū totius ciuitatis magiſtratū. Cæteꝝ cū ī ueteri ꝓuerbio ſit pares cū paribus facilliæ cōgregari. te ueluti principē iuuētutis aſſectaꝫ populoſus ordo iuniorū ſicut maximū patrē tuū ſeniores cateruati ꝓſequuntur pulchꝝ ē ꝓfecto & inſpectōe digniſſimū hīc clariſſimū parētē iuiſere ſtipatū cuneis uiroꝝ frequētiore comi tatu certati ꝓſequētiū: illinc generoſiſſimos filios cōferto adoleſcētioꝝ offitioſoꝝ agmine comitatos. hāc ue luti peculiarē ī bētiuola gēte beatitatē ciſmōtani trāſmōtaniq; ſuſpiciūt. & p̄cōio laudis extollūt. hāc ultroneā propēſāq; uniuerſæ ciuitatis officioſitatē in patrē filioſq; ſatis mirari nō queūt. cū ducibus cū dynaſtis cū regi bus aſſectatores conducticii uix contanterq; obſequantur. illud quoq; amoris ciuium: quo ſepimento nul lum firmius eſt: in te ſpecimen conſpicitur: quod ueluti uera parentis proles. dum per urbem uel equitas uel incedis acclamationibus puerilibus plauſibiliter exciperis: quod tanto eſt ſincerioris affectus indicium: q̄to ſimpliciora ſunt ingenia pueroꝝ minimæq; fucoſæ ſimulationis. Quid memorem q̄ ſis affatu blandus? cōui ctu comis: indulgens in tuos. facilis in omnes. in domeſtica uero & interiore uita iucundus: mitis: amabilis quid referam ut decorem corporis & dignitatem formæ moꝝ honeſtamētis exornes? ut ueſtitus nitore & ornatus elegantia filium principis agas. profecto ſicut addit uirtuti forma ſuffragiū. ita magnificus cultus ad dit homini auctoritatem. præterea habet quælibet etas quiddā in degenda uita peculiare: ut alia ſtudia pue rum. alia iuuenem. alia deceant ſenem. iuueni illa conueniunt quæ oratianus uerſus ſententialiter expreſſit gaudet equis canibuſq; & aprici gramine campi. gaudes tu equitatione. quam cyrus ille maximus perſæq; cum primis approbabant. oblectaris canibus uenaticis & aucupatoriis: qua exercitatione olim futuri duces imbuebantur: qua animus hilaratur & uires corporis roborantur. te iuuat interdum urbis umbraculum ru ris apricitate mutare: pauliſperq; urbanæ uitæ oblitum uillicari. & ita ignaui marcoris tergere rubiginē. Non nunq̄ etiam peregrinaris: uerum ut prouerbialiter dicitur non ſine theſeo: hoc eſt non ſine delitiis meis Mi no Roſcio ſenatore preſtantiſſimo: quo cordatiorem ſolertiorem litteratiorem: ut mea opinio fert patria no ſtra non habet: quem elegans ſpectator ingenioꝝ parens tuus impenſe diligit: quem tota bentiuola domuſ cariſſimum habet: qui anno proximo ob excellentem uirtutem lectus fuit a cuncto ſenatu unus oratoꝝ in honoratiſſima illa legatione romam ad ſalutandum reuerentiſſime pontificem maximum Alexandrū de ſtinata: quæ unius dexteritate imprimis bene geſta eſt: in qua uenerabilis protonotarius Antonius galeaci us frater tuus ſpecimen dedit circūſpectæ probitatis: qui etate puerili egit oratiōem plane grauem ac impe trabilem. fui & ego quoq; in comitatu illius florentis legationis ſpeciatim euocatus a meo Roſcio: qui mihi [illegible]cundum te peculiaris eſt patronus: quo omnium hominum: Bentiuolos ſemper excipio: neminem pluris [illegible]io: qui a te tanti fit quanti fieri debet Sinceriſſimus conſultiſſimus amabiliſſimus amicus. Præterea cū iu uenem hilaritas deceat: neq; frui etate & ueneris tenere bigas turpe ſit non inceſſo caſtigatione cenſoria: q̄ es amorabundus. cum peccatum id: ſi modo peccatum eſt: ſit ignoſcibile. Conuenit. n. conuenit uitam ame nare & ut inquit matius edulcare. Detur: ut indulgenter monet arpinas orator: aliquid etati: ſit adoleſcentia liberior: non omnia uoluptati denegentur: qua quidam ſapientes ſummum bonum metiuntur. uincat ali quando uoluptas rationem. eamus interdum quo itur faciamus quod fit. id aūt a nobis irreprenſibiliter fiet ſi illud aureæ mediocritatis ſaluberrimum in uita degenda temperamētum amplexabimur: Ne quid nimis Diſciplina mehercule illa tetrica & caperata ſtoicoꝝ ſupercilioſaq; ſeueritas cum ſuis conditoribus obſoleue runt. quod amas q̄ ſtipendia facis in amoris contubernio non reprendo. fecimus & nos hec iuuenes: & ſiqd faciam nunc quoq; quæris: Non ſumus oſores. quid multa? lectio te ſueronii docebit Cæſarem dictatorem Octauium Auguſtum: Titum Veſpaſianum: maximos clariſſimoſq; imperatoꝝ amaſios extitiſſe: nec min⁹ ſub cupidineo q̄ martio papilione meruiſſe. nec minus frequentes fuiſſe cupidinis q̄ mauortis aſſeclas. qui etiam cognominis ille tuus Annibal ducum maximus: fuit amatoriæ militiæ auctoratus: cuius nomen & egregia facinora cum tibi animum ad uirtutem bellicam accendant: ſic etiam illius exemplo: non nihil tem poris manſuetioribus muſis impartis. & ſicut ille ſoſilo græcaꝝ litteraꝝ doctore uſus eſſe fertur: ita tu me la tinarum præceptore ac monſtratore utens ſubinde interuiſis recoliſq; nō inuitus ſtudia humanitatis: quo

venatoris lag

paſtu animorum nullus poteſt eſſe conditor ſuauiorq; modo ſeria modo iocoſa te iuuat ex nobis audire legimus modo hiſtoricon aliquid. modo poeticon. imprimis erotica hoc eſt amatoria: nō tanq; exploratores tranſeunter inſpicimus: ſed tanq; in commilitio cupidinis educati haud diſſimulanter accedimus. ſed cū hiſtorica omnis cognitio te delectet: cumprimis lectio tranquilli animum tuum capit: mulcet: amenat: quod me potiſſimum ad hoſce cōmentarios cudendos extimulauit: quos annua lucubratōe elucubratos tibi ob id ipſum nominatim dedicaui inclyte Annibal Bentiuole. & quia alumnus meus es & patronus: & quia iā tempus appetebat ſoluendi primam Bentiuolis Meis penſionem: quibus multiugam debeo. in quoq; contubernio annos iam compluſculos honeſtiſſime dego: quibus uel notum eſſe tantummodo ſumus honor eſt. Poſtremo enarrationes de principibus diſertantes cui conuenientius dicari debebant: q̄ principi aut prīcipis filio in paternas opes ſuccedenti? qui ex hac lectione condiſceret. quid deceat principem quid dehoneſtet. Erit hoc præcipue in cognitione huiuſce ſcriptoris luculenti ſalubre atq; frugifeq; nobilium te exemplorq; documenta ueluti in illuſtri poſita monumento cōtemplari. quid imitandum quid fugiendū ſit uelut in ſpeculo internoſcere. eſt mediuſfidius lectio Suetonii Tranquilli: quod de peripatetica diſciplia prodidit Marcus Tullius: digna ſtudioſis ingenuaq; artium: digna eruditis: digna claris uiris: digna principibus: digna regibus. Dicere ſolebat Cyprianus. da magiſtq; cum tertullianum ſignificaret. ſine cuius lectione nullum diem præteribat. tu quoq; diem nullum ſine tranquilli lectione præteriens dic promo ibroq;: da magiſtrum. & ſicut africanus ſcipio pediam cyri de manibus ponere non ſolebat: ſic tibi liber hic de manibus ſine cauſa non ponatur: ſitq; uelut enchiridion. nunq̄ de tuis manibus recedens. hic te ociantem uillicantem: peregrinantem: militantem: uelut iucundus oīumq; horarum comes continenter ſubſequatur. ad hāc autem tam frugiferam tanq; uoluptariam tranquilli cognitionem introducent te commētarii noſtri: qui ueluti duces ac præcurſores clauſtra repandent: calles reſerabunt: cliuoſa præmollient. ſpineta ſuccidēt: aſpreta leuiga bunt: ſalebras edomabunt: & ita moramentis omnibus repurgatis uiaq; molliore confecta: te decurſis ſpaciis duodenis omniq; difficultate ſuperata in uertice molliſſimo ſiſtent. Equidem elaboraui in his commentariis exarandis & pro uirili parte contendi ut nodoſa enodarem. implicita explicarem: obſcura clararē. ſinuoſa corrigerem: maculoſa emacularem: uſus interdū ſum uerbis uulgatioribus: quo res fieret lucidior & enodatior. Nam qui explanationis lucem profeſſus eſt in his debet uerbis: quæ ſunt in uſu poſita uerſari ne interpres egeat interprete. & quia ſolent parerga quæ uocant hoc eſt a propoſito digreſſiones quaſi reficere recreareq; lectorē iā laſſeſentem. dedi operam & quidem ex induſtria: ut floſculis hinc & indē compluſculis ex uirore pratorum nondum conculcato decerptis inſignirentur: ut loca q̄ plurima ex innumeris ſcriptoribus ſubobſcura impromiſcuaque ueluti in tranſcurſu explicarentur. quo uberiores fructus ex eoq; lectione capi poſſent. in calce appendix eſt annotatiunculārum ſuper rebus ignorabilibus. ſed ne ego inſcitus: qui cōmētationes haſce tanq̄ filiolas uideor exoſculari: qui nugis lenocinium magis paro: q̄ patrociniū. quid uis fieri mi clariſſime alumne? ſic iubet affectus nature potentiſſimus. ut neuos etiam noſtros & cicatrices amemus ego plane his commentarijs addici poſſe non pauca confiteor: cum etiam hi: qui habiti ſunt mortalium ſapientiſſimi: ut iquit ueriſſime columela: dicātur multa ſciſſe nō omnia. pene interruperunt lucubratiōes noſtras cōmentarii ab antonio ſabellico non indocte neq; ineleganter cōſcripti: qui huic labori meo haud dubie cōſuluiſſet: niſi reliquiſſet aliqd: quo ut inqt boetius: ſe nī quoq; labor exercere atq; parare potuiſſet. ſed hæc & id genº alia: q̄ iā pridem edidi cōferēda penſitāda diiudicāda cādidis lectoribus pmitto quos ſpoſi nō laudabūt igeniū. nō uituperaturos iduſtriā: ſi nō ꝓbabūt nomē cōditoris: nō iprobaturos nomē Annibalis cui lucubrationes noſtræ nuncupatim dedicantur & peculiariter aſcribuntur: ut ita auſpicacius fauorabiliuſq; in publicum procedant. uni enim miſſæ omnibus legentur opinor. Tu uero inclyte Annibal Bentiuole accipe queſo hilaro uultu & animo hilariore commentarios hoſce ueluti pignus & monumentum meæ erga te obſeruantiæ: quos in mille exemplaria tranſcriptos impreſſores diuulgauerunt: in quibus interciſim ſparſimq; monitiones inſerui ut opinor non inſalubres: quæ te non dormitantem excitarent: ſed currentem ut aiunt incitarent: munus eſt haud quaquam pretioſum: nec inficior: ſed quo nullum ptioſius a doctore diſcipulus a cliēte patronº. a Philippo Beroaldo Annibal Bētiuolus accipe nec debeat nec uelit nec poſſit. exiſtimabo mē feciſſe opere pretium & fetoſam edidiſſe feturam: ſi tibi & propter te aliis uiſa fuerint hæc: neq; nauſeoſa neq; faſtidienda. Vituperones uero & inuiſores: quorum linguæ cote liuoris acuminatæ ſunt: qui tantum legunt ut carpant: nihil moror: cum id genus homines: ut inquit ueriſſime Sidonius: nō litteris utātur ſed abutātur. uerū ut ex carceribus ad metas aliquando decurrat character epiſtolicº abſoluatq; ſuū penſum. iam uale mi patrone iucūdiſſime & Philippi tui memor uiue optantis fortunam Bentiuolorum quā florentiſſimam permanere.

FINIS.

Subiũximus epistolæ breuiatiũ rerũ aliquot memorabiliũ: quæ cuiq; cõmẽtario insunt. explicatæ pensitatæq; subtilius: q̃ litteratores agnoscãt: ut ex his iam statim declaret. qd de totis cõmentariis curiosius lector coniectare debeat & sperare possit.

In Cæsare Dictatore.

In trãscursu enarratus ille catullianus uersus a pileatis nona fratribus pila: in quo enarrãdo commentatores hallucinantur.

Quid sit: ut decium syllanum consulem designatum non piguerit sententiam suam: quia mutare turpe erat: interpretatione lenire.

Inducto priore decreto quid sit inducere decretum.

Locus ciceronis qui non pluris fecerat bonam deã: q̃ tris sorores: q̃ fuerit illæ tres sorores

Correctus locus ex calce plinii, tricariis pro trigariis.

Correctus locus ex. xxxiiii. plinii hastadiedromon stylon. pro stadiodromicos.

Correctus locus in tertia uerrina: aristarchus: pro trirerarchus.

In morem cocleæ. legi posse. in minore codeta.

Disiecta nouarum tabularum expectatione: ad quas pecunias pertineat lex de nouis tabulis. ex sententia fortunatiani.

In transcursu emaculata uerba & explicata iurisconsultorum titulo de publi. inibiq; enarratum. illud plautinum. tu petalion.

Tessela ta pauimẽta. quæ sint hæc & de pauimentis digna annotatu.

Numo addixit. quid sit numo addicere.

Emendata dictio apud plinium. Diruptis oliuis pro dirupis. & inibi enarratum quid sit oleum omphacium & gleucinum.

De maguderi & silphio emaculatus plautinus uersus ex rudente.

Quis fuerit strabo Cæsar.

Transtulit in diuinationem suam. de qua diuinatione intelligendum.

Dii magui salapucium disertum: quid significet totum illud catulli epigramma: nõ satis cognobile enarratoribus: inibi de caluo non idigna cognitu.

De thensa. Distincta lectio alias cõfusa. ¶ Quid sit iugulũ petere i causis agẽdis.

Emendata dictio cassi, p cascæ. ¶ Qui sint biothanati. & quæ mors biothanata.

In Augusto.

Interceſa & porrecta explicatus locus ex epistola Ciceronis ad atticum.

Quid sit illud ex plauti aulularia: pol me non diuides: ibiq; de diuisoribus.

Alii ornandum tollendumq; iactassent. a quo dictum & cur.

Ianum quirinum tertio clausit. uideri legẽdũ. ter clausit: inibiq; pẽsitata subtiliter historia

Tirocinio deduceret: quid sit tirocinio deducere.

Admissa turba paganorum: qui sint pagani: & inibi enarratus iuuenalis uersus cõtra paganum possis. longe sec⁹: q̃ a cõmẽtatorib⁹ explicari & i scolis a pfessori⁹ explanari soleat.

Apud quintilianum non codrus sed cordus legẽdũ. atq; inibi sup hoc noie explicata q̃dã.

De intercapedine locus apud Ciceronem: & quintilianum.

Ne ullo libertatis genere ciuitatem adipiscerentur. inibi enarratum illud plauti ex casina tribus cõduci nõ possum libertatibus.

Rationem aratorum. De aratoribus aliter: q̃ uulgo existimetur.

De panatheneis & panethenaico isocratis.

Aspnas cãm' ueneficii accusãte cassio seuero diceret. d cassio seuero: & q̃ cã uẽeficii illa fuerit

Et ne laudatione quidem iudiciali data: q̃ sit laudatio iudicialis.

In transcursu quid sit splachnoptes siue sparganoptes enarratum.

Quid sit apud martialem: ipse potest fieri marsia causidicus.

De topiariis: & ropiis non pauca digna relatu.

Cæsar in commentario. xiii. litteris in siciliam missis per sataschapium. ubi catascopum. siue catascopium legi debet & quid significet utrunque.

Dabat titulis ambiguis: quid id sit.

De callo aprugno. ¶ De lithanicis & opistothonicis.

De petasato & petaso & petero. ¶ Sextertio inuolutus. uideri legẽdũ sesticula.

Ocellatis nucibus ludebat. an castellatis an oscillis.

Locus lucani: herceas monstrator ait non respicis aras: inibi de herceiis diis.

Acciam cum matronæ dormirent obdormisse. quid sit dormire in templo & icubare: nec hoc simpliciter intelligendum.

Quid sit apud plautum. iacit uulturios quattuor. in curgulione.

Qui sint aluini. ¶ Quæ sint hilaria. apud uopiscum.

In Tiberio.

De equo funali & habenali.

Verba plinii pcepter⁹ & morphos. emẽdata. cũ legẽdũ sit pcnopter⁹ & morphnos.

Intelligentibus Reg. Vera cauis Collegij Collega.
Loca Ciuitatis Sodalegno
Murcia Cartagena

Sub calendas iulii demigrasse: quando prisci migrabant.
Religiosas uestes cũ istrumẽto. De uestib⁹ egypti & iudeæ sacerdotũ & de istio pulchra.
Gallipedes legendum callipides: inibiq; explicata subtilior sententia.
In antiliã cõdẽnato. uideri legẽdum in latomiam.
Tomẽtũ cõcisa palus circẽse uocat. nõ significat id apd̃ martialem qd̃ tradit interpres.
Tantum num: super hac particula non nihil.
Apollinem temenitem: quid id sit.
Quid differat panisçus a panico.

In Caligula.

Vitilitigent apd̃ pliniũ. p eo qd̃ ẽ inuiti legent.
Locus gellii. ex primo de inducijs.
Conuictu⁹ megistanum abstinuisse: qui sint megistanes: ĩ quo labũtur enarratores.
Prouerbium ausonii. Χίος ἀνὴρ Χίον γεύεται.
Titi labiẽi & cassii seueri scripta senatusc̃ōsultis: remotior hic historia explicat. quam narrat Seneca in controuersijs.
Polipum miniani iouis similem locus ex epistola Ciceronis.
Mileti. De Didymeo peragere de dimeo longe aliter q̃ tradatur.
Simulacrum iconium.
Locus Ciceronis ad atticum putealia sigillata duo pro putealia sigilla.
A caluo ad caluum. quid sit.
De anno magno & uertente: de annis uariis non iucunda.

In Claudio.

Misisse in sigillaria: quid sigillaria & sigillaritia.
Velut p ludum excitabat a capreis. uideri legendum a tropeis.
Correctum uerbum titulo de extraordinarijs criminibus: ubi p dietarij legit detractatij.
Locus ciceronis ex oratione pro rabirio: posthumo ubi diogenes legitur pro diocetes.
Locus plinii De Rabulana pice legendum radulana.
Emilyana pertinacius arderẽt: quæ fuerint emilyana.
In diribitorio mansit. uideri legendũ delibatorio.
De pseudotyro. ibiq; enarratus locus Ciceronis ex uerrinis.
Iudeos impulsore christo tumultuãtes expulit.
Bestiarijs meridianisq; qui sint meridiani.

In Nerone

Emptorẽ familiæ in testamẽto qs dicatur emptor familiæ ex disciplina iurisconsultorum.
Sorte uel sede prætorum non redemptorum.
De marisca fico correctus locus apud festũ põpeium
Emendatus locus apud orosium: ceritos pro cerycas. & quid sit ceryx explicatum.
Enarratum illud sparciani & emaculatum lytium prytanium: picilen uocabat adrian⁹ ubi docuim⁹ legendũ eẽ poecilen atq; inibi multa de poecile porticu.
Super ingenuorum pedagogia. uideri legẽdum pederastian: & quid sit utrunq;.
Cimazacũ turba an potius Amaxicorũ Porticus triplices miliarias quid decocta neronis.

In Galba.

Belli uiriatini cãm extitisse. historia uberior recitata.
De emissarijs hoibus & emissario palmite: & qd̃ sint duramẽta. scãna. tabulata ĩ arborib⁹.
Disiecta. paganorũ turba. de qbus paganis itelligẽdũ
De adunco naso. obseruatus error interpretis plutarchi ex apophtegmatibus: atq; inibi collata uerba græca cum latino interpretamento.
De polichroniis & oligochroniis: de columnis striatis non ingrata.

In Othone.

Et quidem ante principia: quid sint principia ĩ castris & de principibus.
Correctus taciti locus atq; inibi de optiõibus militaribus.
Augusti Clauius quid.

In Vitellio.

De samnitibus gladiatoribus. ibiq; explicata multa. & illud Iuuenalis pinirapi cultos iuuenes iuuenesq; lanistæ
Furnariam exercentis: quid sit exercere furnariam.
Capite uelato circumuertens se de adoratione deorũ corporis uertigine. & ritu priscorum multa: inibiq; enarratus plauti locus ex gurgulione.
Quid sit comesari: & annotata q̃dam: non fastidienda super comessationibus & phidiciis & andriis.
Vaticinante catha muliere. quid sit mulier catha.

In Vespasiano.

Vn⁹ ex nobilib⁹ captiuis Ioseph⁹. ibi declaratũ hũc eũdẽ fuisse Iosephũ belli iudaici scripto

rem:qui dicitur Iosippus in historia hebreoꝝ.
Se cõuertisset:de uertigie & cõuersiõe sacrificali dcm̃.
Statura fuit quadrata:q̃ dicatur statura quadrata.
De spheristerio de spheristis:atq; inibi emendata dictio apud iurisconsultos.
Ne ꝑtextatis uerbis abstineret:q̃ sint uerba ꝑtextata ibiq; correct⁹ Macrobii loc⁹.fabulõis ꝓ fnbulonis.

In Tito.

Thraciam & gamalam urbes iudeæ.legendũ tariche am.siue taricheas.& inibi explicata historia.
Nundinari præmiariq; solitũ.

In Domitiano.

Methodiũ uideri legẽdũ odiũ.qd sit odium.inibi de methodo medicina:& de triplici medicina enarratus ausoni uersus.
De lẽis laureatis.& qd sit apud pliniũ.laur⁹ addit lẽis.
Duas circensibus græcũ factiones: uideri legẽdũ nõ græcum.sed gregum.inibi de factionibus quatuor aurigaꝝ digna memoratu.
Promiscua imqtate.uideri legẽdũ ꝓmiscue in eqte.
De scatinia lege.secus q̃ uulgo credatur.
Quid significet.thracẽ myrmilõi parẽ:mũerario iparẽ
De cophino iudeorum.De quo Iuuenalis.Cophin⁹ fenũq; suppellex.
Matianũ malum:non marcianum dicendũ.
Loc⁹ claudiani de draconibus signis militaribus.inibi de draconariis.
Retractãdus loc⁹ i anguslo.cũ de falso testamẽto ageret oẽsq; senatores lege Cornelia teneret̃.pensitata diligẽti⁹ suia nõ senatores legẽdũ uĩ.sed signatores q signãdo testamẽto adhibebãtur:q oẽs lege tenebãt̃ i causa falsi testamenti.iuxta illud signator falso: & ita sensus fit lucidior & accommodatior.
In eodẽ angusto.illud itidẽ retractãdũ. Cæteros duces & exercitus cõsẽtire ꝓ ptibus uide an potius legendũ sit ꝓ ptibus.& referet̃ ad partes antõii & lepidi:quas placus & alii cũ exercitu secuti sunt.
In domitiano ubi de cõsulatib⁹ eius multiiugis mẽtio fit:addi põt id:qd scribit ausoni⁹ i panegyrico ad gratianũ.scis in quã septẽ ac decẽ domitiani cõsulat⁹ quos ille inuidia alteros ꝓuehẽdi cõtinuãdo conseruit ita:in eius auiditate derisus:ut hoc eũ pagina fastorum suorum.imo fastidioꝝ fecerit isolentẽ. nec potuerit præstare felicem.

FINIS

.M.ANTONIVS SABELLICVS AVGVSTINO BARBADICO Serenissimo Venetiaꝝ Pricipi Salutẽ.

Nihil est omnino i tua florẽtissima repub.a qua ego cõtẽplãda nũq; mẽtis oculos auerto Serenissime priceps:ꝑclara ista publicæ administratiõis forma:aut maius:aut pulchrius:cuius effigies.si q̃lis sit:spectãtiũ oculis cerneret̃:icredibiles qdẽ hoium affectus:studiaq; ad se amãdã excitaret cõpelleretq; haud dubie ipsum humani generis cõsensum fateri.nihil uũs maior⁹:q ꝑ man⁹ eam uobis disciplinã tradiderũt:fuisse i terris sanct⁹:nihil maiore ætate:& inocẽtia ꝑditũ:quoꝝ memoria:ñ solũ ob id merito sit colẽda:sed imortalitatis ẽt laudib⁹ posteritati cõsecrãda. At q̃prudẽter illi ciuitatẽ sanctissimis istitutis munitã uobis reliq̃re:tã tu solertissime priceps diligẽter:& accurate ex sublimi ista dignitatis arce uelut ex specula q̃dã ꝓcuras:neqd eoꝝ:q̃ ab illis sunt rite tradita.negligẽtia aut iniuria eximat̃. Eteni ꝑsentẽ hãc rerũ oium ubertatẽ:qetẽ:salubritatẽ:q̃ cũ tuo pricipatu qnto jã ab hic anno huic urbi affulsere:secũdũ deũ optimũ tuo felicissimo genio ascribimus:qd uero iuris & æqtatis cult⁹:ut si qñ alias nũc maxie toto Veneto floret ipio:qd religio & inocẽtia passim oibus alludũt.qd augusta pricipũ sedes.portic⁹:uiæ.templa:multaq; alia edificia publica:& priuata his paucis annis:aut ab imis sint fundamẽtis erecta:aut sumptuosissime istaurata:qd urbs tota pene nouã:atq; eã ipsam lõge splẽdidissimã iduerit faciẽ:ñ fortunæ tm̃:sed æqtati ẽt tuæ.prudẽtiæ:& religiõi dam⁹. Vez q̃q ea sit sapia tua iclyte priceps:id sanctissimi istius ordinis:q tecũ assidue de republica cõsultat & solertia:& prudẽtia:ut ñ Venetaꝝ rerũ tm̃:licet & ipsæ multũ terra mariq; polleãt:sed oium ẽt gentiũ gubernaculo admotus:q̃tãuis administratiõis molẽ sine ullo maiorũ exẽplo sustinere possis:nihilominus ueluti nauis rector:q & i oĩa cœlo:& aqs lõga callet expiẽtia:lineas tñ & numeros:quosdã breuissima tabella ituet̃:ut ñ mõ ñ locoꝝ rõ:sed ne tẽporũ qdẽ ulla se iscio ꝓtereãr momẽta: sic & tu iucũdissime priceps:& potes qdẽ & debes i tua ista felicissima administratiõe.si qñ ꝓ ocium uacat illustriorum uirorũ exempla recognoscere:uel eorũ in primis:qui i summo rerũ fastigio collocati i suorum ciuium conspectu nõ in armis uixere. Sed quũ nõ unus auctor id serenitati tuæ præstare possit:qui Tranquillo auctore grauissimo i eo genere plus ualeat prodesse:est meo iudicio nemo:id ego quum persuasum haberem.haud inepte sum mihi uisus facere:quod eius scripta:quibus duodecim ille cæsarum uitas fuit cõplexus:cum uerborum nouitate:tũ obscuris historiarũ inuolucris a q̃paucissimis nup:nec sine cũctatione adiri solita laboriosa enarratione perspicua atq; ob ipsum multo fortasse utiliora reddidi. Hæc ego secutus qa certo sciebã nõ defuturos:q cæsareũ nomẽ auersati:nõ aliter trãqllũ a liberæ ciuitatis oculis:q̃ homerum poetarũ antistitẽ ex emẽdatissima illa Platonis republica ablegandũ cẽseret̃:cũctãtius lectionẽ hanc Serenitati tuæ cognoscendã proposuissem:nisi singulare ipsius igeniũ:lõgeq; accuratius: q̃ uerbis ullis explicari possit:id esse itelligerẽ:ut q̃ i alterutrã partẽ scribant̃:ea ipsa & sciret & uellet:tã ad ipsius usum uitæ:q̃ ad rei publicæ salutẽ accõmodare:clæmẽtiã i qbusdã:mãsuetudinẽ:inocẽtiã:cæteraſq; uirtutes haud tibi iã antea ignotas cõplexus:munificẽtiã i aliis:iduſtriã:popularitatẽ:& breui ut q̃q; uirtus usui:aut ornamẽto eẽ posit:ita alia i alio studeas imitari. Contra si qua uitia occurrerit:nã ñ eo ĩficias eẽ oĩno aliq̃ pene idigna relatu: eoꝝ fœditatẽ detestatus:merito tibi gratulãdũ putes:qd tãto uirtutũ comitatu:ꝑsidioq; septus ad istud dignitatis culmẽ accesseris:ut nullus sit turpitudini locus ad fœlicissimum istum uitæ cursum labefactãdũ relictus enixius inde operam daturus:ut eiusmodi laudis detrimẽta:q̃ lõge abs te semp abesse uoluisti:lõgius adhuc remouisse uidearis. Sic.n.natura cõparatũ est:ut ingenia ad laudẽ nata non minus uitiorum odio proficiant:q̃ uirtutum æmulatione:ita ego euenturum arbitratus Tranquillum ipsum: quem ex duro tetrico:obscuro:tractabilem feci: planum ac perspicuum. Serenitati tuæ interim dum alia longe utilior tibi. Veneroque nomini texitur historia: cognoscendum proposui. Est fateor id quod damus si quis

tui nominis splẽdorẽ intueatur: omnino exiguũ: ac pene sordidũ. Sed tu mitissime princeps satis amplum & splẽdidũ facies: si quicqd id ẽ. quod tuis auspiciis in publicũ retuli: sapientissimo iudicio tuo ꝓbaueris: qđ si ita: ut spero: euenerit: iuuabit me uæhemẽter susceptus labor: sin minus nec adhuc consilii pœnitebit: si dũ tuis serenissime princeps cõmodis studeo: fuero fortasse non paucis gratificatus. Vale.

## .M.ANTONII SABELLICI IN.C.SVETONII TRANQuLLI PARAPHRASIM PROOemium.

Olebam ego sæpe mecũ reputare: q̃ iniqua esset illorum cõditio: q aliena scripta sus. iperẽt enarranda: q̃ prona in lapsum: q̃ inuidiæ ꝓxima. omniumq; obtrectationibus obiecta: quippe q̃ & si quod nunquã uel raro cõtigit: ex omni sit parte emendata: si breuis: dilucida: si denicq; talis: ut nihil ĩ iis quæ illi dixerint merito reprehẽdi possit: haud tamen susceptus labor plus gratiæ apud eos: q̃bus in primis cõsultũ uideri põt sibi cõparet: q̃ cõtemptus apud alios & ludibrii: uelut nullum sit scriptorum genus sordidius: ociosius: ineptius: hoc uno cuius infelix sterileq; ingeniũ: qa per se nihil parere possit obstetricis uicẽ parientibus præstet: exhibeatq; se eorũ ministrũ: quæ merito aliis referantur accepta: qđ ipsum propemodũ seruile sit: aut certe nõ multũ ab eo diuersum: hæc & inuidiose magisq̃ uere obiiciũtur. &. n. nõ pauci hac una scribẽdi uia ingressi magnũ in omni studiorũ genere sibi nomẽ quæsiuere: nescio tamẽ quo nã mõ uanã illã calũniam reformidans ĩ nullam scibẽdi rationẽ: minus q̃ ad hanc ipsam: de q̃ loquor animum adieci: pseueraſſemq; in ueteri instituto: nisi amicoꝝ hortationes: immo præces potiº me ad Tranqlli scripta enarranda cõpulissent: quẽ superiore anno domi interꝑtari adortus: quũ ea quæ in mediũ afferrentur: haud tam facile qui aderant stilo cõsequi possent: efflagitarentq; idẽtidẽ: ut sibi illa ipsa in commẽtarii speciem repsentarẽ: eorum præcibus fatigatus: nihil. n. erat quod in tanta necessitudie excusare possem: accinxi me ad id opus magis officio ductus. quã fiducia: neq; enim speraui unquã futuꝝ: ut uel ea enarratione oĩa: qđ fieri nõ poterat: uel omnino plura q̃ cæteri præstaremus. Sciebam ego certe aliqua ne multa dicã lectione illa cõtineri: quæ cũ uerborum nouitate: tum ueteris historiæ ignoratioue tam recõdita & abstrusa essent: tã altis uoragtnibus ĩmersa: ut uelut Heracliti scripta quod facete a Socrate dictũ accepimus delio aliquo indigerẽt natatore: q̃q̃ ne in ipsis qdẽ locorũ tenebris lectorẽ omnino destituendũ duximus: Sed uel coniectura: uel eorum similitudine aliquid certe in singulos locos cõmẽti sumus: cui illius animus modo is sit qui singula didicerit: æqua lance expendere: facile acquiescat: cætera lectionum uarietate fræti ita executi sumus: ut nõ sensa tantum: ordines: historias: sed singulorum pene uerborum pondus singulis uerbis reddiderimus: quod ipsum quũ aliquãto intentius facio: exit hæc nostra lucubratio in paraphrasis uerius q̃ alterius cõmẽtationis speciẽ. Cæterũ fuerit ne operæpreciũ hæc scribere alii iudicabũt: illud ut uere ita sine rubore dicam accepisse nos hæc quæ in paraphrasim hanc nostram contulimus. Sic. n. a similitudine q̃dã appellare libuit: a centum & amplius græci & latini generis scriptoribus præter alios pene inumeros qui uelut externa quadã citantur nomẽclatura: nec omnino id fecimus ut in re tam parua nostram industriam commendaremus: quod ridiculum ac pene circulatorium semper iudicaui. Sed ut simul eos quibus hæc scribebantur plenius demererẽmur: si quum nostra legerent. ex quibus potissimum fontibus essent hausta non ignorarent: simul ut cæteri qui in hãc forte lectionem incidissent his quæ dicuntur facilius acquiescerent: quãquã sic quoq; scio non defuturos: neq; enim speraui unquam posse fieri: ut extra omnem scriptorum aleã haberemur: q nostra hæc: ut nimis uaga & luxuriantia contemnant: sed meminerint illi paraphrasim hanc esse: cuius legem si implere uoluissem: oĩum uerborũ ratio fuisset explicãda: placuit tñ tẽperamẽto quodam uti: quo pluribus hæc nostra satisfaceret enarratio: neq;. n. pitissimo cuiq; hæc scribebamus: aut iis tñ qbus q̃ pauciss̃ima: ac nescio an illa ipsa: quæ parum nobis explorata sunt: ex hac lectione petebãt: uerũ & aliis trãqllianæ historiæ studiosis: q ad hũc diẽ nõ ita ut illi ꝓfecere. Poterit igit̃ ut nr̃a qsq; opa idiguerit: sibi lectionẽ hanc accõmodare: sic neq; his breues & ieiuni: neq; illis ꝓlixi & graues iudicabimur: sed sic quoq; ñ deerũt fortasse q alia uia atq; aliã grassati calũniã ĩtẽdãt: nec tã cãm q̃ odiũ secuti pgãt nostrũ ĩ hac pte studiũ aspnari: hos ego quãdo iueteratæ licẽtiæ aliter occurri ñ põt: illd unũ meminisse iubeo ex oĩ mortaliũ numero q sunt hodie: qq; olĩ fuerũt eos misera & extrema cõditiõe semp fuisse: q ex alienæ laudis obtrectatiõe sibi phamã q̃ siuere: fuisseq; illorũ inuidiã alienæ celebritatis ñ obscurũ istrumẽtũ: ifelicitatis uero suæ tacitã altricẽ: nulla unq̃ igenia tã feliciter claruere: q̃ diræ huius pestis liuẽtes morsus oĩno declinarit: petit. n. fũma id. uitiũ ut ignis. hæretq; ptinaciter felicitatis uestigio: cõstat oĩ tpe iniuriã: ide ĩ bonis missã: sed tñ abfuit: ut ad illorũ quẽpiã quãdoq; puenerit: q; quũ Græculi homero mastices: & ex nris abominati qdã spũs ad odiũ & cõtẽtionẽ tãq̃ stigiæ heriynnes natu oĩum memoria exciderit: q illorum uenerno fuerãt afflati æternũ nomẽ cõsecuti gloria floreãt & æternitate: & hæc breuiter: ñ meo magisq̃ oĩum q aliqd ĩ cõmunẽ usum assĩdue cudũt: simul ut qđ noster aĩus iã pridẽ ĩ hũc ordinẽ parturit: quãdoq; pareret sint dicta: q̃ nollẽ eo cõsilio uideri obiecta: ut rectioris iudicii uiros a suo officio deterrerẽ: qn hortor potius atq; obtestor pgãt illi sua ĩdustria nostrũ hũc laborẽ iuuare. Satis. n. iuuabũt si qd qđ minº placeat his fuerit commẽtariis assutũ: hoĩes. n. sumº id ipsum quoquo mõ ĩ aptũ referrẽt: eẽm fateor odio magsq̃ gĩa dignus: si dũ nr̃a studiose nimis cõmẽdo: nullũ ad ea tãq̃ mysteria q̃dã: uel corrigẽda: uel mutãda locũ cuiq̃ relictũ uideri uellẽ. Erũt ꝑ me igit̃ oĩa illis itegra: nã qđ ad ꝑsens officiũ attinet: satis supq; uidebor mihi ex hac lucubratiõe cõsecutº: si Trãqlli fores secretiora illius scripta adire uolẽtibus primº oĩum apuisse dicar: qđ factũ merito ne ꝓbari possit: omniũ: ut dixi potius q̃ meum erit iudicare. Illud uero nõ dissimulabo ex omnibus qui Cæsarum uitas memoriæ prodiderunt: & in his quos uidimus Iulius Capitolinus: Spartianus: Lampridius: Volcatius: Treuellius: Vopiscus: & alii pleriq; dispositione: uenustate: elocutione: ali. sq; historiæ uirtutibus: unum propemodum Tranquillum esse maxime dignum: qui ab omnibus legatur. Cæteri ob corruptum dicendi genus longe post sequuntur. & idcirco huic nostro minime conferendi.

¶PHILIPPI BEROALDI BONONIENSIS ENARRATIONES IN.C.SVETONIVM TRANQ.VILVM.

EGIPTII REGES suos partim pharaones partim Ptolomeos:parthi arsacidas.latini murranos Albani siluios uocitauerũt.Romanorum uero Imperatores Cæsares dicti quod nomen tãto est q̃ superiora nobilius:quanto romanũ Imperiũ cæteris regnis maius fuit atq; excelentius.Igi tur cõmẽtaturus Cæsares duodecim a tranquillo pscriptos ui deor esse facturus opere præciũ si quædã explicauero ad Cæsarum nomen & originẽ cõducẽtia:ne illotis:ut aiunt:manibus ꝓtinus fores interpretatiõis ingrediar:istæ.n.præfatiões ut inquit elegãter Caius iurisconsultus:& libẽtius nos ad lectionẽ ꝓpositæ materiæ ꝓducunt:& eius euidentiorẽ præstant itellectũ. Illũ itaq;:q primus Cæsaris nomen adeptus ẽ:ab eo dictũ autumant clarissimi scriptores:q̃ ceso matris utero sit natus:uel ab elephanto ĩ pugna ceso:qui lingua maurorũ Cæsar appellat̃:uel quod oculis fuerit cesiis hoc ẽ glaucis uel a cesarie cũ qua natus ꝓdit̃:Plinius i.vii.Na.historie tradit quod memoratu dignum ẽ.Scipionẽ africanum primũ fuisse dictũ Cæsarẽ a ceso mris utero:qua de cã & cesones appellati pliniane sñie solinus astipulat̃.Certe quacũq; de cã Cæsares nuncupati sint:hoc cõstat clarissimũ & duraturũ eternitate mũdi nomẽ istud effloruisse:q̃d non absurde dici possit nomẽ super oẽ mortaliũ nomẽ.Iulius autem Cæsar.q dictator perpetuo epitheto dicitur ab eruditis a quo familia & appellatio cæsarum deinceps propagata ẽ de quo in præsentia cõmentari auspicamur.Nõ est natus cæso utero materno:ut quidã male sentiũt:sed matrẽ habuit aureliã fœminã primariam:quã amisit eo tpe quo gerebat bellum in gallia.pater uero:& ipse cæsar nuncupatus ꝑturato.po.functus obiit pisis morte repentina:dũ calciat̃ matutino.de cuius obitu neq; plutarchus neq; trãquillus meminere:sed mentio fit ab uno:q̃d equidem sciam plinio:q in septimo scribit hæc.Nullis euidentibus causis obiere dum calciant̃ matutino duo cæsares ꝑtor & ꝑtura populi romãi funct̃ dictatoris cæsaris pr̃.hic pisis exanimatus:ille romæ.his adde ut nihil q̃d nouerim prætereã:cæsarẽ in munere pris funebri usũ esse oi apparatu harenæ argenteo:tũcq; primum uisũ feras argenteis uasis incessere.Sed iã uerba ipsa tranqlli enodare moliamur:que nodosa esse uidebunt̃ explicãtes: quæ uero aptiora & cognitu facilia prætereuntes. ¶Sequẽtibusq; consulibus.hoc ẽ sequẽti anno. Aetatis uero cæsaris decimo septimo.Nãq; anni apud romanos a cõsulibus:q magistratus est annu⁹ numerabant̃ Lucanus.annos a cõsule nomen hñtes.paccatus in panegyrico.Consul creatur habiturus ẽ nomẽ annus. ¶M.ANTONII Sabellici ad Augustinum Barbadicum:Serẽissimum Venetiarum Principem Paraphraseos In.C.Cæsarem Dictatorem præneſis Prima.

ANNVM AGENS CAESAR.:Sunt ni fallor uirtutes omnes in omnibus:ut uitia Augustine Princeps Serenissime:uerum non omnes in singulis:nulli enim hominum unq̃:ut eminentissimus ait poeta:cuncta dii dedere:Sed cum ita sit:plures tamen in uno Cæsare dictatore uirtutes extitisse affirmare ausim:q̃ in cæteris omnibus:quorum a Trãquillo uitas ꝫganter scriptas accepimus:cui pudicitiæ parum custoditæ phama detracta:qua ab ineunte adolescentia usq; ad humilium personarum exprobationem deflagrauit:nihil meo iudicio defuit:quod & uiro sũmo adesse oportuisset:in eo consilium:eloquentia:uigor:constantia militaris disciplinæ:omniumq; altissimarum artiũ studium:& quod ad gratiam conciliandam plurimum ualet mira quædam liberalitas:quib⁹ ille gradibus ex humili fortuna ad summum rerum humanarum peruenit fastigium.Sed quo plura & maiora in eo extiterunt uirtutum exempla:eo diligentiorem operam adhibuimus ut ex locupletissima historiarum penu omnem rerum seriem tibi iucundissime princeps depromeremus:uidebam enim fore:ut si unius uitam tuæ amplitudini ex omni parte conspicuam fecissemus:fieret illi ad reliqua cognoscenda facilior accessus.Nunc quid sit quod ab adolescentia.C.Cæsaris uitam scribere sit Tranquillus exorsus:in dubium uenire potest:sunt qui coniectura haud inepta non potuisse dicant summi uiri gesta eius incunabulis:& infãtiæ crepundiis confundi.Sed id Plutarchus in Alexandro cui hunc nostrum comparat:haud seruandum putauit:nisi quis eum regiam fortunam:in qua omnia.multo q̃ in priuata sunt:illustriora secutum dixerit ¶Annum igitur sextumdecimum agens:quum sexdecim.s.annos esset Cæsar natus. Annus uero ab anno:ut Varro ait.i.circulari solis reuolutione:uel quia annum græci ἐνιαύτον dicunt:Acteius Capito:ab eo quod ueteres an pro circum posuere annum tradidit appellatum.Illi.n.ambire pro circum ire dixerunt. ¶Cæsar:ab eo quod qui primus id cognomẽ tulit:cæso matris utero sit æditus:unde & Cæsones:hæc Plinius.Seruius:& Spartianus de ratione nominis uterque plura. ¶Patrem.L.Cæsarem uirum prætorium:qui cum Pisis:ut Plinius scribit:mane calciaretur:repente obiit. ¶Sequentibus consulibus:sequenti an-

Regũm Pharaones. Ptolo Arsacidæ. Murr Silui

## CAII SVETONII TRANQVILLI DE VITA DVODECIM CAESARVM LIBER PRIMVS

### Cæsar Dictator

Cæsarum nomen unde Cesones.

Cesaris mr Aurel patr Cesar

Annꝰ a Consulibꝰ

Annus.

Cesares pr

no.Martialis:Bis iam pene tibi consul trigesimus instat:ois fere annoꝝ rō consulum nominibus in fastis continebatur.

¶PHI.¶Flamen dialis.flamines sacerdotes dñr a filo:quo cinctū caput habebant:& capite uelato erant semp ut interpretat. M.Varro:de quibꝰ ita scribit seruius.flamines in capite habebāt pileum:quod cū p estus ferre non possent filo tm̄ capita religare cœperunt: Nam nudis penitus capitibus incedere nefas fuerat.Vnde a filo quo utebant flamines dicti sunt quasi flamines.uerū festis diebus filo de posito pilea necesse erat accipere a d eminentiā sacerdotii declarandā.hoc idē in canonicis decretis scriptum est Di.xxi.græci autore dionysio flamines uocant ſtephephoros.Singuli flamīes nomen habēt ab eo deo cui sacra faciunt:ut Martialis Volcanalis:quirinalis a marte Vulcano & quirino. Dialis uero a Dio idest a Ioue dictus q̄si iouialis sacerdos.De cerimoniis flamini diali impositis scribit erudite gellius in nono:inter quas hæc una est:uxorem si amisit flaminio hoc est sacerdotio decedit. Vxor autē flaminis dialis flamicia sacerdotissa nuncupatur.Et flaminia eius domus.ordo sacerdotum apud romanos hic erat:maximus putabatur rex:deinde dialis:post hunc Martialis:quarto loco quirinalis:quinto loco pontifex maximus.Ita q̄ rex supra omnes accubat.Dialis supra martialem & quirinalem & supra pontificem maximum: perinde ac dialis for et uniuersi mundi sacerdos qui appellatur dium,flaminidiali subdiuo ungi fas non erat. eidē iurare non licebat:nec fermentum farinam ue attingere:quarum rerum causas explicat plutarchus in problematis.Sensus tranquilli est cæsarem: agentem decimum septimum ætatis annum. aspirasse ad hoc sacerdotium.a quo mox aduersante sylla repulsus est ut tradit plutarchus.¶Destinatus.paratus electus designatus.a plinio in panegirico Destinatio consulatus dicitur,pelectio.ab apuleio inusitate magis q̄ inelegāter dictum est destinatum pro alligatum.sic enim ait in quarto de asino aureo.Arreptum me loro q̄ualido ad ansulam quandam destinatum.¶Dimissa cossutia.rōe fuerunt cossi,cossitii cossuni & cossutiani: quorum noīum una opinor origo est a cossis:qui uermes sunt e ligno editi & ut autor est plinius in .xvii. luxuria cossos roborum delicatiores adhibere cœpit in cibo.hinc luculēter a hieronymo dictū in libro cōtra iouinianū .in punto & phrygia luxuria est commedisse xylophagion.ita enim appellat cossos uermes obesos ex lignorum carie enascentes:qui apud illos a patre familias in magnis redditibus computantur a similitudine horū cossorum homines rugosi corporis ab antiquis cossi dicti:unde & cossutiorum nomē deduci uidet.ex qua familia fuit cossucia hæc:quæ Cæsari puero desponsata mox dimissa est ab eodem p renunciationē:quam interuenire oportet in sponsalibꝰ discutiendis in quare hæc uerba ,pbata sunt.condi tione tua non utar.Autor iurisconsultꝰ titulo de diuortiis.¶Prætextato.puero Cæsari.est.n.ptexta uestis puerorum patriciorum:dicta ab eo quod purpura prætexitur. Vnde olim papirius cognominatus est ptextatus ob tacendi loquendiq; in ptexta ætate prudentiā:autor macrobius.hinc ptextati mores dñr a poeta satyrico & ptextatus sermo a priscis dictus nihil obscenitatis hñs:quia prætextatis pueris nefas erat ob sceno uerbo uti.est etiam prætexta gestamen magistratuum:& ex regibus romanis primus tullus hostiliꝰ toga prætexta usus est.autor plinius.fuit & in usu ptexta pulla.i.nigra:qua nulli alii licebat uti nisi ei: q funus faciebat.¶Neq; ut repudiaret illam.plutarchus.cinnæ dictatoris filiam corneliam a Cæsare distrahere potitus rerū sylla uoluit:qd cum aut metu aut spe efficere nequiret eius dotem publicauit.Repudiare est dirimere matrimoniū diuortio.in repudiis āt.i.in renunciationibꝰ comprobata sunt hæc uerba.Res tuas tibi habeto.Tuas res tibi agito.Repudium Verrius ait dictum q̄ fit ob rem pudendam.

¶M.AN.¶Flamen dialis:Iouis scilicet a filamento.uel ut Plutarcho placet:a pileo:quasi pilamen dictus. ¶Destinatus:designatus:sed Syllæ dictatoris potentia:a petitione repulsum Plutarchus tradidit:nec placet quod quidam ad impetratam a populo petendi facultatem id referunt:uel quod pro collegio nominatum accipias:q̄ certo anni die fieri solitum:in epistolis Plin.scribit.Et enim non solum gentilitiis hæreditatibus ab eodem est Sylla multatus:ut Tranquillus non multo post subiicit:sed & sacerdotio:quod utique suffragio fuerat adeptus.¶Dimissa:repudiata.Familia equestri:honesto quidem loco:sed quia honestiore potuisset:diues adiecit.¶Prætextato:prætextam adhuc habenti:ac per hoc puero de prætextæ usu teneræ ætati concesso.Mocrobius:Plinius:& Plutarchus in quæstionibus abunde scribunt.¶Cinnæ quater consulis:Plutarchus eum dictatorem appellat.¶Iulia:ut in Corneliorum gente Corneliæ sūt dictæ:& in Aemiliorum Aemiliæ:ita & Iuliorum Iuliæ gentili nomine nuncupatæ:ob idque Possidonius Romanas fœminas sine proprio nomine fuisse credidit:quia prænomen non haberent:quod tum loco,prii esset.Sed Tarquinii ,uxor Tanaquil:Plinio auctore.). Cæcilia dicta est:sic & Acca Laurentia:(.&.Teratia in antiquis annalibus cum suis prænominibus sunt:ut Gellius scribit:relatæ.Plutarchus contra Posidonii opinionem duo dixit in quæstionibus nomina Ro.fœminas habuisse:mares uero tria.

¶PHI.¶A dictatore sylla.mox suo loco dicemus de dictatoris origine:& nomine:& de sylla dictatore:ne indigesta fiat & ueluti confusanea interptatio.¶Sa-

Marcus varro

Flamines unde

flamines quasi filamines

Dialis unde

Destinatus quid

Nomina cossorum & eorum origo

Prætexta qd.

Repudio

flamen dialis destinatus dimissa Cossutia: quæ familia equestri: sed admodum diues prætextato desponsata fuerat.Corneliam Cinnæ quater consulis filiam duxit uxorem: ex qua illi mox Iulia nata est: neque ut repudiaret illam compelli

a dictatore Sylla ullo modo potuit. Quare & sacerdotio: & uxoris dote: & gentilitiis hæreditatibus multatus diuersarum partium habebatur:ut etiam discedere e medio & q̄q̄

morbo quartanæ aggrauãte prope ꝑ ſingulas noctes cõmutare latebras cogeret: ſeq; ab inquiſitoribus pecunia redimere: donec ꝑ uirgines Veſtales: perq; Mamercum Aemilium & Aureliũ Cottã propinquos & affines ſuos ueniã ipetrauit. Satis cõſtat Syllã quũ deprecãtibus amicis & ornatiſſimis uiris aliq̃diu denegaſſet: atq; illi ptinaciter contẽderẽt: cerdotio. i. flaminio illo diali de quo iam dictum. ¶ Gentiliciis hereditatibus. gentilicia nomia dicuntur: quæ originem gentis uel familiæ declarant ut ſcribit diomedes. gentiles ſunt: q eodẽ noie inter ſe ſunt: ut ſcipiones & bruti: ab ingenuis oriundi: quo tũ maiorũ nemo ſeruitutem ſeruiuit. in quibus gẽtilitas peculiariter eſſe dicit: cum neq; ſeruorum neq; libertinoꝝ gentilitas ulla ſit. ſicuti docet boetius in cõmentaris topicorum. gentilicia nota a liuio: gentilicia funera a plinio nuncupant. gentiliciũ uocabulum a gente. i. a natione non a familia uſurpauit gellius. inde Gentilicia ſacra dicũtur a liuio: quæ ſtatuta ſunt eidẽ genti. Senſus eſt Tranqlli Iulium Cæſarem a ſylla mulctatum fuiſſe hereditatibus gẽtiliciis a gente uxoris cornelie, puenientibus: uel gentiliciis hoc eſt familiæ ſuæ & gentis Iuliæ: quæ Iuliũ aſcanium autorem ſui nominis nuncupat. ut inquit plutarchus Sylla dotem Corneliæ publicauit. ¶ Diuerſarum partium. i. marianarũ: marianus fuit Cæſar. ſyllanus uero Pompeius. ¶ Mulctatus. per punitionem multæ exutus ſpoliatuſq;. Mulctam eſſe dici putant pœnam. M. Varro ait pœnam eſſe ſed pecuniariam. Idem multæ uocabulũ non latinum ſed ſabinũ eẽ dicit: ſuprema mulcta apd priſcos erat in ſingulos dies. xxx. bouum & duarũ ouium Minima autem ouis unius. De differentia mulcte & penæ ſubtiliter ſcribunt iuriſconſulti titulo de uerborum ſignificatione olim lex de mulctarum eſtimatione romæ lata ẽ: quæ fuit pergrata. ut docet liuius in quarto. a mulcta mulctatium æs dicit quod noie mulctæ exigitur. ¶ Mor-
bo quartanæ. ſcribit plato in timeo corpora mortalium laborare quartana febre: quando exceſſus fit elemẽti in homine terreni. cum. n. terra quarto elementorum gradu ſit: temporis circuito quarto feruet: hinc q̃rtanas inuehit febres: quæ quidem longe ſunt. ſed ut ait celſus quartana neminem iugulat. ¶ Ab inquiſitoribus. Cornelium ſignificat ducem militum ſyllanoꝝ: a quo deprenſus duobus ſe talentis redemit. ¶ Donec per uirgines ueſtales. ſolebant romani in periculis delictiſq; adhibere ueſtales deprecatrices. ut ita uenia fieret impetrabilior. hinc ait Cicero in diſſuaſione legis agrariæ. ſiquid deliquero nullæ ſunt uirgines: quæ me a uobis deprecentur. hinc meſſalina cum audiſſet claudiũ maritum ab hoſtia redire feſtinantẽ ad ipſius ultionem: orauit uibidiam uirginũ ueſtalium uetuſtiſſimã: ut claudii aures adiret & clementiam exꝑeteret. De dignitate ſacerdotioq; ueſtalium infra ſuo loco affatim dicetur. ¶ Mamercum. mamercus præ nomen oſcũ eſt ab eo: q hiimartem mamertẽ appellant. apud liuium in quarto celebratur mamercus emylius dictator ex gente mamerca: qui bello clarus pace quoq; non ſpernendus legem tulit: ut cenſura: quæ prius erat quinquennalis: ne plus q̃ annua ac ſemeſtris foret. Quidam dicunt emyliam gentem a mamerco appellatam: cui propter humanitatẽ ciuicam, cognomẽ fuerit emilio: græci enim emiliam uocant ſermonis lepiditatem atq; facundiã. ¶ Aurelium cottam. aurelia familia ex oriunda a ſole dici creditur. cui peculiariter romæ ſacra faciebat. Antiquitus dicti auſelii ut ualeſii papiſi. pro Aurelii Valerii papirii. Cota autẽ dici uidetur ab ira quæ græce coton uocatur. Et hoc eſt q̃ ait quintilianus grammaticum ſcrutaturum origines nominum: unde ſcipiones & cotte & ſerrani dicantur. aurelius cota affinis erat Cæſaris ut pote cuius mater dicta ſit aurelia ex aureliorum familia. ¶ Ornatiſſimis uiris: qualis erat mamercus emylius & aurelius cota. ¶ Pertinaciter contenderent. perſeueranter inſtarent: pertinatia a pertendendo dicitur: nam in quo non debet pertendi & pertendit pertinatia eſt. in quo uero oporteat manere ſi in eo perſtet perſeuerãtia nuncupatur. auctor uarro.

¶ M. AN. ¶ A dictatore Sylla: primus Ro. Sylla perpetuam induit dictaturam: quum ea alioquin dignitas ſemeſtris eſſet: uerum ultro tandem ſe poteſtate abdicauit: cui in ordinem redacto: cum conuitium fieret ab ignobili adoleſcente: quaſi diuinitus dixiſſe fertur fore: ut quicũq; poſt ſe eam dignitatem inuaſiſſet: non niſi cum morte deponeret: quod non multo poſt in. C. Cæſare euẽit. ¶ Sacerdotio: flaminio. ¶ Vxoris: Corneliæ. ad illud puto referendum: quod Sylla omnia Cinnæ bona publicauit. ¶ Gentilitiis hæreditatibus: quæ lege agnationis ad eum peruenire potuiſſent: unde illud: Si paterfamilias inteſtatus moritur: familia pecuniaq; eius agnatorum gentiliumq; eſto. ¶ Multatus: multæ nomine priuatus: Multã oſci pœnam dixere: quia non ſingula: ut olim: ſed multa ſimul eo nomine: ut Varro exiſtimat: a reo exigi occœperint: eſtq; delicti pecunaria animaduerſio: cum pœna ſit & capitis. ¶ Diuerſarum partium: marianarum: & ob id Syllæ inimicus. ¶ E medio: ex publico congreſſu. ¶ Quartanæ: febris. ſ. Plin. & Celſus Cornelius: quartanas & tertianas numero multitudinis frequentius uſurpant. Quartanæ inquit Celſus: ſunt ſimpliciores: incipiunt fere ab horrore: deinde calor erumpit: finitaq; febre biduum integrum eſt: ita quarto die reuertitur. ¶ Aggrauante: affligẽte. ¶ Latebras: loca quibus latere poſſet. ¶ Inquiſitoribus: ad eum & cæteros marianos inquirendos miſis. ¶ Redimeret: duobus talẽtis redemiſſe ſe Cœſarem a Cornelio Phagita inquiſitorum duce Plutarchus ait. ¶ Per uirgines ueſtales: Cice. Nulle ſunt inquit uirgines: quæ me a uobis deprecentur: quaſi per ueſtales de reconcialiatione ageretur. Cornelius ad hæc & Tranquillus in Vitelio auctores ſunt: hoc nomine eras cum legatis in Flauiana caſtra publice miſſas: de ueſtalium numero & miniſterio eorum: plura ſuo loco dicentur. ¶ Aurelium Cottam: hoc eſt quod per propinquos & affines dixit: nam & mater Cæſaris Aurelia dicta eſt. ¶ Deprecantibus: uel prece ſupplicium amolientibus: ut Ennius: Lætum & inimicum deprecor. & Catullus: Totidem mox deprecor illi: uel ualde deprecantibus.

Cice.q̃ multorum hic uitam a Sylla deprecatus est. ¶Viris ornatissimis:si quidem Cotta prætor: & consul fuerat:Mamercus & ipse bello marsico legatus: Liuius & Asconius sunt auctores. ¶Contenderent:obnixe peterent.

¶PHI. ¶Expugnatu m.uictũ syllam precibus deprecatorum ¶Vincerent ac sibi haberent. uerba sunt sylle ad eos qui pro Cæsare deprecabãtur. ¶Optimatiũ partibus.optimates sunt qui in republica uersantes ita se gerunt ut sua cõsilia optimo cui q̃ probentur:de quibus ita scribit Cicero in oratione pro sextio.omnes optimates sunt:qui neq̃ nocentes sunt:nec natura ĩ probi nec furiosi nec malis domesticis impediti.populares uero habebantur illi:qui ea quæ faciebant:quæq̃ dicebant multitudini iucunda esse uolebãt.De his priscianus in.V.hæc.optimates sunt:qui defendunt senatores.populares qui defendunt populum:Dicebat igitur sylla Cæsarem ut pote popularem & marianum futurum exitio optimatibus: qui ferme syllani habebantur. ¶Multos marios.scribit plutarchus syllam eos amentes esse dixisse qui Cæsarem seruandum asserebant:nisi in eo puero multos marios inesse conspicarentur.inimiciciarum autem Cæsaris & sylle causa erat affinitas marii:qui iuliam Cæsaris amitam habuit uxorem. ¶Stipendia prima fecit.primum militauit.est enim stipendium a stipe appellatum quod per stipes.i.modica æra colligatur:ut scribit iuri cõsultus.ff.de uerborum significatione.De stipendio militari ita scribit Varro libro primo linguæ latinæ.milites ærarii dicuntur ab ære quod stipendia faceret.hoc ipsum stipendium a stipe dictum:quod æs quoque stipem dicebãt stipẽ ipsam a stipando dicere cœperũt:propterea qd in cella stipabant ideſt componebãt. Inde stipendiarii nuncupati:qui stipendium hoc est tributum pendebant:qui alio nomine uectigales appellantur.in qua re uulgus semidoctum hallucinatur existimans stipendiarios dici milites qui stipendium accipiunt.cum tales proprio uocabulo mercennarii sint uocitãdi. ¶Cõtubernio.castrensi uerbo usus est:Cõtubernium enim ut docet uegetius in secundo de re militari:uocabatur manipulus ab eo quod coniũctis manibus pariter dimicabant.& proprie decem milites sub uno papilione degentes nominabantur contubernium:quibus præerat decanus:qui caput erat contubernii.Vnde accipitur pro conuictu & sodalitate. Inde contubernales uulgo sodales dicuntur.& contubernalitatem eleganter cyprianus appellat ipsam sodalitatem. ¶M.thermi.nescio an hic sit.M.ille thermus:ad quem asiæ propretorem extant.M.tullii epistolæ commendaticiæ:quibus eum laudat ab integritate:grauitate atq̃ clementia:sed erat illi non marci prænomen sed quinti.Cæsar in primo commentario belli ciuilis meminit alterius thermi prætoris:qui cũ eẽt pompeianus ex oppido tignio profugit cognito Ciceronis aduentu:quem cæsar miserat cum quinq̃ cohortibus.milites in itinere a thermo discesserunt.de quo lucanus in secundo.iusq̃ sui pulso iam pdidit umbria thermo. ¶Ad accersendam.hoc est euocandas naues accersere enim euocare est:arcessere uero aliquẽ accusare significat: & ab arceo nascitur: namque alium accusare a maleficiis arcere est.inde a cicerone dictum est arcessitur maiestatis: ideſt accusatur crimine lesæ maiestatis. existimat priscianus arcesso idem significare quod accerso:dicitq̃ ab arcio uerbo quod nunc accio dicimus. ¶Apud nicomedem.qui erat bitinie rex amicus romanorum:qui olim raso capite sumpsit pileum & se romanorum libertum uocauit: sicuti meminit plutarchus in libro de fortũa alexãdri. ¶Desedit.mansit commoratus est. ¶Prostrate.prostitute ad stuprum. ¶Bithynia repetita.sunt autores transisse ex europa populos noĩe thynos:a quibus appellantur Bithyni & Bithynia quæ regio est asiatica claudianus.thynitraces arant quæ nunc bithynia fertur. ¶Exigende repetende.exigere enim est debitum repetere.alias excludere.

Optimates qui

Populares

Stipendiũ unde

Stipẽdiarij Vectigales

Contubernium qd

Decanus

Thermus.

Accersere

Arcessere

Bithynia unde

Exigere quid

¶M.AN. ¶Expugnatum:precibus uictum. ¶Eum:Cæsarem. ¶Optimatium partibus: nobilium studiis:potentiæ:factioni optimates:qui primum in ciuitate locum optinent:uel q̃ opulentiores sint:& ĩ maiore censu:uel q̃ in primis oppressis opitulari possinnt. ¶Defendissent:aduersus Marianos tutati essent. ¶Multos marios:multa consilia:& studia optimatibus inimica:qualia a Mario fuere.Lucanus: Multusq̃ in pectore uano est Hanni bal. ¶Marci Thermi:nõ therini:ut quidam habent.Lucanns:Iusq̃ sui pulso iã perdidit umbria thermo.Extãt & Cicerõis epistolæ plæræq̃ ad Thermum Asiæ proprætorem ad eũ credo sub quo Cæsar prima fecit stipendia.Nec me fugit apud Tacitum therinum sæpius legi:sed aut mendose: aut certe alrerius familiæ id nomen fuit: ¶Contubernio:domestico uictu:communiq̃ habitatione:quasi contabernio:unde contubernales dicti. Modestus Centurias in contubernia diuidit:quorum singula denos haberent milites. ¶Bithyniam:ad Nicomedem.Bithyniæ Regem. Est Bithynia Asiæ regio thracio Bosphoro.& ponti ostio ad occasum obuersa. ¶Prostratæ:ad stuprum subiectæ. ¶Rumorem: phamam. ¶Exigendæ pecuniæ:ab iis qui eam deberent repetendæ.

expugnatum tandem proclamasse:siue diuinitus:siue aliqua coniectura uincerent:ac sibi haberent:dummodo scirent:eũ quem incolumẽ tantopere cuperent: quandoque optimatium partibus:quas secum simul defendissent:exitio futurũ: Nam Cæsari multos Marios inesse.

## De prima Cæsaris militia.

STipẽdia pria in Asia fecit.M.Thermi p̃toris cõtubernio:a quo ad accersendã classẽ ĩ Bithyniam missus desedit apud Nicomedẽ nõ sine rumore prostratæ regi pudicitiæ:quẽ rumorẽ auxit ĩtra paucos rursus dies repetita Bithynia p causam exigendæ pecuniæ:quæ deberet cuidam

h. auxit supradicto rumore opera sue gloriæ pudicaq̃ eo q. iterũ repetita bithynia fingẽs ea exigẽde pecuniæ q̃ sue ditiõi debebãt.

libertino clienti suo. Reliqua militia secundiore fama fuit: & a Thermo in expugnatione mitylenarum corona ciuica donatus est.

¶PHI. ¶Libertino clienti. nō est mirandum si Cæsar repetiit bithyniam clientis libertini causa: cum constet ex moribus populi romani secundū pupillos, proximum locū clientes habere: q se se i fidē patriciniū q nostrum dediderunt. Vñ. M. Catoita scripsit. aduersus cognatos, p cliente testat: testimonium aduersus cliētē nemo dicit. & Cæsar dictator in oīone, p bithynis adscripsit. hanc clausulā. clientes sine summa infamia deseri non possunt: qbus ēt a, ppinquis nostris auxiliū ferre cōstituimus. Romulus cōditor urbis instituit patronos oīa, p clientibus facere debere: q cū q efficiūt, p filiis patres: clientes aūt e cōuerso patronis suis ad filiae dotē pecuniā contribuere. Nihil q differebant clientiū patronorū q coniūctiones a, ppinquo q necessitudinibus. magna laus erat nobiliū clientes hfe quā plurimos. Inde exiit illud plautinum in menechmis. clientes sibi uolunt esse multos: ab eodem clienta mulier eleganti uocabulo nuncupat'. ¶In expeditione mitylenarum scribit liuius libro. lxxxviii. mitylenas in asia expugnatas dirutasq fuisse quae sola urbs post deuictū mirhridatē arma retinebat: est aūt in insula lesbo iuxta metynnam clara pittaco ex septē sapientibus uno: & alceo poeta: pluraliter mitylēas & singulariter mitylene, pnunciant'. scribit diodorus i sexto milytené macarii filiā: urbi nomē ididisse. Nō omiserim hoc in loco q d uictruuius, pdidit in primo oppidū mitylenen magnificēter q dē edificatū fuisse & elegā ter: sed positū nō prudēter: in q ciuitate auster cū flat hoies egrotant cū corus tusliūt: cū septemtrio restituūt' in salubritatē. Cæsar in huius urbis expugnatione meruit ciuicam coronā: quam ciuis ciui a quo seruatus est in prælio testem uitæ salutisq perceptæ dat: ea fit frōde querna q m uictus cibusq antiquissimus ex quercu capi solitus sit: fit ēt ex ilice: quæ & ipsa arbor glandifera est: Vnde cecilius poeta comicus coronam ciuicā appellauit iligneam. hac corona lucius gellius censuit donādum esse Ciceronem: q d eius opera esset atrocissima catilinæ cōiuratio detecta uindicataq. De hac ita scribit plinius in. xvi. iligna primo fuit: postea magis placuit ex esculo ioui sacra: ubiq custodito honore glandis. additæ sunt leges arctæ ut: S. ciuis qui seruatus esset fateatur: alias testes nihil prosunt: ut ciuis fuerit. auxiliaribus uero externis q uis rege seruato decus id uon dant. accepta corona ciuica licet uti perpetuo in ludis: induenti semper assurgi etiam ab senatu in more est. sedendi ius est in proximo senatui. Vacatio munerū omnium ipsi patriq & auo paterno datur. plutarchus in problematis & in coriolano ideo existimat hāc coronam dono dari ei: qui romanum ciuem seruasset in prælio: q m Ioui sacra quercus sit: in cuius tutela sunt ciuitates: & quia ex quercu antiquitus cibaria erant glandes: & facilem militi fructum quercus exhibebat. ¶Meruit. militauit merere enim dicimus stipendii gratia militare. lucanus ære merent paruo. M. Varro equo publico merent: merere etiam significat sordidissimum quæstum capere: Vnde meretrices & meritorii pueri dicti: interdum merere dicimus pro mereri. plautus in captiuis. uale atq salue & si aliter ut dicam meres, p mereris. ¶Sub seruilio isaurico. Seruilium illum signat qui piratas deleuit: quo tempore cœpit isaura pamphiliæ ciuitatem: de hoc intellexit ouidius illo uersu: africa uictorem de se uocat: alter isaurum: aut cretum domitas testificatur opes. hic ut testis est Eusebius chronographus: publico funere romæ elatus fuit. ¶Quæ per marcum lepidum M. lepidus signatur: qui inuito sylla suffragrante pompeio consulatū adeptus est: qui cum acta sylle iam defuncti rescindere tentaret bellū excitauit: & a quinto catulo collega ex italia pulsus est. De hoc lucanus. sternere profecto. ut catulo iacuit lepidus. periit autem in sardinia in quam fugerat non tam morbo q merore: q d in litteras quasdam inciderat: ex quibus ut inquit plutarchus uxorem cognouit adulteram. Mirum est pariterq scitu dignum: quod tradit plinius in. xxxvi. q non fuit Romæ pulchrior domus q ipsius lepidi: at eadem intra annos. xxxv. centesimum locum non obtinuit: adeo luxus cœpit inualescere. ¶Societate abstinuit. noluit Cæsar lepido se coniungere offerenti maria & montes: & pollicitationibus amplissimis inuitanti: cum uideret eius ingeninm socors & minime circunspectum: & quia occasionem: ex cuius momentis magnæ plerumq res agitantur: inuenerat minorem q foret opinatus. ¶Cum. i. partim.

De clientibus

Mitylenæ

ciuica corona

Mereo q d

Seruilius isauricus M. lepidus

¶M. AN. ¶Libertino: ad ingenui differentiam dixit. ¶Secundiore:, pspriore. ¶A Thermo: cuius ductu militabat. ¶Mitylenae: urbs in lesbo libera Mitylene ut Plinius ait. ¶Ciuica corona: querna: & qua qui ciuem seruasset donari consueuit: sed alia de causa imperatoribus data: ut postea dicetur. ¶Meruit: stipendia fecit: militauit: unde emeriti: qui iam militia soluti sunt: quidam emereor & emeritum: a mereor libentius ducunt. ¶Seruilio Isaurico: is ab isauris in cilicia uictis Isaurici cognomen Romam reportauit. Ouidius: Alter isauras aut cretum domitas testificatum opes. ¶Marcum Lepidum: is consul post Syllæ mortem in eius acta & uniuersæ factionis opes temere inuectus armis a Luctatio collega uictus in Sardiniā aufugit: ubi distillatiōis morbo ñ multo post piit: sunt q dolore nimio affectū: quū de adulterio coniugis resciuisset cōsumptū dicāt. ¶Magnis cōditiōibus: magnis uictoriae p miis. ¶Ingēio eius: uano & incō stāti. ¶Minorē opinione: oia min' q opinatus eēt ad discordiā & seditionē paratā. ¶Offendetat: inuenerat.

## De accusatione Dolobellæ.

GAeterum composita seditione ciuili Cornelium Dolobellam consularem & triumphalem uirum repetundarum postulauit: absolutoq; Rhodum secedere statuit: & ad declinandam inuidiam: & ut per ocium ac requiem Apollonio Moloni clarissimo tunc dicendi magistro operam daret. Huc dum hybernis iam mensibus trauicit circa pharmacusam insulam a prædonibus captus est: mansitq; apud eos non sine summa indignatione prope quadraginta dies cum uno medico: & cubicularijs duobus. Nam comites seruosq; cæteros in initio statim ad expediendas pecunias quibus redimeretur dimisit. Numeratis deinde quinquaginta talentis expositis in littore non distulit: quin e uestigio classe deducta persequeretur abeuntes: ac redactos in potestatem

De duobus dolobellis

¶PHI. ¶Compositā seditiōe ciuili. seditionem significat: quā tome excitauerat lepidus aduersus collegam catulū. ¶Cor. dolobellā postulauit. Duos eodem tempore fuisse & prænomine & noīe & cognomine dolobellas tradit asconius pedianꝰ quoꝝ alteꝝ marcus scaurus & accusauit & damnauit. alterū Cæsar accusauit nec damnauit: De quo nunc loquitur tranquillus hoc scitu dignū est. quod uno & .xx. ætatis anno Cæsar dolobellam hunc accusauit oratione luculenta: quam cū admiratiōe posteri legebant. auctor tacitus in dialogo de oratoribus. postulare uero significat accusare: in quo significatu crebriter accipit

Postulare

apud oratores. & ut scribit Vulpianus iurisconsultus postulare est desyderiū suum uel amici sui iu iure apd eum: qui iurisdictioni preest exponere: uel alterius desyderio contradicere: qui autem postulare prohibeātur libro tertio digestoꝝ copiose traditum est.

Accusatio repetūdarum

¶Repetundarum. præsides prouinciarum accusari solēt repetundarum. a prouincialibus: qbus eripuerunt pecunias: aut uasa aut uestem aut frumenta aut id genus alia. de qua re ita scribit iurisconsultus libro. xlviii. digestoꝝ. lex iulia repetundaꝝ pertinet ad eas pecunias: quas qs in magistratu legatione uel alio officio ministerio ue accepit: & paulo infra aptius ita scriptū est. lege iulia repetūdaꝝ tenent: q cum aliquā potestatē haberent pecuniā ob iudicandū uel nō iudicandū decernendū ue acceperit. dicimus aūt repetundaꝝ & de repetūdis p duos tantūmō casus: Acilius glabrio legem primus tulit de pecuniis repetūdis: quæ acilia dicta ē. quæ ut inqt Cicero lex socialis ē & tota sociorꝝ cā constituta.

Locus de molone.

¶Absoluto. S. dolobella. fuit euim absolutus: q̄uis ad dānationem peragendā cōplures græciæ ciuitates testimonia Cæsari detulerint. ¶Apollonio moloni. scribit plutarchus Cæsarē condiscipulū fuisse Ciceronis sub apollonio molone: q ut auctor est strabo alabandensis quidē fuit sed rhodi uixit: & ideo rhodius nūcupatus. Cicero in bruto testat apollonio moloni utpote optimo dicendi magistro recoquēdum se dedisse: sub quo cū fauonius parum profecisset facetosa quadā annominatione dixit idē Cicero eum rhodi molis potius q̄ moloni opam dedisse.

Pharmacusæ insulæ Rhodos

¶Circa pharmacusam insulam. iuxta atthicā regionem in salamiaco mari duæ sunt exiles insulæ noīe pharmacusæ: in quaꝝ altera sepulchrum circes uisitur. auctor strabo in nono. pharmacuse insulæ meminit nudo tātum noīe plinius in quarto natu. historiæ. ¶Rhodum secedere. rhodos insula est in mari carpathio ut indicat lucilianus uersus. Rhodos carpathiū in pelagus se inclinat apertū: soli sacra est: q puellæ noīe rhodiæ amore captus rhodum ab ea noīauit: ut refert diodorus in sexto. Auꝝ rhodi pluisse ob felicitatē insulæ cecinit pindarus: ubi studia liberalium artiū & in primis oratoriæ facultatis efloruerunt: Vñ Cicero & quintilianus tria oratoꝝ genera fuisse prodiderūt: atticum asianū & rhodiū: quod uelut medium erat & ex attico asianoq; cōmixtum: merito itaq; Cæsar secessum elegit rhodiensem utpote locū disciplinis ingenuis faciendoq; oratori accōmodatum: illinc. n. multi memoratu digni extiterunt: circa philosophiā & oratoriam: panetius & stratocles. & andronicus. Rhodi qdem uixit possidonius & sophisticā rhodi exercuit: fuit tñ Apamiēsis ex syria: quēadmodū apollonius molacus & molōnā; hi alabādenses fuere. pterea simias grāmaticus & apollonius q argonautica cōposuit alexādrini qdē fuere: Rhodii tñ uocati sunt.

Comes q

¶A pdonibus captus. scribit plutarchus Cæsarē captū fuisse a cilicibis piratis cū discederet a nicomede bithyniæ rege. Cato pdonulos dixit ὑποκοπιστικῶς. i. diminutiue q̄si pusillo pdōes. ¶Cōites. appellatōe cōitis eū accipe debēus q sequat: siue liber siue seruꝰ siue masculus siue fœmia sit: & ita comitē labeo iurisconsultus definit: q frequentādi cuiusq; cā ut sequereť destinatus fuerit. Inter comites utiq; & pedagogi erunt: hoc tpe comes nomē est dignitatis: quod & usurpat amiānus marcellinus: a quo largitionum comes dictus: q preerat largitōibus Imperatoriis.

De talēto

¶Ad expediendas pecunias. quas. S. milesii ei supeditauerunt ut redimeretur. ¶Talentis. talentum multiplex est nanq; talentum atticum magnū octoginta tres habet libras: paruū uero sexaginta: auctor priscianus. scribit seruius talentū apud romanos esse septuaginta libraꝝ. Varro aūt talentū atticū ait taxari sexdecim sexterciis. plinius in .xxxiii. Ex auctorita te Varronis tradit talentū egyptiū pondo octogincta patere. De talento attico liuius describēs fœdus qd cū antiocho & romanis ictū est ita prodidit. talentū ne minus pōdo octoginta romanis ponderibus pēdat: erat aūt talentū euboicū: qd quattuor milia ualebat denarioꝝ romanoꝝ. erat pterea talentū rhodiū qngentoꝝ denariū. Neapolitanum sex denariū. syracusanū triū denarium. rheginū uictoriati. est autem uictoriatus nūmus argēteus uictoriæ nota signatus: & inde nomē. hic intelligimus attica talēta numero qnquaginta fuisse numerata: q̄ singula romāis pōderibus pēdant octoginta pōdo hoc ē libras.

Victoriatus nūmus qui

¶Eustigio. statim. ¶M. AN. ¶Cornelium Dolobellam: duo eodem tempore: ut Pedianus ait fuerūt Dolobellæ: atq; ambo

postulati:sed hunc Cæsar accusauit:quem damnare non potuit:quanq̃ multi græciæ populi:& testimonia: ut Plutarchus scribit:ei detulissent:alteq̃.M.Scaurus:qui ut damnaretur effecit.¶ Consularem & triũpha lem:qui non modo consul fuerat:sed triumphum etiam egerat.¶ Repetundarum:pecuniarum intellige quo nomine pecuniæ:& alia quibus diuitiæ constant:continentur:sed siue nomẽ sit:siue aliud duobus casi bus:repetundaq̃:& repetundis ueteres plurimum usi sunt.¶ Apollonio Molõi:cui Cicero quoq; ut Plu tarchus ait:operam dedit.¶ Pharmacusam insulam:circa carpathum est ea insula:unde & carpathiũ mare ¶ Classe deducta:ex milesio:ut Plutarchus ait:portu in altum ducta.

supplicio:quod illis sæpe minatus inter iocum fuerat affice/ret:Vastante regiones proximas Mithridate:ne desidere in discrimine uideretur sociorũ ab Rhodo:quo pertẽderat trã sit in Asiam:auxiliisq; contractis: & præfecto regis prouin/cia expulso:nutantes ac dubias ciuitates retinuit in fide.

## De tribunatu militũ eius: & aliis gestis ipsius.

TRibunatũ militũ:q̃ prius Romã reuerso p suffragia populi honor optigit auctores restituẽdæ tribũitiæ potestatis:cuius ui Sylla dimmiuerat enixissime iuuit.Lucio Cinnæ uxoris fratri:& q cũ eo ciuili discordia Lepidũ secuti

¶ PHI. ¶ Supplicio afficeret. Cæsar piratas a qbus captus fue rat cũ in potestatẽ suam redegis set qñ suffixurum se cruci ante iurauerat iugulari prius iussit deinde suffigi:feneſtella tñ in se cundo epitomatũ prodidit pira tas a Cæsare decollatos fuisse hoc est securi cesos nõ suffixos patibulo.apud illũ.n. ut ait dio/medes inueniť quẽadmodum Cæsar a piratis captus sit:utque eos postea cœperit & decollaue rit.¶ Ne desidere.cessare & per ignauiam deses & cessator esse.

¶ Auxiliisq; contractis.Auxilia proprie dicunť socioq;:cũ legiones ex romanis cõstent.inde scribit uegeci us libro.ii.de re militari.auxiliares ex diuersis locis ueniũt:& legionibus semp auxilia tanq̃ leuis armatura in legione iungebanť ut in his pliandi magis adminiculũ esset q̃ principale.inde apud historicos legiona/rii & auxiliarii discretim produnť.¶ Prouincia expulso.prouinciam intelligit asiã non eã:quæ tertia orbis pars significať:sed alterã quã agrippa determinauit ab oriente armenia minore: ab occidẽte phrygia lycao/nia paphilia:a septẽtrione ,puincia põtica a meridie mari pãphilio.Regiones ãt longe Ab italia acqsitæ bel/lo ,puinciæ dictæ sunt a porro uel procul uincendo:ad quas ptores qa cũ officio mittebanť officia quoq; ,p tũntiæ noiantur:auctor donatus in cõmentario phormiõis.ait egesippus romanos cũ i ius suum uincẽdo redigerent ,pcul positas regiones:appellauisse ,puincias:a ,puincia prouinciales deriuanť:quo antiqtus no mine oẽs pter italicos appellabanť.qd significare uideť plinius libro epistolaq̃.viii.sic scribẽs.italicus es an prouincialis.& columela caput facit libro.vi.Agricolatõis de cultura ,puincialiũ uineaq̃:cũ alibi de cultura italicaq̃ scribat.¶ Regis.mithridatis.¶ Tribũatu militũ:tribunoq̃ militariũ duo sũt gña:alii ruffuli dicũť: q̃ i exercitu creari solẽt: Alii sũt cõiciati:q romæ comiciis designãť auctor ascõius. Tribuni militaris officiũ ẽ ut miles ueste nitidus armis bñ munitus:exercitatiõis usu & disciplina eruditus incedat:sicuti docet uege/cius in.ii.de re militari.Vegecio subscribit iuriscõsultus sic scribens titulo de re militari.offm̃ tribunoq̃ est milites i castris cõtinere.& ad exercitatõem perducere quærelas cõmilitonum audire:ualitudinarios inspi cere.olim romæ tribuni militũ consulari ptãte promiscue expatribus ac plebe creati sunt: de quoq; nume/ro Vario & potestate nõ pauca scribit liuius libro quarto & qnto ab urbe condita.alii fu rũt tribuni plebis alii tri.ærarii dicti ab eo:qd his attributa erat pecunia quã militi redderẽt.Igiť Cæsar creatus tri.militũ q co miciatus diciť fauore populari iuuit autores restituẽdæ tribũitiæ ptãtis.Qui at fuerit isti autores ambigiť. Ego existimo intelligẽdũ eẽ peculiariter põpeiũ:q ut scribit plutarchus apud plebẽ erat fauorabilis. ,ppte/rea q̃ tribunatũ restituerat.Appianus in secũdo belloq̃ ciuiliũ auctor est põpeiũ cũ a curione tribuno sena/tus fuisset dissolutus uehemẽter penituisse.q̃ tribunitiã potestatẽ a sylla iminutã atq; disiectã:denuo ipse i pristinũ statũ redigisset.asconius pedianus.infractã tribunitiã potestatẽ a sylla restitutã a Cneo põpeio ap/paret.longe tñ differt tribunus plebis a tribũo militari.¶ Qui honos.mgiatus.¶ Reuerso.Cæsari.¶ Cu/ius uim sylla diminuerat.scribit Cæsar in cõmentariis syllã oĩbus rebus nudasse tribunitiã ptãtem: cui tñ intercessionẽ liberã reliq̃rit.Quintus Cicero sic inqt apud.M.Tulliũ fratrẽ libro tertio de legibus:quãobrẽ in ista qdem re uehemẽter syllã probo:q tribunis plebis sua lege iniuriæ faciẽdæ ptãtem ademerit auxiliũ ferẽdi reliq̃rit.Pompeiũq; nñm cæteris rebus oĩbus semp amplissimis sũmisq; effero laudibus:de tribunitia ptãte taceo nec reꝑhendere liber:nec laudare possum uitia tribũatus.De hac eadẽ re ita refert linius uolu/mĩe.lxxxviiii.sylla tribunoq̃ plebis ptãtem minuit & oẽ ius legũ ferendarum ademit.¶ Enixissime.maxi/mope ualidissime.¶ Rogatõe plotia confecit.lex plebiscitũ priuilegium rogationis noie continenť.est.n. rogatio q̃si caput & fons totius iuris popularis.Nã rogare populũ est agere cũ populo:i qua re hæc erãt uer/ba solemnia.Velitis ne iubeatis ne qrites ut hoc uel illud fiat: Vnde rogatio quasi quedam interrogatio est ide tranqllus rogationẽ plotiã appellat legem latam a plotio tribuno plebis:per quẽ Cæsar effecit ut hii: q cum lepido fuerant i patriam redire impune possent:Gellius i.xii.noctium atticarum.meminit orationis: qua Cæsar plotiã negationẽ suasit:q̃uis codices gelliani ferme oẽs nõ plotiã rogationẽ habeant sed planu/tiã.uerũ cũ plocius diciť & plaucius.plauciã rogationẽ legemus apud gelliũ:& ita conueniet cum tranqllo. ¶ M.AN.¶ Supplicio quod fuerat interminatus Cæsar eos in potestate redactos prius iugulari iussit mox pergami:quod se factuq̃ promiserat:cruci iugulatos affixit.¶ Nutantes:instabiles:nec in fide man:

Auxilia
Auxiliares milites & legionarij
Prouinciæ quæ
Prouincia
Tribuni q
Rogatio qd.

furas. ¶ Tribunatum militum: Pedianus duo ait tribunoꝝ militum fuisse genera: unum quod refusti dicerent: quiq; in exercitu creari soliti essent: alterum comitiatorū: qui comitiis designarentur: de quo nunc Sed hi consulari potestate creati sunt: circa Vientani Scnoniciq; belli tempora: interdum & proconsularis: aut non multum diuersa potestas data: quo fit ut tribunos fasces etiam procul italia habuisse tradiderint: quidam ut Tyberium Neronem: qui postea princeps fuit Rhodi: &. M. Antonium: qui ab Antonio pio est adoptatus tota italia proconsulari imperio tribunum fuisse Capitolinus tradidit. ¶ Cuius uim: potestatem. ¶ Sylla diminuerat: tulerat Sylla dictator legem ut Appianus scribit: qua cautū est: ne is q tribunus plebis fuisset: magistratum ullū amplius haberet. Liuius: omnē ferendarū legū uim tribunis scripsit ademptam. Pedianus autem iudicandi. ¶ Auctores restituendæ tribu. po. Pompeius secūdo suo cōsulatu: quem cum Crasso gessit tribunitiam potestatem populo restituit: cuius postea rei constat eū sub initium ciuilis belli pœnituisse

¶ PHI. ¶ Post necē consulis. S. Iepidi de quo supra dictum est. ¶ Vxoris fratri. erat hic frater Corneliæ uxoris Cæsaris: Vnde merito Cæsar elaborauit ut in urbē redire posset. ¶ Ciuili discordia. quæ inter Iepidū & catulū exorta est. ¶ Ad sertoriū confugerant. Sertorius id tēporis erat in hispania marianæ factionis propugnator: aduersus quē sylla multos misit impatores cū exercitibus. historia sertorii notior ē q̄ ut pluribus sit explicanda. ¶ Habuit cōtionem.

post necem consulis ad Sertorium confugerant reditum in ciuitatem rogatione Plocia confecit: habuitq; & ipse super ipsa re concionem.

De quæstura eius & aliis gestis per eum.

QVestor Iuliam amitam uxoremq; Corneliam defunctas laudauit e more pro rostris: sed in amitæ quidem laudatione de eius ac patris sui utraque origine sic refert. Amitæ meæ Iuliæ maternum genus ab regibus ortum paternum cum diis immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Martio sunt Martii reges quo nomine fuit mater

Contio qd

Contio significat locū suggestumq; in quo uerba fiunt: itē cetū populi assistentis: item orationem ipsā quæ ad populū dicitur. auctor uerius flaccus: contio græce ἀπὸ τοῦ ἀγορά nuncupat. hic contionem intelligit orationem cæsaris habitā ad populū. ¶ Quæstor. quæstura primus erat honoris gradus apud romanos: & p

Questores

torem quæstori suo parentis loco esse oportebat: sicuti cicero in oratione pro plaucio & in uerrinis scripti

Parrici

tauit. questores aūt dicti sunt: a querendo: q conquirerēt publicas pecunias & maleficia. Dubiū est romulus ne an tullus hostilius questores primos romæ creauerit. Ex questoribus qdam prouincias sorciebant & tā patricii q̄ plebeii indifferēter creabant: de qbus multa iurisc̄sulti ꝓdiderūt. auctor ē tacitus. xx. questores olim fuisse creatos cū stipēdiaria iā esset italia. parrici questores: antiqtus appellabāt: q solebāt creari cā rei capitaliū q̄rēdaꝝ: tales hac tēpestate sūt iudices maleficioꝝ quos uocāt. ¶ Amitā ꝑiis sororē: marii uxorē: un

Amita Amitam Cōsobrini

de amitini consobrini dicti q ex sorore & fratre ꝓpagantur. ¶ Laudauit e more: ꝓ rostris. cū ex uoto camilli cratera aurea ad apollinē delphicum mittēda eēt cūq; parua auri copia foret in urbe: tūc matrōæ romāæ i

Funebris oīo ita fuit sic funeris instituit faciēda

ter se cōsultantes oīa corporis ornamenta aurea cōtulerunt: qd aurū fuit pondo octo talentorū. Igitur senatus referre uolens his mulieribus honorē decreuit: ut post mortē ita ꝓ fœminis in funere celebrando oīo funebris haberet. sicuti ꝓ uiris habebatur. auctor plutarchus in camillo: a plutarcho dissentit liuius: q scribit i. V. ab urbe cōdita: qd cū i publico deesset aur̄: ex quo sūma pactæ mercedis gallis arcē romanam oppugnantibus cōficeret: id a matronis fuisse collatū: pretereaq; istitutum ut earum sicut uiuorum post mortem

Rostra qd

solēnis laudatio esset. ¶ Pro rostris. romæ ante curiā hostiliā i foro romani extructū suggestū adornauere ex rostris nauiū antiariū: rostraq; id templū appellauerūt: ex quo loco concionari solebāt. auctores liuius &

Pro.

M. Varro ꝓ rostris dicit sicuti dixerunt ueteres ꝓ censu ꝓ tribunali ꝓ testimonio. Vbi hæc particula ponit ꝓ in alias significat ante ut ꝓ curia ꝓ menibus: ante curiā: aū menia: auctores festus diomedes & priscianꝰ: utraq; origie. materna & paterna. ¶ Amitæ meæ iuliæ. uerba sunt cæsaris: qbus iuliam amitā marii uxorē laudauit oīone funebri. ¶ Ab regibus. pp ancū martiū. ¶ Cū diis. ꝑpter uenerem. ¶ Ab ancomartio sunt martii reges. romæ familia fuit martioꝝ: q cognominati sunt reges. ꝑpterea qd ab anco martio quarto romanoꝝ rege erant oriundi. inde aqua martia a noīe quinti martii regis dicta est: qui fuit unus ex hac familia: cuius meminit. Pli. in. xxxvi. In hac gēte fuit Marcius uates illustris cuius carmia citant liuius & macrobius. ¶ Fuit mater. marcia significatur: quæ fuit mater iuliæ cæsaris amitæ.

¶ M. AN. Post necem consulis: Lepidi scilicet: quem in Sardinia defunctum diximus. ¶ Rogatione: lege plebiscito. ¶ Plocia: Clodium & Claudium ueteres dixere: sic Plocium & Plaucium. duorū Pedianus Plaucioꝝ meminit. M. Plaucii Syllani trib. ple. &. P. plauci Ipsei: qui in consulatu fuit Milonis cōpetitor: utrius hoꝝ: an alterius Plaucii rogationē Cæsar Corneliæ uxoris fratri: & aliis exulibus reditum in urbē fecerit parum compertū habeo. ¶ Concionem: orationē ad populū: orationis ipsius Gellius meminit: in oratione inquit. C. Cæsaris: qua plauciā rogationē suasit: Iuliam amitam patris sui sororē: quæ. C. Mario nupsit. ¶ E more: ueteri instituto: miror Plutarchum existimare nouo exemplo Corneliam a Cæsare laudatam: quasi is honor grandibus natu matronis tantum redderetur: quum ipse in Camillo auctor sit: ob aurum a mulieribus in publicū collatū: patꝝ decreto oībus datū: ut fato defunctæ publice laudarent. Alicarnasseus Dionysius: antiquissimā orationē funebrē apud Romanos eā existimat: quā Publicola consul in Bruti collegæ funere habuisset. ¶ Quo noie Martia: quia in martia gente orta.

a Venere Iulii cuius gentis familia ē nostra. Est ergo in genere & sanctitas regum qui plurimum inter homines pollent: & cerimonia deorum: quorum ipsi in potestate sunt reges. In Corneliæ autem locum Pompeiam duxit Quinti Pompeii filiam Sylle neptem: cū qua deinde diuortiū fecit adulteratam opinatus a Publio Clodio: quem inter publicas cerimonias penetrasse: ad eā muliebri ueste tā constans fama erat: ut senatus quæstionē de pollutis sacris decreuerit

De gemitu eius apud statuam magni Alexandri: & de sommio ipsius de matris concubitu.

q Væstori ulterior Hispania obuenit: ubi cum mandato reipublicæ iure dicendo

¶ Foꝝ aleatorium. quo conferent controuersias: & quæ uendere uellent quoq; ferrent: foꝝ appellarunt. ubi quod generati additum est ab eo cognomẽ ut foꝝ boarium foꝝ olitoriũ. auctor Marcus Varro. Itaq; festiuiter augustus foꝝ aleatoriũ appellauit locum quo aleatores aleam ludumq; conferrent exercerentq;. ¶ Calefecimus. exercuimus frequẽtauimus a contrario dixit Terentius. Nimirũ hic hoies frigent. ¶ Frater tuus drusus nero. ¶ Magnis clamoribus. qui excitari solent ab his qui fauẽt uictori in alea: uel potius itellige clamores & iurgia: quæ subinde gliscunt inter colluſores iuxta illud nasonis de alea scribentis in secundo de arte. crimina dicuntur. resonat clamoribus ether. ¶ Præter spem retractus. nihil incertius est aleatorio ludo: in quo potissimum fortuna dominatur. adeo ut sepe numero: qui iam uictor erat abiturus: is repente uictus discedat: & qui uictus uidebatur subito uictor euadat: quod euenit druso: qui cum ab initio perderet: iacturamq; faceret: ex inopinato cepit ex damno aleatorio retrahi & felicib⁹ iactibus resarcire quod amiserat. ¶ Manus remisi. remittere manus in alea est condonare colluſoribus iactum quem sua quisq; manu damnosum sibi fecit. Debuitq; ob id nummos soluere. ¶ Exegissem. repetiissem recepissem. unde & exactores pecuniaꝝ dicti. ¶ Sed hoc malo: potius uolo donare & remittere colluſoribus q̃ exigendo uincere. ¶ Benignitas. liberalitas Cicero in secundo de officiis fontem ipsum benignitatis exaurit. ita benignitate benignitas tollitur. ¶ Ad celestem gloriam. hic est uetustissimus auctore pllnio referendi gratiam benemerentibus mos: ut tales nominibus ascribant. Deus est. n. mortali iuuare mortalem: & hæc ad eternam gloriam uia. & profecto ut ait uerissime pacatus in panegyrico. Rei & famæ bene consulit munificus imperator lucratur enim gloriam cum det pecuniam reuersuram. ait Rabirius poeta. hoc habeo quodcunq; dedi. ¶ Vel par uel impar. expungenda est pticula illa: uel: in medio collocata: & ita legendum. par impar. est enim genus ludi puerilis uulgo notum: de quo sic ait oratius ludere par. impar equitate in arondine longa. ¶ Scalas anularias. anulariæ scalæ opinor dicuntur quæ in cocleæ formam figurantur & orbiculata figura instar anuloꝝ rotũdantur: quod scalaꝝ genus alio nomine cochiũ dicitur strabo lib. ultimo. hæc est etiam pãnium altitudo quædam manufacta turbinea petrose ripæ persimilis: in quam per cochium ascenditur. scribunt Marcus uarro & donatus in eunucho terentiana scalas deum penatium edificatas fuisse ex bonis macelli & cupidinis equitum ciuium Romanorum: qui damnati fuerunt a quorum altero macellum ab altero forum cupedinis appellatum sit. præterea scalæ romæ fuerunt: quas tarquinius superbus fecit quas abominandi eius nominis gratia taquinias appellatas esse uulgo existimari ait uerrius.

Foꝝ unde

Bẽignitas

Anulariæ scalæ

Tarquiæ scalæ

¶ M. AN. ¶ Aleatorium: sic libentius legerim q̃ aleatoꝝ quod plures habent ut urbane locum aleatorum frequentia refertum aleatoriũ appellauerit foꝝ. ¶ Calefecimus: multitudine & frequentia calorem induximus. ¶ Frater tuus: drusus potius q̃ agrippa qui cum Tyberio adoptatus non multo post fuerat depositus. ¶ Rem gessit: lusit. ¶ Detrimentis: ex ingenti pecunia quam amiserat. ¶ Retractus: paulatim uincendo dãnũ resarsit. ¶ Quas manus: pecuniaꝝ grumos i aleã cõiectos. ¶ Remisi: cõdonaui. ¶ Exegissem: mihi pſolui uoluissem. ¶ Aut retinuissẽ: aut nõ exactaꝝ loco uicẽtibus nõ reddidisse: aut certe exactas ne cui

dediſſem. ¶ Quinquaginta millia: nummum. ¶ Sed hoc: me. ſ. in oēs munificum fuiſſe. ¶ Filiam iuliam: ante eius damnationem id factum intellige. ¶ Par. & ipar. quod nucibus & digitis ſolet fieri. ¶ Ad ſcalas annularias: locum ſic in urbe ab annulariis credo officinis ſiue pendentibus annulis dictum.

¶ PHI. ¶ Calui oratoris. de cal uo non pauca dicta ſũt in iulio cæſare. illd adde: quod hic lami nis plōbeiis uſus eſſe tradit ad cohibenda uiſa ueneria inquie te ſponte naturæ erūpentia uſq; i morbi gen⁹: qua re uires quo que corporis ſtudioq; labore cu ſtodiuit. ¶ Palatio. ubi domus Cæſarum fuerunt quas plini⁹ palatinas appellat. ¶ Ortenſia nis. quæ fuerant ortenſii orato ris: de cuius eloquentia Cic. de cuius ueſtitu ad munditiem cu rioſo: gellius macrobius & uale rius tradidere. Vnde in eū mul ta quaſi in hiſtrionem dicta ſũt.

Caluí oratoris fuerat: poſtea in palatio: ſed nihilominus ædi bus modicis hortēſianis: & neq; laxitate: neq; cultu cōſpicu is: ut in quibus porticus breues eēnt albanarum columnaꝝ: & ſine marmore ullo: aut inſigni pauimento cōclauia: Ac p annos amplius. xl. eodem cubiculo hyeme & æſtate manſit quāuis paꝝ ſalubrem ualitudini ſuæ urbem hyeme experire tur: aſſidueq; in urbe hyemaret. Si quando quid ſecrete: aut ſine interpellatione agere propoſuiſſet: erat illi locus in edi to ſingularis: quem Syracuſas: & Techophion uocabat: huc tranſibat: aut in alicuius libertinorum ſuburbanū. Ager aūt i domo Mœcenatis cubabat: ex receſſib⁹ p̄cipue frequētauit

mœcenatū

hic ſicuti teſtatur quintus ſerenus periit lingua in actione deficiente. in hortenſio duo ſingularia laudātur memoria præcellens & pronuntiatio plena uenuſtatis. ¶ Neq; laxitate conſpicuis. M. Tullius in primo of ficiorum præcipit. in domo clari hominis: in quam & hoſpites multi recipiendi & admittenda hoium cu iuſq; generis multitudo eſt: adhibendam curam eſſe laxitatis. in ampla domus decori dño ſepe fit. ¶ Neq; cultu. ornatu. magnificentia domus tripartito probatur fabri ſubtilitate: magnificentia diſpoſitione cū ma gnificenter opus perfectū aſpicitur dominus impenſæ laudabitur: cum ſubtiliter: officinatoris exactio pro babitur. cū uero uenuſtate & proportionibus: tunc erit gloria architecti. ¶ Albanaꝝ columnaꝝ. ex lapide albano ſtructaꝝ: qui uilior erat & quia uernaculus & quia mollis. Nam ut auctor eſt uitruuius in. ii. lapidi cinæ quædam molles: & circa urbem fidenates & albanæ. Saxa albana in locis tectis ſuſtinent laborem ſi au tem in apertis fuerint & patentibus collocata: quia mollia ſunt pruinis & gelicidiis diſſoluētur. ¶ Inſigni pauimento. qualia fuerunt apud priſcos lithoſtrota. & ut indicat lucillianus uerſus: arte pauimenta atque emblemate uermiculata: de pauimentis in Iulio Cæſare ſatis dictum. ¶ Cōclauia: triclinia & cenationes & alia in genus membra domus cōclauia dicunt. feſtus pōpeius ait conclauia dici loca: quæ una claue claudū tur. paulus iuriſcōſultus digeſtis de ſeruitutibus prædioꝝ urbanoꝝ. foramen in uno pariete conclauis uel triclinii. ſcribit uitruuius in. vi. in conclauibus uſum luminū maximū eſſe adhibendū. martialis: in oībus uacerra quod conclauibus. Cicero appellat cōclaue quod quintilianus triclinium dixit tāq; idem ſit. ¶ Eo dem cubiculo. in hoc multū diſtabat auguſtus a lucullo: q cum tpe habitationē quoq; pmutandā cenſebat: ne grues aut Ciconiæ hoibus prudentiores uiderent: quæ regiones ſubinde cū tpibus mutare cōſueuerūt ¶ Hiemaret. hiemē ageret & totū hibernū tp̄s romæ moraret. ¶ Sine interpellatiōe. iterruptiōe & itertur batione. Ci. in ſtudiis ſine interpellatione uerſor. ſupra docuimus interpellare eē mediā alterius oīonē inter rumpe: uel actiōi ſe alterius interponere. ¶ In edito. in pte domus eminētiore. ¶ Syracuſas. ego exiſtimo iō ab auguſto locū i editiore pte domus ſecretioré uocatū eſſe ſyracuſas: pp poſituram ſyracuſanæ urbis i ſicilia oium pulcherrimæ. ea. n. urbs ex quattuor quaſi urbibus cōſtare dicebat: quaꝝ una ē inſula i qua domus erat hieronis regis: altera eſt acradina. i qua ampliſſima fuit curia. Tertia ē thyce noīata: i qua gimnaſiū cla riſſimū fuit. q̄rta ē urbs q̄, qa poſtrēa edificata ē neapolis uocat: quā ad ſūmā theatraꝝ ē maximū. auctores Ci. i. vi. uerriaꝝ & liui⁹ i. xxv. quēad modū ergo ſyracuſe erāt q̄drifariā diſptitæ & pars a pte tāq; urbs ab urbe di ſiuncta ita locus in quo auguſtus aliq̄d ſecreto agere ſolebat: elegāter uocabat ab eo ſyracuſæ: cū eſſet ſepa tus & in edito quaſi a reliqua domo ſeiunctus ſequeſtratuſq; qdam a uerbo græco id nomen deductū au tumant: tanq̄ ſignificet trahere ad qetem a græcis. n. σύρω dicitur traho & ἀκήν quod aduerbiū eſt ſignifi cans quiete & ſilenter: non improbabilis eſt opinor illa prior noſtra ſnīa: ut a ſimilitudine urbis ſyracuſanæ locum ſepoſitum uocauerit auguſtus ſyracuſas. ¶ Techophion. dictio græca eſt: q̄ ſignificat artis, ductio nem & ut ita dicam natiuitatem: tanquam ille locus artium diſciplinarumq; excogitandarum auguſto cau ſam ſuppeditaret. loca enim ſecreta plurimum uegetare poſſunt ingenia: hinc ait plinius in epiſtolis o ma re o littus uerum ſecretumq; muſeum: quam multa inuenitis: quam multa dictatis τέχνην. græci artem uocant: & φύω produco. ¶ Suburbanum. prætorium ſiue uillam. ¶ In domo mecenatis: quæ erat in ex equiliis. olim nero ſpectauit urbis incendium ex turre mecenariana: quam ille in hortis ſuis extruxerat de qua eſt illud oratianum: molem propinquam nubibus arduis omitte mirari. ¶ Ex receſſibus: loca ſunt ameniora ad quæ tanquam diuerticula quædam ſecedere ſolemus. Iuuenalis: Ianua baiaꝝ eſt & gra tum littus: ameni receſſus

¶ M. AN. ¶ Calui oratoris: Fabi⁹ iuēi q poſt Ciceronē caluū p̄ferrēt oīb⁹. ¶ In pala. palatii regiōe. ¶ Hor tēſianis: q̄ hortēſi oratoris Cicerōis emuli fuerāt: De hortēſio: Fabi⁹ tacit⁹ & gellius plura. ¶ Albanaꝝ col. ex uicino q̄ſitaꝝ & iccirco uiliori s p̄tii. ¶ Conclauia: ſecretiora ædiū loca qb⁹ aut uiri colloq aut mulieres

magnifica domus tri partito

Albanæ co lumnæ

Syracuſæ

Techo phion

confabulari solent dicta quod habeant clauē unam communem domesticis oībus: Cicero triclinium con claue appellauit: Quintilianus de cranonei Scopæ cōuiuio uix eo inqt Limen egresso triclinīū illud supra conuiuas corruit de quo Cicero interea ait: Conclaue illud cecidit. unde suspicari possis Triclinium a nīis recte conclaue appellari. ¶ Syracusas: nomen a re fictū ἀπὸ τοῦ συρᾶν traho: καὶ ἀκὴν τὸ ἐπιρρῑμα. i. qete & cū silentio: uel σύραξ καὶ τοῦ ἀκούσιον qa inuitū traheret. i. ad animi labores: sic syracusias poti⁹ legēdum: uel ἀπὸ τοῦ σύριγγος cuniculo καὶ ἀκή: sunt alioqn syracusæ in Sycilia urbs clarissima & oīno notior q̄ de ea longior suscipiat sermo. ¶ Technophion: & hoc quoq; fictum τέχνη ars a græcis dicitur φύω produco. ¶ Suburbanam: uillam aut prædium urbi, pximū. ¶ Excessibus: ex locis quæ in secessu frequentabat.

maritiam: insulasq; campaniæ: aut pxima urbi oppida: Lauinium: Prenestе: Tybur: ubi etiam in porticibus Herculis templi persæpe ius dixit. Ampla & operosa prætoria grauabatur & neptis quidem suæ Iuliæ profuse ab ea extructa etiam diruit ad solum: Sua uero quis modica non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu quam xistis:

¶ PHI. ¶ Maritima. loca littoralia & mari uicina. ¶ Insulis cāpaniæ. in sinu campano sunt insulæ pandataria: enarea: capreæ leucothea: ut plinius & marcianus tradunt. ¶ Lauiniū. liuius in primo eneas oppidū condidit & ab noīe uxoris lauiniū appellat fuitq; ut inquit strabo i. v. urbi Romæ, pximum. ¶ Prænestе. ciuitas est in regione montana haud procul ab urbe Roma: ubi fortunæ templū illustre fuit unde certa edebantur oracula. hinc ait filius. sacrisq; dicatum fortunæ p̄neste iugis & a papinio in siluis dictū est. & p̄nestinæ poterant migrare sorores. p̄neste auctore strabone quondā polistephanon. i. multarū coronarū appellata est. plinius p̄nestini urbe quondam stephane dicta plutarchus in libello de comparationibus clarorum uirorū: historiam refert fabulosam unde p̄neste nomen accepit. scribit. n. thelegonum ulyxis filium responsis deorū ad inuestigandum patrē dimissum fuisse admonitū: ut in eo loco urbem conderet ubi saltatores coronatos cerneret. Itaq; profectus in italiam rusticos saltare cōspexit pini ramulis coronatos ibiq; edificauit oppidū quod ex appellatione coronæ prænestinū noīauit. a quo deriuatum p̄neste romani uocitant. Seruius uero in septimo eneidos cōmentario a τῶν ἰλίκων. i. illicibus p̄sente nomē deductū esse autumat ¶ In porticibus herculis. tibur herculi dicatū erat. hinc in pri apeiis legimus gades herculis hūidūq; tibur & strabo in qnto tibur appellat herculeū. au. gellius in. xv. noctiū atticarū significat bibliothecā tibure i templo herculis fuisse satis cōmode instructā libris & ad hoc tiburtini herculis tēplū scripsimus in pptii cōmentariis referendum esse illud Iuuenalis. uincens fortunæ atq; herculis edem. ¶ Prætoria: uillas elegantiores cultiores ue prætoria appellauerunt. paladius in primo de re rustica scribens qūo edificium institui in agro oporteat sic ait ipsius prætorii situs sit loco aliqua tenus erectiore & sictore pp iniuriā fundamentorū & ut leto fruatur aspectu. Idem alibi. columbarium pōt accipere sublimis una turricula in prætorio constituta. quin etiam iurisconsultus li. ix. digestorū titulo de seruitutibus prædiorū rusticorū scribit: licere uel prætorium uel protectum habere: quod officiat prædio uicini. hoc idem innuit marcialis illo uersu. ad lapidē torquatus habet, prætoria quartum: & papinius. ī. i. siluarū: alternas seruant prætoria ripas. alias prærorium dici tabernaculum imperatoris quod quintilianus appellat augustale iam docuimus. ¶ Profuse: largiore impensa pecunia. ¶ Extructa. s. prætoria. ¶ Dirruit ad solum. tota euertit usq; a fundamentis. ¶ Statuarū ornatu. solebant latiores romani statuis nobilium artificum ex tabulis pictis domos exornare felicitate nimia luxuriantes. a contrario laudatus est lucius mumius cognomento achaicus: qui amicis rogantibus facile tabulas pictas largiebatur. M. Agrippa olim orationem habuit magnificā de tabulis oībus significq; publicandis: qđ ut inqt plinius fieri satius fuisset: q̄ in uillarū exilia pelli. Idem in. xxxv. inquit tabulæ pictorū pinacothecas implent. sunt autem pinacothecæ ut obiter id declaremus repositoria tabularū pictarum: uarro scribit multos spectatum ueniisse luculli uillas ut uiderent pinacothecas. & uitruuius pinacothecarū meminit li. vi. ubi ait pinacothecas amplis magnitudinibus esse constituendas. ¶ Xystis. in libro annotationum docuimus xystum græca appellatione ampla latitudine esse porticum. in qua athletæ per hiberna tempora exercentur. Nostri hypethras ambulationes xysta appellant: quam græci paradomida uocant. ī qbus uoluptaris causa arbusculæ & maxime busus in uarias effigies figurantur. de hoc xysto in præsentia intelligit de quo & locutus est plinius sic scribens in. v. epistolarū ante porticum xystus concisus in plurimas species distinctusq; buxo. Cicero in bruto cum in ambulantem in xysto & essem otiosus domi. de xysticis athletis superius dictum est. hypethræ autem ambulatiōes latine dicuntur subdiales quæ sub dio sunt & in apto. ¶ M. AN. ¶ Insulas campaniæ: campano littori adiectas ut capreas enarimem: prochitam. ¶ Lauinium: ab ænea in latio conditum appianus a diomede dixit. ¶ Prænestе: urbem in montibus sitam ἄπο τῶν ἰλίκων ἰλίνων ideſt ilicibus quibus locus abundat ut seruio placet dictam. ¶ Tybur: hoc quoq; in latio urbiq; propinquum Strabo Tusculum prænestе: Tybur in conspectu romæ sunt: de tyburis, conditoribus alibi. ¶ Herculis templi: Mar. Itur ad herculei gelidas qua tyburis arces: Srabo Tibur quidem herculeum ē papinius quod in templa darent alias tyrinthia sortes. ¶ Prætoria: ædificia sumptuosiora. Grauabatur: graui ter ferebat de inuidioso iuliæ in ædificando apparatu & loco ab Augusto romæ euerso satis supra. ¶ Xistis: porticibus ut uitruuio placet: sed melius hoc loco pro ambulacris: & locis consitis arboribus ut plinius in epistolis docet.

Prænestе

polistephanon

Prætoria

Pinacothecæ

Xistos

hypethræ ābulatiōes

Topiariũ opus

¶PHl. ¶Et nemoribus excoluit.nemora dñr ſiluæ ameniores ut inqt feſtus.uñ aũt ſignificare opus topiarium:qđ in uiridariis cõficit ex arbuſculis aut fruticibus aut herbis ita diſtinctis cõpoſitiſq; ut uariæ rerum effigies.repreſentent decoris & ornatus cã:ut naues cameræ:aialia:& id genus alia graphice & cõmciniter fieri uidemus ex rore mario & buxo & hedera:& aliis arbuſculis:quaꝝ natura ſequax eſt & flexibilis.plinius in.xii.ſcribens de ficu indica ait.nouã ſibi ꝓpagine faciant circa parentem i orbes quodã opere topiario:Idem in.xv.de lauro.accedit in topiario opere taxa excreſcẽte in medio folio.Idẽ i.xxii.acathon hetbam appellat topiariã: q a topiario operi eſt accomodata cum lato longoq; folio ueſtiat crepidines marginũ. Idẽ.xxxv. ludius primus inſtituit ameniſſimam parietũ picturam uillas:porticꝰ: & puluinoꝝ toros: dicit & ſimpliciter topiariũ locus opere topiario ſpectabilis.Cicero in epiſtola ad qntum fratrem.topiariũ laudauit:ita oĩa conueſtiuit hedra. ipa uero ars topiarii operis appellat topiaria.ut argentaria ut ſagaria. Idem Cicero in eadem epiſtola. ut denique illi palliati topiariam facere uideantur. qui faciunt topiarium opus ſcienteſq; ſunt ipſius topiariæ.dicuntur topiarii:plinius in.xv.ſcribens de myrto. ſatiuaræ generato

Topiaria Topiarius

piarii faciunt.Vlpianus titulo de fundo inſtructo:ſi uiridaria inqt ſunt topiarii accedunt inſtrumento fundi.Africanus quoq; iuriſconſultus libro de legatis tertio euidenter id docet:cum ait ꝑdiis legatis:& q̃ eoꝝ prædioꝝ colendoꝝ cauſa empta parataq; eſſent neq; topiarium neq; ſaltuarium legatum uideri. topiariũ .n.ornandi magis fundi q̃ colendi cã paratum eſſe.uidentur aũt dici topiaria ,a dictione græca ἀπὸ τοῦ τόπου.ideſt a locis: quæ uaria opere topiario figurantur:quæ & topia ab idoneis ſcriptoribus nuncupãtur.ſcribit.n.ſpartianus adrianum cryptas & topia diruiſſe.uictruuius in.vii.ubi loquitur de megalogra-

Megalographia

phia:quæ pictura eſt magnaꝝ imaginum figuratrix:ſic ait habentes deoꝝ ſimulacra ſeu fabulaꝝ diſpoſitas explicationes non minus troianas pugnas ſeu ulyſis erationes p topia cæteraq;:quæ ſunt eoꝝ ſimilibus rationibus ab reꝝ natura ꝓcreata. ¶Capis.capaꝝ inſula in ſinu campano:o eſt diſtans a ſurento octo millibus paſſuum:& ut auctor eſt plinius & infra latius explicabitur:capreæ nobiles ſunt tiberii pricipis arce. ¶Gigantum oſſa.ſcribit diodorus in.v.bibliothece herculem in campania depugnaſſe aduerſus gigantes i cãpis phlegreis acriq; commiſſa pugna pluribus illoꝝ trucidatis eam regionem ab omni feritate purgaſſe.

Puteoli uñ

ſtrabo quoq; huius rei meminiſſe uidetur ſcribens in.v.gigantes uulnera lauiſſe in aquis puteolanis:a q̃ꝝ putore puteolos dictos eſſe.cum igitur inſula capreaꝝ ſita ſit in ſinu campano & illic hercules bellum confecerit gigantem non abſurdũ eſt:oſſa gigantnm qui ſtatuoſi fuerũt & ingẽti corporatura ꝑdiit capreis fuiſſe ſpectata cuſtoditaq;. ¶Inſtrumẽti eius.ſ.domeſtici:nã & ſupellex nihil aliud ẽ q̃ dõeſticũ ꝓiiffamilias i ſtrumẽtũ.ſcribit paulus iuriſcõſultus.ſiue cũ inſtrumẽto fũdus legat⁹ ſit:ſiue inſtructus duo legata eẽ itelligenda. ¶Vix priuatæ.uix cõueniẽtis hoĩ priuato nedũ pricipi orbis terraꝝ. ¶Elegãtiæ.elegãtia antiqt⁹ dicebat cultus amenior & uict⁹ nitidior.elegãteq; hoiem dici uoluerũt:q ut inqt gellius nimis leto ameoq; cultu uictuq; eẽt.ſceuola a Cicerõe dictus ẽ parcoꝝ elegantiſſimus.craſſus uero parciſſimus elegãtiũ. ¶Mo-

Inſtratum

dice inſtrato.nõ ualde ꝓcioſis ſtragulis ornato. inſt rat⁹.n.lect⁹ dr:ueſte ſtragula excultus:& ut ait ulpianus in ſtratũ ſignificat oẽm ueſtẽ ſtragulã inſternẽdi cã paratũ. ¶Alia quã domeſtica.M.Cato cẽſorius in li.q inſcriptus eſt carmẽ de moribus.uerſari inqt in foro honeſte mos erat:domi:qđ ſatis erat.ẽ itaq; dõeſtica ueſtis quam domi induimus exuta forẽſi toga.ea fere ſemp utebatur auguſtus confecta manibus ſuaꝝ fœmiaꝝ talis aũt ueſtis neq; ſumenda eſt neq; ſeruanda ſollicite:in hoc aũt uidetur auguſtus imitatus eſſe Alexãdꝝ magnũ:qui & ipſe ueſte induebatur confecta manibus ſoroꝝ.Vnde ait apud qntum curtium hanc ueſtem quam indutus ſum ſoroꝝ non ſolum domum ſed ẽt opus uides:noſtri decepe memores e contrario apd perſas probroſum eſt fœminis admouere lanæ manus:ueſteſq; conficere.

¶M.AN. ¶Nemoribus:arboribus in nemoꝝ ſpẽm cõſitis Papinius in ſurrentina pollii uilla ubi nũc nemora ardua cernis hic nec terra fuit. ¶Excoluit.ornauit. ¶Notabilibus:inſignibus. ¶Gigãtũ oſſa dñr: dñr dixit quaſi minime credẽdũ:ueꝝ gabinius & plut.mira q̃dã de antei oſſibus tradiderũt:Pli.i creta motu terræ abrupto mõte ſtupẽdæ magnitudinis cadauer reptũ ꝓdidit. ¶Reſiduis:durãtibus. ¶Priuatæ.i. hũilis & nõ publicæ. ¶Nõ temere:non alia fere. ¶Quã domeſtica:a domeſticis confecta uetus atq; heroicum fuit ut ueſtibns muliebri domeſtico opere factis ſummi uiri uterentur:Valerius flaccus de caſtore & polluce:Illis thenareo pariter tremit ignea fauco purpura:quod gemina mater ſpectabile tela duxit opus bis taygetõ ſiluaſq; comãtes Struxerat.Ver.Tyrioq; ardebat murice Lena demiſſa ex humeris diues quæ munera dido fecerat:& tenui telas diſcreuerat auro:& andromache apud eundem phrygias clamidem:

& nemoríbꝰ excoluit rebuſq; uetuſtate:ac raritate notabílibus:q̃lia ſũt capreis ímaniũ bæluarũ:ferarũq; mẽbra ꝑgrandía.quæ dícunt gigantũ oſſa & arma heroum.

De parſímonia:ſupellectílibus:& ueſtímẽtís eius.

INſtrumentí eíus:& ſupellectílis parſímonía apparet etiam nunc reſíduís lectís atq; menſís:quorum plæraq; uíx príuatæ elegantiæ ſínt:ne toro quídem cubuíſſe aíunt níſí humílí:& modíce ínſtrato. Veſte non temere alía q̃ domeſtíca uſus eſt:ab uxore & ſorore & fílía neptíbuſque confecta:togís neque reſtrictís neque fuſís

quam dono dedit ascanio monumẽta suaꝝ manuũ esse uoluit: Plinius de Caia cecilia auctor est inqt Mar. Varro factã ab ea togam regiam undulatam.

clauo nec lato: nec anguſto: calciamentis altiuſculis: ut procerior q̃ erat uideretur & forenſia aũt & calceos nunq̃ non intra cubiculũ habuit: ad ſubitos repẽtinoſq; caſus parata.

De cõuiuiis & cœnis eiuſdem.

CONuiuabat' & aſſidue: nec unq̃ niſi recta: non ſine magno ordinũ hominũq; delectu. Valeri⁹ Meſſalla tradit neminẽ unq̃ libertinoꝝ adhibitũ ab eo cæne excepto Metia: ſed aſſerto in ingenuitatẽ poſt ꝑditã Sextí Põpeíi claſſem: ipſe ſcribit inuitaſſe ſe qnendã in cui⁹ uilla maneret: qui ſpiculator ſuus olim fuiſſet. Cõuiuia nõnunq̃ & ſerius inibat: & maturi⁹ relinquebat: quũ cõuiuæ & cœnare inciperẽt priuſq̃ ille diſcũberet, & ꝑmanerẽt digreſſo eo.

¶PHI. ¶Neq; fuſis. neque nimis laxis. temperamentum. n. quod in rebus oĩbus laudabile eſt in ueſtitu & calciatu adhibebat auguſtus. ¶Clauo: ueſte ſenatoria. ouidius. claui menſura coacta eſt. ¶Neq; lato. unde latus clauus dictus ab ipſa textura: q̃ & i mapmis uſos eẽ teſtis ẽ mart. illo endecaſyllabo. & lato uariata mappa clauo. latiore clauo uſum fuiſſe tullum hoſtiliũ auctor eſt pli. i. ix. auguſt⁹ uero in hoc ſeruabat mediocritatem quæ maxima eſt uirtus tacit⁹ ĩperator interdixit auroclauatis ueſtibus quæ a textatura clauorum aureoꝝ ita nuncupabãtur Latus clauus

uñ & tunicæ auroclauatæ dictæ. ¶Forenſia. ueſtimenta quibus in foro utebantur forenſia appellauerunt ſicuti cenatoria quibus domi utebant' in cena. hinc martialis ait in diſticho cuius titulus eſt cenatoria. nec fora ſunt nobis nec ſunt uadimonia nota hic opus eſt pictis accubuiſſe thoris. dicuntur forenſia ab eo q̃ foris atq; in foro illis utebantur. togæ forenſes alio nomiue uocantur. ¶Calceos. a calceo calceolarius dicitur ſutor: quo uocabulo utitur plautus in aululari. De calceo dixit oratius. ſi pede maior erit ſubuertet ſi minor uret. calcei patricioꝝ mullei nuncupabantur a mullãdo ideſt ſuendo feneſtella putat nomen datũ mullis piſcibus a colore mulleoꝝ calciamentoꝝ. de calceis mulleis loquitur flauius uopiſcus in aureliano. Forenſia

calceolari⁹

Mullei

¶Conuiuabatur. M. Cato tuſculanus menſam amicoꝝ parentem eſſe exiſtimabat: tanq̃ in conuiuio amici pararentur. ſed tales a ſeneca probari minime uidentur damnante eos: qui amicos in conuiuio probant Cato quoq; uticenſis iniquũ eſſe dicebat beniuolentiam cibo allici: Attamen regia res eſt menſam partiri pare cum conuictoribus & ex conuictu amicoꝝ capere uoluptatem laude dignam cũ illi uehementer carpantur: qui ſolitaria cena diſtenduntur & clandeſtinæ ganeæ ſoli indulgent. laudandus eſt augnſtus: q aſſidue conuiuabatur ita ut oĩa omnibus forent communia: & eadem cunctis apponerentur: hoc eſt. n. conuiuari ea cena: quam rectam dixere. ¶Nunq̃ nõ. ſemper. ¶Niſi recta. rectam abſolute ueteres cenam appellauerunt: qua clientes & conuiuas recto ordine diſcumbentes laute eiſdẽq; epulis accipiebant. Martialis. promiſſa eſt nobis ſportula recta data eſt. infra fiet mentio ſepe cenaꝝ rectaꝝ: quibus ſportulæ obiiciuntur Recta cena

¶Mena. hic eſt ille menas qui belloꝝ ciuilium deſertor dictus eſt: qui magni pompeii fuerat ſeruus: quẽ Cæſar libertate donauit. hic a ſexto põpeio ad auguſtum ab auguſto ad ſextũ deinde ad auguſtum ſubinde tranſfugit. appianus hũc appellat menodoꝝ. plutarchus uero & alii menã. in quem ſcribit oratius mordaciter carmen illud ex epodo: lupis & agnis quanta ſortito obtigit tecũ mihi diſcordia eſt. plinius ĩ. xxxv. ſcribit menã & menecratẽo ſeruos ſexti pompeii uiſos eſſe a proauis in cataſta pedibus argentaria creta de notatis talium ſeruoꝝ pedes a poetis gypſati dicuntur. ¶Spiculator. ſpiculatores dicti ſũt ſatellites principum a ſpiculis: quæ geſtant. ſunt aũt ſpicula ut ait Vegetius tela miſſilia: quoꝝ ferꝝ eſt triangulum unciaꝝ nouem haſtile pedum quinq; & ſenis: antiqui pila uocauerunt. alias ſpiculum dicitur cuſpis ipſa & aculeus ut ſpicula ſagitaꝝ: & aculei apium. Qu. curtius inter promptiſſimos dimicãs alexãder ſagita ictus eſt: q̃ in medio crure fixa reliquerat ſpiculũ. Virgilius de apibus. & ſpicula ceca relinquunt affixæ uenis. a ſpiculo fit uerbum ſpiculare quod ſignificat cuſpidare & acuere plinius in. xi. telum uero pfodẽdo tergori quo ſpiculauit ingenio⁹ De ſpiculatoribus uero qui latera principis ſepiunt ſpiculis armati ait Cor. tacitus dilapſis ſpiculatoribus cetera cohors non aſpernata contionantem. mendoſi codices pro ſpiculatoribus habent ſpeculatoribus: cũ ſpeculatores ſint exploratores: quos græci partim epiſcopos. uocant par im cataſcopos. hoc obiter dictum ſit ut locum intelligas mendoſum in Cæſaris commentariis. ita enim ſcriptum paſſim legitur in commentario decimotertio litteris celeriter in ſiciliam conſcriptis & per ſataſcopum miſſis. ubi legendum eſt per cataſcopum: quo nomine ſpeculator ſignificatur potes etiam ſi libet legere cataſcopium: quod nomen nauigii eſt exploratorii: ut ſit ſenſus: Cæſarem litteras miſſiſſe in ſiciliã per nauicularn uelocem & exploratoriam. cataſcopii nauis exploratoriæ meminit gellius libro. ix. noc̃tium atticarũ. Spicula

Spicula Spiculare

Epiſcopi Cataſcopi Locus Cæſaris cataſcopiũ

¶Serius. iam conuiuis diſcombentibus. ¶Maturius. adhuc conuiuis in cena permanencibus. ¶Digreſſo. cum iam eſſet ſatur. ne credas auguſtum feciſſe quod domicianum: qui ſurgens e conuiuio referebat ſe ad occultam ganeam.

¶M. AN. ¶Nec lato clauo: ſiqdẽ clauus quũ latior erat lat⁹ clauus dicebat': auguſt⁹ igit' nec lato nec anguſto utebat': ſed mediocri ꝓportiõe. ¶Forẽſia: ut ſit nomẽ enũciatũ multitudinis nũero & neutro gñe: Apuleius ſũpſit palliũ forẽſia domi reliqt: idẽ uero alibi aliter forenſi inquit toga idutus accumbebat. Forenſia autem dixere quia in foro uel quod magis placet foris ideſt extra domũ eiuſmodi ſiue toga ſiue aliis ad

cultum corporis quæsitis uterent. ¶Recta:cœna.s.qua sublata sportula dari cœpit. ¶Libertinoꝝ:& ad ordinē ipsum & ad hominē referri potest. ¶Mena:sic codices quidā habent:alii uero metia:sed si appiani lectio uera est utrunq; mendose:ille Menodoꝝ non menā aut metiā scribit qui magni pompeii seruus fuerat is siculiensi bello cum nauibus quibus præerat a sexto pōpeio ad augustum transfugit:Menodoꝝ inqt ille ad se profectum libeꝝ.i.ingenuū ex liberto declarauit & iis quas adduxisset nauibus præesse uoluit:ui deo tamen fieri potuisse ut ex menodoro postq; ad ingenuitatem est assertus Menas sit dictus sed id auctoritate caret. ¶Spiculator.minister carnifex spiculo accinctus:spiculū telū ad similitudinē agittæ a quo spiculor configo:quædam exemplaria speculator habent a qua lectione non abhorreo ut belloꝝ tpe augustꝰ illius opa ad explorādos hostiū motus fuerit usus. ¶Serius:postq; alii oēs accubuissent. ¶Maturiꝰ:celeriꝰ.

¶PHI. ¶Ternis ferculis.sicut ista pſimonia ferculoꝝ laudanda in augusto ē:ita luxuria heliogabalo uituperanda:q uiginti & duo fercula ingentiū epulaꝝ exhibebat in cōuiuio Ausonius in panagyrico gratianum laudat a frugalitate his uerbis.

Cœnam ternis ferculis:aut quū abundantissime senis præbebat:ut nō nimio sumptu ita summa cōitate.nam & ad cōem sermonis tacentes:etiam summissim fabulātes prouocabat:& aut acroamata & histriones:aut etiam triuiales ex circo

cibis aūt cuius sacerdotis abstinētior cerimonia. In uino cuius senis mēsa frugalior laudatur & Cyrus ab Amiano marcellino:q cū delatus ad hospitē interrogaretur ab eo:qd ad cōuiuiū parari deberet:panē respōderat solū esse parādū:sperare.n.se aiebat ꝓpe riuū cenaturꝝ. cōstātius quoq; impator ex sobria edēdi potādiq; moderatiōe ualitudinē firmā retinuisse fertur. mamertinus ab eadē uictus pſimonia laudat iulianū:q gauderet castrensi cibo & poculo fortuito:capetq; prandiū stationariū. ferculū fulgentius placiades ait ſignificare missum carniū. ¶Comitate.facilitate:& iucunditate ab simili humanitate cōuiuali laudatur traianus a plinio. ¶Summissim sūmissa uoce & depressa:quasi corā pricipe apte loqui uererent. unde ipse agens bonum cōuiuatorem eos ꝓuocabat ad sermonem cōmunicandū unaq; confabulādum:sicut de traiano ait plinius. Non ꝓuocas reddiq; sermones? &.n.in conuiuio nec loquaces nec muti esse debemus:qm eloquentia in foro silentium in cubiculo esse debet:sermones aūt cōuiuales ut uarro gelliusq; præcipiunt iucūdos esse oportet atq; inuitabiles & cū quadam illecebra & uoluptate utiles:ex quibus ingenium nostꝝ uenustius fiat & amenius:quid si legas:sūmussim.per.u. Namq; sūmussos dici uoluerunt murmuratores:q non aperte loquuntur. ¶Acroamata.græci acroamata uoces & auscultationes uocāt. Aristoteles acroamata nominauit commentatioues suas:quas discipulis tradebat in quibus philosophia remotior:subtiliorq; agitabatur. & huic disciplinæ q̄ acroamatice dicit tempus dabat in lyceo gymnasio matutio eamq; appellabat ἐωθινὸν περίπατον.i.matutinam ambulationem. Lampridius accipere uidetur acromata pro ipsis hominibus acromaton recitatoribus:cum ait in alexandro Romano omnia acromata & pantomimos populo donauit. latini scriptores hanc dictionē ciuitate. Ro.dōauerūt appellauerūtq; acrōata festiuas recitatōes ludicrasq; narratiōes. qd significat Ci.sic scribens in oratione pro signis. hic quasi festiuum acroma ne sine corolario de conuiuio discederet: ibidem conuiuis inspectantibus emblemata euellenda curauit. Idem in oratiōe pro archia poeta themistoclem illum summum athenis uiꝝ dixisse aiunt cum ex eo quereret: qd acroma aut cuius uocem lbentissime audiret: eius a quo sua uirtus optime prædicaretur. Idem in oratione pro sestio. ille ipse maxime ludus non solum spectator sed actor & acroma. Igitur augustus id genus acromata hoc est narrationes recitationesq; ludicras & mimicas interponebat conuiuiis ad conuictores oblectandos. ¶Triniales ludos. spectacula: quæ in triuiis passim fiunt suntque uulgaria a triuio enim triuialis deriuatur. Inde magistri triuialis scientiæ dicti a quintiliano: qui in triuiis docent. & a calphurnio in bucolicis. Non hoc triuiali more uiator sed deus ipse canit. a triuio fit aduerbium triuialiter: quod significat passim: uulgo: ubiq; quidam codices habent non ludos sed ludios: & tunc referendum erit ad histriones: qui in triuiis agunt ludicra iocularia & saltationes haud indecoras dant. ludii enim & ludiones dicuntur histriones. liuius ludiones ex ethruria acciti. Ouidius ludius æquatam ter pede pulsat humum Inde ludiæ dictæ fœminæ exercentes artem ludicram. Marcialis. hermes cura laborq; ludiaꝝ. Iuuenalis. q̄ ludia sumpserit unquam hos habitus. ¶Ex circo. non circenses ludos significat: sed sortilegia & id genus alia oblectamenta pertinentia ad diuinationem: quæ fit ex inspectione manus aut frontis aut ex interptatione somnioꝝ. tales.n.in circo morabantur & consistebant: quod docet. M. Tullius in primo de diuinatione: cum ait. Non de circo astrologos: non iliacos cōiectores: non interprætes sōnioꝝ. hinc ab oratio dictū est. fallacē circum uespertinūq; perro sepe foꝝ: circum.n.fallacem optimo epitheto appellat pp falsas diuinationes sortilegoꝝ & coniectoꝝ. porphyrionis sup hoc non ꝓbo interptamentū: qui circū exponit ꝓ subura. ob hoc uidetur etiam dixisse Iu. plebeiū in circo positū ē & in aggere fatum. augustus ad hilarandos conuiuas interponere solebat id genus hoies ex circo: qui sortilegia callent & somnia interptātur: & qbusdā quasi officiis fallunt & oblectant.

¶M.AN. ¶Senis ferculis: sex ciboꝝ generibus: quasi id quoq; in tāta seculi luxuria parce fieret: Sed Satyrus damnat quod septem fercula recentiores cœnitarent: plinius ut pniciosā etiam damnat ciborum uarietatem. Aceruatio inquit saporum pestifera & condimenta perniciosiora: sic & disarius apud Macrobiū affirmat sed contra eius opinionem plura apud eundem eustachius. ¶Comitate: mansuetudine: suauitate facilitate. ¶Ad communionem: ut secretum etiam sermonem secum communicarent. ¶Acroamata:

Quales in conuiuio Sermones cōuiuales

Sūmussi

Acromata

Triuialis

Ludius Ludio Ludiæ

Astrologi in circo

ad aurium delectationē comparata. πάρατο ἀκροάματι audio Macrobius delectatus erat inter cœnam symphoniacis Turonii flacci mangonis atq; eos frumento donauerat: quū in alia acroamata nūmis liberalis fuisset. ¶Triuiales: & iccirco rudes ac minus accuratos. ¶Ex circo: aut ex circensiū forma aut qđ magis placet post circēses.

ludíos ínterponebat: aut frequētíssime aretalogos.

De celebratione festoꝝ & solēnium dierum.

Estos & solēnes díes ꝑfusíssime, nōnunq; íocularíter tātū celebrabat. Saturnalíbus & sí quādo alías líbuísset mō munera díuídebat, uestē. & aurū. & agentū mō nūmos oís notæ. ēt ueteres regíos ac pegrīos. ínterdū níhíl p ter cílícía & spōgías & rutabula & forpíces: atq; alía íd genꝰ

¶PHI. ¶Aretalogos. aretalogi sūt: ut indicat porphirio: garruli & loquaces in ostentatione uirtutis: uñ nomen deducitur. Arete. n. græce uirtus & logos sermo. plotius crispinus philosophiæ stidiosus fuit q & carmina scripsit sed tam garrula ut aretalogus diceretur. in hác sníam dictum est illud a poeta satyrico mouerat ut mēdax aretalogus. Aretalogi

¶Profusíssime. luxuriosius & ultra præscriptū, legis sumptuariæ: q̄ quibusdam diebus festis saturnalibus & calendis insummi concedebat sūmas pecuniæ maiores: q̄ diebus profestis: sicuti gellius in secūdo & macrobius in tertio eleganter tradiderūt. de sumptuariis legibus dictū est explicatius in superioribus. illud adde: q̄ lex iulia sumptuaria ad populū peruenit augusto impante: qua profestis quidē diebus ducenti nummi finiuntur. calēdis idibus: nonis: & aliís quibusdā festiuis trecenti: Nuptiis āt & repotiis sestertii milies eē Repotia aūt: ut id quoq; in trāscursu annotemus: dici uoluerūt diem illū: qui est post nuptias quo apud nouum maritū cenatur & quasi reficitur potatio. Vnde & nomen. Oratius. ille repotia. Natales alioſq; dierum festos albatus celebret. ¶Saturnalibus. qbus munera ultro citroq; mitti remittiq; solebant: q̄ saturnalicia nuncupamus. ¶Nūmos oís notæ. Nota hoc est signū nummi ueteris fuit ex una parte effigies capitis iani ex altera nauis: Inde durauit, mos: ut pueri in aleæ lusum denarios in sublime iactantes exclamarent capita aut nauim lusu teste uetustatis. Altero quoq; usi sunt nūmo ouem bouemq; in sculptum habēte: quod nūmi genus erat documento ueteres gregibus & armentis abundasse: quippe quorum omnis substantia in ouibus bobusq; erat collocata ut auctor est plutarchus in ꝑblematis: nota argentei nūmi fuerunt bigæ atq; quadrigæ: & inde bigati quadrigatiq; dicti: fuit & uictoriatus nūmus: qui signatus & imagine uictoriæ & inde nomen accepit. auctor plinius in. xxxiii. ¶Regios. quibus usi sunt Romani reges: quales erant illi nūmi: qui notam ouis & bouis habebant. in quihusdam ēt uetustíssimis signum porci incisum erat. habeo auctores idoneos: temporibus regum Romanorum in usu fuisse nūmos ligneos & scorteos hocē ex corio confectos. & olim nūma pompilius congiarium dedit po. Ro. asses ligneos & scorteos inde hieronymū ut pote eruditissimū dixisse existimo: ut cū montes aureos pollicitus fuerit ne scorteum qdem nūmum de thesauris tuis proferas. potes p regios nūmos eos quoq; intelligere: qbus externi reges usi sunt quales fuerunt nūmi philippei: quorum crebra mentio est apud historicos & poetas: de quibus ait oratius. rettulit, acceptos regale nomisma philippos. plautus in bacchidibus. ducētos nūmos aureos philippos, ꝑbos dabin. Idem in trinummo. Si hūc possum illis mille nummis philippeis circūducere. nūmi psici erat nota τοξοτης. i. sagittarius: hinc illud apophthegma agesilai. sic ex asia pelli. xxx. milibus sagittariis cum rex persarū. xxx. milibus nummum corruptis atheniēsibus effecisset ut ex asia reuocaretur. ¶Peregrinos. quales fuerunt nūmi germanorum: qui auctore tacito serratos a nota serræ & bigatos nūmos habebant. ¶Cilicia scribit Varro in secūdo de re rustica cilicia dicta esse a cilicibus populis: apud quos primum confecta sunt: fiunt aūt ex uillis hircoꝝ: atq; capraꝝ. scribit uegetius li. iiii. rei militaris cilicia adhibenda esse ad excipiendum impetū sagittarum: & machinas militares ciliciis uestiendas ne exurant incendio. maro in tertio georgicorum cilicia periphasticos circunscripsit illis uersibus. cyniphei tondent hirci barnasq; comantes usū in castroꝝ & miseris uelamina nautis. asconius cilicia dixit texta esse de pilis castrorum usum atq; nautaꝝ. ¶Spongias. spongiæ apud antiquos in usu erant tergendarum mēsarum & abhibebant ad obscena emūdanda. Martialis in apophoretis: hæc tibi sorte datur tergendis spongia mensis. Seneca libro decimo epistolaꝝ moralium. unus e germanis lignum id quod ad emundanda obscena adherente spongia positum est: totū in gulam farsit & in precluſis faucibus spiritum emisit. ¶Rutabula. rutabulum instrumentū est. quo panes coquuntur a promendo igne appellatum. ¶Forcipes. instrumenta sunt fabrilia ab eo dicta: q̄ forua. i. calida his capiuntur. Cato uillicum dicit habere debere forcipes duas & tutabulum unum. ¶Id genus. huius generis. eloquutio uetus & perinde elegans. Spongia Rutabulū Forcipes

¶M. AN. ¶Ludios: histriones sed ne bis idem dixisse uideatur ludos qđ plerique hñt libentius legerim. ¶Interponebat: inter cœnādū inferebat. ¶Aretalogos: uerboꝝ cōpositores ἀπὸ τοῦ ἀρέτη καὶ τοῦ λόγου. Iuue. Mouerat ut mendax aretalogus. ¶Profusíssime: largius ac sumptuosius. ¶Ioculariter: oíse tiam iocis adhibitis. ¶Omnis notæ: oís formæ: plinius signatū est nota pecudū unde & pecunia appellata: Fabius Quintilianus utendūq; plane sermone ut nūmo cui publica forma est. ¶Veteres regios: ut philippeos olim: nunc multoꝝ regum. ¶Ac peregtinos: miror peregrinos adiecisse quasi regios nūmos romanos monstrare potuisset quū nūmos plurimū aureos argenteos ut intelligamus ut bigatos quadrigatos uictoriatos: Constetq; ut tymeus tradidit, a Seruio tullo tātū æs signatū argentēq; romæ ut plinius ait anno ab urbe condita qngentesimo atq; octogesimo signari cœperit Augꝰ uero anno sexagesimo secūdo

post argentum nisi forte peregrinos intelligere maluerimus ꝑcul italia signatos. ¶Regiosq; ueteres: ñ ad romanos reges sed ad portenā & alios q in terra italia regnanerūt referre: si æreos accipias duoꝝ nouissimoꝝ regum representari potuerunt. ¶Cilicia: cilicia uela de pilis ut pedianus ait in castroꝝ usum texta. ¶Spongias: Mar. hæc tibi sorte datur tergendis spōgia mensis. ¶Rutrabulū: a rutro est: rutrū a ꝑuēdo ut Varro docet: instrumentū ad poruendam pruná. ¶Arená: puluerem: aut qd simile: Cato in re rustica fiscellā farinariam unam forcipes duas rutabulum unum.

¶PHI. ¶Titulis ambiguis. chrysipus philosophus oē uerbū ambiguū natura eē dixit: qñ ex eodem duo uel plura accidi possunt. cōtra diodorus cognomēto cronus nullū iqt uerbū eē ābiguū. ná cū ego iqt ald sēsi tu aliud accepisti. obscuī magis dictum q̄ ambigue dici pōt. ambigui. n. natura illa eē debet: ut q dicat ambiguū duo uel plura dicat. tranqllus hoc loco ait ab augusto donatas eē res titulis ambiguis: ꝓpterea q̄ duo uel plura ex hīsdē rebus significata accipi poterāt: exēpli cā diuidebat inter munera spōgias: q̄ sūt titulo ambiguo. nāq; spōgia ꝑter supradictā dudū significationē accipi pōt ꝑ mēbro uirili. sunt. n. iter genera spongiarium q̄dam spongiæ oblongæ: dictæ peniculi: & ὑπόκριτικῶς peniculi a similitudine caudaꝝ appellatæ. penis. n. uocatur cauda: inde penē caudā uirilē ueteres appellauerunt: & ut ait: Cicero in epistola ad papyriū petū. penis ē in obscenis. nota ē ſnia illa pisonis cōquerētis adolescentes peni deditos esse. cū igit peniculus sit e genere spōgiaꝝ & a similitudine ꝑ uirili mēbro accipiat: merito & spōgia ꝑ eodē accipiet. De peniculis spōgiis scripsit plinius in. ix. & in. xxxi. hinc iocus ē apud plautum ī menechmis: nō satis obuius & cognobilis. nā parasitus noīe peniculus sic loquit. iuuētus nomē fecit peniculo mihi: ideo qa mēsam qñ ego detergo. uult. n. parasitus rōnē reddere noīs sui. & ideo se peniculū uocitari ait: qa mēsam detergere solebat: alludens uidelicet ad spōgiā noīe peniculum. q̄ tergēdis mensis adhiberi solebat. ut ergo spōgia mēsam terget sordes auferēdo: ita ille mēsā tergebat: cibaria cūcta ī uētrē cōgerēdo. idē paulo infra alludit ad uirile membrū dicēs quē tu parasitū q̄ris adolescēs? meū peniculū: eccū in uidule saluū fero: consimiliter & rutabula titulo sunt ambiguo cū instrumenta significent ad panē coquēdū accōmodata: & ꝑ uirili mēbro posita sint: ut docet festus pōpeius. forcipis quoq; titulus ambiguus eē pōt: tanq̄ accipi possit ꝑ uulua fœminea: q̄ capit foruum. i. calidū genitale. de spongiæ & rutabuli titulis ambiguis auctores hēo idoneos: de forcipe solā cōiecturam. ¶Inequalissimarū. longe disparis ꝓcii. ¶Sortes. nimirū illas intelligit sortes: q̄ in saturnaliciis muneribus adhibebāt: de quibus ait martialis. diuitis ālternas & paupis accipe sortes. Idē alibi. Ancillam tibi sors dedit lucernæ: tutas. q̄ uigil exigit tenebras. Idē cū tibi sorte datur si sapis adde pip. ¶Auersas. pictura tabulæ auersa dicit q̄ñ ita inuersa ē ut pictura lateat. aduersus & auersus differunt. nā aduersus significat partē anteriorē & obuiā: auersus uero partē posteriorē & a tergo. hinc scitū ē illud. M. Catonis ī effeminatū. & aduersus iqt & auersus ipudicus es. ¶Vel fruſtrari: decipe: q̄ñ. ſ. mercabūt magno id: qd ꝓcioſum eē existimabāt: & deinde apparebat cōtēptibile & nugatorium. ¶Explere tūc augustus explebat spē mercantium: qñ illi sortem emerāt rei ꝓtiosioris suffragante fortuna. ¶Per singulos lectos. ꝑ singulas mensas conuiuaꝝ. lecti. n. modo discubitorii: accipiuntur: q & tricliniares dicti. ¶Licitatio fieret. licitationē uocamus oblationē ꝓtii in uenditione. & licitatores eos qui funguntur officio licitandi. Caius iurisc̄sultus digestis de publi. licitatio uectigaliū q̄ calorem licitantis ultra modū solite conditionis inflauit ita demū admittēda ē: si fideiussores idoneos & cautionē is q licitationē fecerit offerre paratus sit. ¶Cōmūicaretur. inter cōuictores singulaꝝ mensaꝝ: ut ita in singulis lectis participes fierēt lucri: si sors bñ cecidisset: uel damni: si male. ¶Cibi minimi. Mercurius si fuerit dñs genituræ faciet modicū cibū potūq; capientes: & sane utilissima ē ut inqt plinius noster tēperantia in cibis. turpissimū profecto est sui stomachi non nosse mensurā: & hoiem plus sibi ingerere q̄ capiat. scribit iulius capitolinus gordianū fuisse adeo cibi parcū: ut intra punctum tpis uel prandium si prandēret uel cenam finiret si cenaret. ¶Atq; uulgaris. laudat pacatus theodosium: q̄ cū esset terraꝝ hoiumq; dñs: esset contētus modico & castrensi cibo: nusq̄ inquireret cupedias ciborum & peregrinas dapes prætiosaq; obsonia: taxatq; principem quēdam: cuius fercula existimabant ꝓtio equestriū patrimonioꝝ. itidē a plinio laudat frugalitas traiani in uescendo. Amiāus quoq; marcellinus extollit parsimoniam ciborum in iuliano: cuius mensaꝝ tenuitas erat recte nōscētibus admiranda. ab oratio enumerant cōmoda tenuis uictus & cibi parabilis: in quibus illud ē ꝓcipuum bona ualitudo.

¶M. AN¶. Ambiguis: parum notis. ¶Inæqualissimaꝝ rerum sortes: sortes rerum diuersi pretii cuius uenditionis rationē hanc fuisse crediderim ut coniiceret in urnā diuersaꝝ rerum uenaliū noīa: in alterum tot uarii pretii sortes quot res uenales erāt atq; ita fieret ut q aderāt sortito mercarent rei uenalis prius sorte educta: mox ex altera urna sūma siue pretio: quo euenire solebat ut quæ nullius ferme ualoris essent magno starent pretio quæ uero multi pretii minimo. ¶Auersas: auersa picture facie: ut fortuna magis q̄ iudicium ualeret. ¶Incerto casu: dubio euentu. ¶Singulos lectos: communi noīe oīum uno lecto siue thoro accumbentium. ¶Licitatio: prætii oblatio. ¶Communicaretur: ut iactura siue lucrum commune inter unius lecti conuiuas esset. ¶Vulgaris: haud exquisiti.

titulis obscuris & ābiguis Solebat & īæqualissimaꝝ reꝝ sortes & aduersas tabularū picturas ī cōuiuio uēditaī. īcertoq; casu spē mercantiū uel fruſtrarī uel explere. ita ut ꝑ singulos lectos licitatio fieret. & seu iactura seu lucrū cōmunicaret.

De cibis eius & horis edendis.

Ibī; nā ne hoc quidē omiserī; mīmī erat atq; uulgaris

Peniculi Penis

Locꝰ plauti

Sortes saturnaliciæ

Aduersus Auersus

Lecti tricliniares Licitatio

Tēperātia in cibis

¶PHI.¶Secundarium panem.plebeiuu atq; cibarium:qui ſecundus alio noīe dicit̃.oratius.paſti ſiliquis & pane ſecundo.pli.in.xviii.præterea flōris ſemodium & cibarii quod ſecundariū uocant ſextarios.iiii. fur furis ſextarios totidē atq panis uaria ſcito eſſe genera.quidā ab obſoniis appellati:ut oſtrearii:qdam a deliciis ut artolagani:quos tñ pro minus delicatis accipere uī Cicero ſcribēs ad papyriū petū.dediſcēdæ tibi ſūt ſportellæ & artolagani tui.Alii panes a feſtinatione ſpeuſici dicunt̃.σπεύδω enim græce feſtino ſignificat.quidā furnacei:quidā ſubcinericū a coq̄ndi rōne nuncupati.alii artopteſii ab artopteſia inſtrumento panibus coquendis accōmodato: cuius meminit plautus in aulularia.ē præterea pāis aquaticus militaris & nauricus.quo.ſ.nautæ ueſcuntur:quē uulgus biſoctum uocat.fermentatus panis cui nihil ademptū eſt uocat̃ autopyros.¶Piſciculos minutos auicena autumat meliores eſſe piſces paruos piſcibus magnis.

Secundarius panis

Panis gña

Artopteſii

Panis aqueus. Nauticus fermē

ſere ſecundarium panem: & piſciculos minutos: & caſeum bubulum manu preſſum: & ficos uirides biferas maxime appetebat. Veſcebaturq; ante cœnam quocunq; tempore & loco quod ſtomachus deſideraſſet: uerba ipſius ex epiſtolis ſunt. Nos in uelocēdo panē & palmulas guſtauimus: & iterū lectica ex regia domū redeo: panis unciā cū paucis acinis

¶PHI. ¶Non ab re fuerit: nō inutile fuerit nec dissonum alienū q; a proposito. ¶Tacta de celo. quæ fulminæ ꝑcussa sunt de celo tacta dicunt: uirgilius. de celo tactas memini predicere quercus. Cicero in catilinam tactus est ēt ille qui hanc urbē condidit romulus. Liuius: tacta de celo multa: duæ in capitolio edes: Antiqni fanaticas arbores dixerūt fulmīe ictas. ¶Oppidi. uelitrarum: uñ gens octauia oriunda est. ¶Sepius bellígerauerant. Liuius in hanc sentētiam libro. viii. ab urbe condita. In ueliternos ueteres ciues romanos: qđ totiēs rebellassēt grauiter seuitū: & muri deiecti: & senatus inde abductus iussiq; trāstyberim habitare. ¶Ostentū illud. muri. s. uelitris de celo tacti. Naturam pturire. qdam hoc ad christū rettulere nō ad augustū: tanq; ille esset futurus uerus rex non solū po. romani sed totius mūdi: qui natus ē augusto ípante. ¶Exteritum. trepidum pauefactū conturbatum. extrilidus uero dī impauidus interritusq;. Gellius conspicimus hoiem impauidū atq; extrilidum. ¶Ad ærariū defertur. Vbi leges iam in æs incisæ in ærariū recondebant' infirmari tolliq; non poterant: q̄ uero promulgatæ tantū erant nec dum in æs incisæ intercessione aboleri poterant: qđ docet Cicero in prima philippica. ¶Mēdetis. egyptii: sunt. n. mendensii egypti populi ab hirco siue pane quē precipuo honore uenerant' nominati: hircus. n. & pan epgyptiaca lingua mēdes uocatur. hinc scribit heredotus caprarios esse in p̄cipuo honore apud mēdesios. ¶Asclepiades. alius fuit prusiensis asclepiades ille maximus medicoꝝ: hippocratē semper excipio: qui primus reperit egris uino opitulari: qui dānauit uomitiones: arguit medicamētoꝝ potus stomacho inimicos. Qui officiū medici esse dixit: ut cito ut celeriter ut incūde curet: qui sponsiōem fecit cū fortuna ne medicus crederet': si unq; inualidus ullo modo fuisset ipse: & uictor suprema ī senecta lapsu scalarum exanimatus est. ¶Theologumenon. genitiuus ē græcus: theologumena dicunt' rerū diui naꝝ deorūq; disertatōes disputatōesue. ¶Acciā. ipsius augusti matrē. ¶Obdormisse. mos erat ueterū ut in templis deoꝝ dormirent ut ita secundū quietē acciperēt responsa: sicut docet seruius in. vii. cōmentario. & hoc incubare dicebat'. hinc ait plautus in curgulióe. Nāq; incubare te fuerat satius ioui: quī tibi ī ieiurādo auxilio fuit. Strabo quoq; lib. xvi. tradit iudeos in tēplo solitos uel ꝑ se quēq; indormire uel alios: q̄ boni somniatores essent pro aliis: ac semper bonū aliqūod & donū & signum a deo expectare eos presertim qui caste integreq; & cū iusticia uiuerēt. Ceteros uero neq; quāq;. quin ēt Virgilius hūc in tēplis dormiēdi morē atq; incubādi exꝑsit illo uersu: pellibus icubuit stratis somnosq; petiuit. Igit' actia augusti mr obdormierat in tēplo apollinis una cū ceteris matronis ut ꝑ somnium responsa accipent a deo. Dii. n. ut ait Cicero cū dormiētibus colloquūtur. ¶Draconē irrepsísse. hoc idē de pōponia aphricāi scipiōis matre traditū est: q̄ cū obdormiret uisus iuxta ea cubare ingēs anguis: is mox elapsus ab his q uiderāt inueniri nō quiuit. id pu. scipio aphricanī pr ad aruspices rettulit: q responderunt fore ut filius gigneret': neq; multis diebus postea quā in lecto uisus ē mulier cōcepit peperitq; mēse. x. scipiōnē aphricanū. q uicit hānibalē. In historia quoq; græca scriptū est serpentē, uisū eē cubare iuxta olympiadē philippi regis uxorē: ex quo uulgatū ē alexandrū magnū ex numine cōceptū. ¶Irrepsísse. repere eaꝝ est rērū q̄ carent pedibus: uñ & reptilia dicta. Ambrosius in. v. hexameri scimus inqt reptilia dici gña serpentiū eo qđ sup terrā repāt. sed multo magis omne quod natat reptādi habet uel speciē uel naturam.

¶M. AN. ¶Tacta de cælo: icta fulmine. ¶Velitrini: ueliterni & uelitrini: a uelitris dicti. ¶Prodigiū: Seruius prodigium id esse putat: quod in longum tempus suam digerit significationem. ¶Exterritum perculsum. ¶Ad ærarium: sī quidē tabulæ: quibus leges incisæ eēnt in ærarium reponi cōsueuere: eoq; delatis nulli integrum erat amplius in eis quicq; mutare: prius uero uel ambitiōe uel auctoritate itum ē quandoq; obuiam. ¶Theolugumenon: diuinarum disertationum: siue disputationum ¶Acciam. Augusti matrē.

Tacta de celo Fanatice arbores.

Mendesii Mēdes ꝑ asclepiades

Theologumena

Incubare

Genitī ex dracōibus

Repticia

¶Draconem:bene draconem quia in tẽplo.Vergilius: Delubra ad sũma dracones:similia ferre de Aphri cani cõceptu tradit Gellius.¶Quasi a concubitu mariti:ac si cum marito concubuisset.

¶PHI.¶Purificasse se.persius & noctẽ flumine purgas.nã qui deos colũt puri & casti esse debẽt.hinc lex illa a Cicerone tradita ad diuos caste adeũto: ubi nõ minus ai q̃ corporis castimonia itelligi debet:& ut casta corpora adhibeant aspersione aq̃ fieri significat.Itaq; accia cũ esset expergefacta nõ minus se purificauit:q̃ si cũ marito cõcubuisset.Cõcubitus enim polluit religonẽ:& ut ait tibullus discedat ab aris cui tulit hesterna gaudia nocte uẽus.¶Eximi.tolli & aboleri.¶Publicis balneis.hæ balneæ dicimus & hæc balnea auctore phoca.est aũt dria hæc:q balneæ publicæ.se.genere dñr: balnea uero sũt priuatoꝝ:sicuti docet M.uarro li.ii.de anologia.hinc apud apuleiũ balneas facile pcõtabimur:& apud gelliũ apud balneas sitias cũ philosopho fauorino ambulabamus.plinius in.xxxi. uapore ipso quoq; aliquæ aq̃ prosunt: tantaq; est uis ut balneas calefaciãt,pmiscue tñ usurpant ista apud eruditos,qui nõ tã scrupulosæ grãmaticæ seruiunt q̃ eloquẽtiæ.M.agrippa balnea publica fecit eaq; gratuita prebuit numero.c.lxx.quæ mox ut ait plinius infinitum auxere numerũ.¶Natum mẽse.x.romani partionẽ mulieris secundũ naturã fieri estimabant nono mẽse aut decimo:& iccirco noia parcis tribus fecerũt appellãtes Nonam decimã parcam.nã parca imutata littera una a partu nominata est.Nona uero & decima a partus tẽpestiui tpe.hinc plautus ait in cistelaria decimo post mense exacto hic peperit filiam.& Maro.matri longa decem tulerunt fastidia menses.hac tẽpestate quod maxime mirũ est non temere femina parit decimo mense exacto ab ipso conceptu.apud cenſorinum cãm inuenio sideralem de partione decimi mensis haud quaq̃ improbandum:q̃ hoc potissimum loco congruenter explicari poterit.ait.n.quo tpe partus concipitur in utero muliebri:necesse esse: ut sol sit in aliquo signo & in aliqua eius signi particula:quem locũ conceptionis appellant chaldei.hunc locũ sol cõspicit a decimo zodiaci signo decimo a cõceptu mẽse κατὰ τετράγωνον.i.p conspectũ quadratũ:q per q̃ efficax est:sicut ẽt cõspectus ille ẽ potẽtissimus qui fit a nono signo κατὰ τρίγωνον.i.per trigonã radiationem:uñ infantes hoc tpe nati existimant eẽ maturi atq; robusti.a græcis dñr νεόγονοι καὶ δεκάμηνοι.i. nouẽ mensiũ & decẽ mensiũ.Inter menses genitales septimus quoq; numerat:põtq; septimenstris fetus eẽ aliqñ maturus:ppter ea q̃ sol pticulã conceptiõis a.vii.signo diametraliter cõspicit:q plenissimus ẽ potẽtissimusq; cõspectus hoc mense natos græci ἑπτάμηνους uocãt hoc est septimenstres.pythagoras uero duo scribit esse genera partus:alterũ septẽmensiũ alterũ decem:septrimestrẽ partũ uocat minorẽ: decẽmestrem uero maiorem.alteq; qui minor est senario numero cõtineri:quem græci τέλειον nos perfectũ numerum uocamus.Decẽmestrem uero qui maior ẽ:contineri nũero septenario:quo tota humana uita finit. De cuius potentia certatim scriptores prodiderũt.Et hippocrates aliiq; medicoꝝ in corporũ ualitudinibus septimũ quẽq; diem crisimon obseruãt.sic.n.nominauerũt quasi iudicialem:tanq̃ septimo die de egris iudicet: uicturi ne sint an morituri.Ceterum hæc & id genus alia nõ inuitus interſero:qa solent ueluti diuerticula amena esse legentibus:nunc ad propositũ redeo.¶Apollinis filium:sicut scipio africanus iouis filius existimatus:& alexander magnus ammonis.Itidẽ augustus apollinis:quia sicut serpentes irrepserunt ad pomponiã matrẽ africani:& olimpiada matrem alexandri:sic & serpẽs irrepserat ad acciam augusti.sub ſpecie ãt serpentium sæpe genii & dii mortalibus mi centur.Sidonius in panegyrico Magnus alexãder:necnõ augustus habentur concepti serpente deo:phebũq; iouemq; diuisere sibi.náq; horũ quesiit unus Cyniphia sub sorte patrem.Maculis genitricis alter phebigenã se se gaudebat haberi peonii iactans epidauria signa draconis.¶Ferri ad sidera.sublimari in celũ:hoc portendebat augustũ qui per intestina matris signabat futuꝝ in nũero deoꝝ:& orbi terrarũ imperaturum.¶Explicari.extendi.sunt.n.intestina in hoie flexuosissimis orbibus implicata & gyris impedita:ne ut ait plato in Timeo esculenta aut poculenta ex tẽplo descẽdant:ne ue momẽtis oĩbus appetẽdi cibi necessitas immincat:& ad hoc unũ occupari nobis dies noctesq; sit necesse.Intestina ãt numero sex esse medicorum clarissimi prodiderunt:quoꝝ hæc sunt noia duodenũ: ieiunũ:longum:monoculum.Colon:rectum.apud celsum & plinium nulla mentio fit duodeni intestini: qd a longitudine duodecim digitoꝝ nomen accepit:sicut auicena & albertus magnus medicorũq; schola testant.Eximio pyluron a celso dici id qd duodenum recentiores appellitauerunt.nãq; ima uentriculi ps est q̃ in summũ intestinum coartat uocaturq; pyluros: qm̃ portæ modo in inferiores ptes ea q̃ excreturi sumus emittit.πύλωρον græci ianitorem uocant:unde a recentioribus medicis illiterato quidem sed aperto uocabulo portanarius nuncupat.Ieiuno autem quod in secũdo loco est ideo tale uocabulũ est:quia nunq̃ quod accipit continet:sed protinus in inferiores partes transmittit:uocatur & hilla.Inde farcimina hillæ dñr.oratius:perna magis ac magis hillis.longum quod tertium est alio nomine Tenuis uocatur:& est in sinus uehementer implicitum.Varro & apicius longanonem appellant:quia longius est hoc intestinũ:quã duo hilla siue ieiuna.Monoculũ quod quartũ est ideo cecum nominatur quia in dexteriorem partem peruiũ non est.Colon qd quintum obtinet locum græci nocant.a nostris dicitur aluus: ubi ut inquit plinius: magna dolorum causa est.Nouissimum est rectũ ita noiatum:quia in ima parte dirigit:qua excernitur.Vni

Noia parcarum

De ptu decimi mẽsis

Partus minor.

Partus maior

Septimus dies crisimus

Cur flexuosa intestina.

Noia intestinorum.

pyluron.

Ieiunum

Hilla

Longano.

Cecum

Colon

Aluus

Rectum

uersa uero hæc intestina ab omēto conteguntur: de quo dixit Catullus. omētū in flāma pingue liq faciēs. dicitur intestinū neutro gñe. Interdū intestinus masculino. plinius in undecimo. intestinus quibusdā ab ore incipiens quadā uia eodem inflectit ut sepiæ & polypo. In hoie annexus infimo stomacho similis canino. Differunt intestina a uisceribus. illa. n. inferiora sunt hæc superiora. Celsus in quarto a uisceribus ad intestina ueniendū est. alio noie dñr interanea. uñ apud plinium medelæ sunt innumeræ ad interanea. Omentū. Intestinus. Interanea.

¶M. AN. Purificasse: lustrasse se: quibus intelligi pōt a concubitu: nisi purificatis interesse sacris: nō licuisse: Tibullus: Quidue pie dum sacra colis pureq; lauari: Te memini & puro secubuisse thoro. ¶Publicis balneis: priuatis ergo iam inde usam intelligas. ¶Natū mēsæ decimo: qui a conceptu legitimus fuit. Mulieres. n. legitimæ decimo mense pariunt auctores sunt plinius: Gellius: & lactantius Aristotelem secuti: pariunt non nunq; alienis mensibus: sed euentus ratio ex illorum lectione cognoscenda.

ter Octauius utero acciæ iubar solis exortum. Quo natus est die cū de Catilinæ cōiuratione ageret in curia: & Octauius ob uxoris puerperium serius affuisset: nota: ac uulgata res est. P. Nigidium cōperta moræ causa ut horā quoq; partus acceperit; affirmasse dominū terrarū orbi natum. Octauio postea cū p secreta Thraciæ exercitum duceret in Liberi patris luco barbara cerimonia de filio cōsulēti. Idem affirmatum est a sacerdotibus quod infuso super altaria mero tā tū flammæ emicuisset: ut supgressa fastigiū templi ad cælum usq; ferret. Vniq; olim omnino magno Alexādro apud eas dē aras sacrificanti simile prouenisset ostentū: atq; etiam sequenti nocte statim uidere uisus ē filium mortali specie amplioré cū fulmine: & sceptro exuuiisq; Iouis optimi maximi

¶PHI. ¶Vtero acciæ. uterum i femina appellamus matricem. existimat plinius uuluā dici in ceteris animalib⁹ i muliere uterum & alio noie locos. uñ apud catonē: si mulier eo locio locos fouebit nunq; hi uirios fiēt. dicūtur aūt loci uirosi a catone qui coitū uiri desideranter affectant cupiūtq; libidinari. Cor. celsus in secūdo. quæ locis laborat sternutamēto leuatur. Virgilius uterum dixit pro uētre de equo ligneo scribēs: uterumq; armato milite cōplent. Diminut iuum uteri est uterculus: quāuis quidā ab uter id fieri dicant. plinius in. xi. succus mellis in uterculos congestus apum. ¶Octauius. augusti pater significat. ¶Puer periū. infra latius dicetur puperium tā a pueræ dici q̄ pueri partiōe. pueras enim prisci dicebāt quas nūc puellas appellamus: ex quo ē illud uarronianum. properate uiuere pueræ: quas sinit etatela ludere eē amare & ueneris tenere bigas. ¶Iubar. modo splendorē significat: alias iubar dī stella lucifer q̄ splēdor eius diffundit in modū iubæ leonis. itaq; ait pacuuius. exorto iubare, noctis decurso itinere & pacuuiuū imitatus uirgilius dixit. it portis iubare exorto. ¶Nigidiū. hic ē ille nigidius: q cognominatus est figulus eo qđ respōsurus interrogāti cur gemini dispari conditiōe nascerētur. nobile illud de figuli rota cōmentū excogitauit: qđ memorat augusti. in. v. de ci. dei. fuit enim astrologiæ & magicæ pitissimus. unde ait lucanus. at figulus cui cura deos secretaq; mūdi nosce fuit. refert au. gel. culmina doctrinarū multiformium uariarūq; artiū duo floruisse eodem tpe apud romanos. M. Varronē & hūc pu. nigidiū: Cuius tamen cōmentationes i uulgus non exiuerūt pp obscuritatē subtilitatemq; in exilio periit ut docet eusebius. ¶Horam partus. notationem horæ genitalis horoscopon uocant. ut inquit augusti. in. v. de ci. dei. hinc illud persianū Geminos horoscope uarro producis genio. hinc uerbū horoscopare: quo utitur mālius: & signa horoscopātia a iulio firmico dicta. ¶Octauio patri augusti. ¶In liberi patris luco. scribit strabo tēpla lucos uocari a poetis: existimabātur luci religione quadam esse imbuti utpote deoꝝ domicilia Cicero in uerrinis uos deniq; etiā atq; etiā imploro atq; appello sanctissime deæ: quæ illos enēes lacus lucosq; colitis. a cōtrario dici lucū ostēdit quintilianus his uerbis. a cōtrariis aliqua trahi ut lucus quia umbra opacus parū luceat. liberū patrem bacchum ueteres appellauerunt: ab eo qđ pro boetie libertate pugnauit: ut sentit plutarchus in questionibus. unde & simulachrū liberi patris in liberis ciuitatibus auctore seruio collo cabat. autumat seneca in libro de tranquillitate uitæ liberū patrē ideo uocitari quia liberat seruitio curarū aium: alii ob licentiam linguæ liberū dici existimāt. ¶Barbara cerimonia. ex ritu religionis barbaricæ longe distant a græco & romano cultu. ¶Super altaria mero. uinū in sacris adhiberi notissimū est. romulū lacte nō uino sacrificasse tradunt: & ut auctor ē plinius non oībus uinis ad sacra fas erat uti: nam q; nephastū hēbatur sacrificare uino: qđ ieēt existimata uite aut fulmīe tacta. ¶Emicuisset. exiliisset effulsisset. ¶Fastigiū: cacumē. ¶Filiū. augustū. ¶Exuuiis iouis. exuuiæ iouis sunt fulmen sceptrū toga pretexta tunica palmata toga picta: qui etiā ornatus ē uiri triūphalis quod innuit liuius li. x. hinc illud satyrici poetæ. In tunica iouis & pictæ sarrana ferrētem ex humeris aulea togæ: Exuuiæ ab exuēdo dictæ sicut induuiæ ab induendo. unde plautus sciēter hæc duo dispauit perinde ac contraria: cum ait in menechmis. induuiæ tuæ atq; uxoris exuuiæ.

¶M. AN. ¶Pater Octauius: Octauii Augusti pater. Iubar solis: quod ad Apollinis concubitū refert. ¶Puerperiū: partum. ¶P. Nigidium quem pithagoricæ disciplinæ peritum magūq; fuisse: Eusebius tradit. Gellius secundum Varronem togatorum omnium peritissimū fuisse affirmat. ¶Horā partus: Horoscopū: ut græci aiunt: Gellius auctor est: oēm genethliacorum disciplinā diligenti disertatiōe a Phauorino subuersā. Accius: Nihil inqt credo auguribus: q aures uerbis diuitāt aliēas: suas ut auro locupletēt domos. ¶Barba-

Vterus. Loci uirosi. Vterculus. Pueræ. Iubar. Nigidius figulus. Horoscopꝰ horoscopare. Lucus. Liber pī unde. Exuuiæ iouis. Induuiæ.

ra cerimonia barbaro sacroq; ritu. ¶Cum fulmine: quod iouis insigne uetustas fabulata est.

Radiosus ¶PHI. ¶Radiata. radiis distincta. radiosus dicit sol a plauto q̄ si plenus radioꝝ. ¶Laureatum currū. lauri ramusculis quæ arbor triumphis dicata est: exornatū coronatūq;. alii deauratū legunt: qa currus triumphalis auro erat bracteatus: quē eq candidi uehebant: ut docet appianus in libycis describens formā triumphi scipiōis. ¶Bissenis eqs. ideſt duodecim. Camillus auctore liuio curru triūphali eqs albis iuncto urbē romam inuectus est cū de ueiētibus subactis triumpharet: idq; nō modo patrū ciuile sed humanū etiam uisū Iouis solisq; equis æqparatū dictatorem camillū in regionē ét trahebant romani: unde triumphus ille clarior q̄ gratior fuit. ¶Non cōparuit. nusq̄ apparuit. nusq̄ uisus est. ¶In altissima turri. hoc portendebat altitudinē imperii atq; fastigiū. ¶Contra solis. significabat hoc claritudinem nois. ¶In auito. ab auo auitū dedudicit. auitū suburbanū dicitur prediū pretoriumq; auorum iuxta urbē. ¶Silere. cōsimile olim hercules factitauit: qcū apud rheginos qescere: cicadæq; obmurmurarent dicit iussisse ne streperent. & ita ex eo tpe cicadæ apud rhegi'nos mutæ factæ sunt. auctores soliuus & diodorus. ¶Coaxare. antonius zeta questiones id genus grāmaticis ꝓponebat: ut dicerent singula aīalia qūo uocem emiterēt: uelut agni balant: porcelli grunniunt. asini rudūt: tauri mugiunt eq hinniunt: elephanti barriunt & ranæ coaxant: est. n. coaxare uerbū ficticium ab ea uoce quā ranæ faciunt. ololygones uocant mares ranæ: quo tpe uocem mittententes cient ad coitū feminas. dñr āt ololygones a uerbo græco ὀλολύζω qd significat ululo. & ὁλολυγὴν. ululatū uocāt: de quo aristoteles in. iiii. de animalibus. onomatopea tropos fictio est nois græcis inter maximas habita uirtutes: nobis uix permittitur. & sūt ut auctor est qntilianus in. viii. plurima ita posita ab his: q sermonem primo fecerunt. nā mugitus & murmur & sibilus inde uenerunt: inter q̄ collocari pōt: coaxare. apud aristophanē in batrachis: chorus βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ. ¶Festus quoaxare: scribi existimat per litterā. q. scribit plinius in macedonia ranas esse mutas ubi & apri muti sunt. ¶Ad quartū lapidem. ad quartū miliariū. Caius gracchus dimēso uiarū spacio sigulis miliariis colūnas lapideas spacii signa preferentes constituit: auctor plutarchns in gracchis. ¶In nemore. loco ameno. sūt. n. memora ut ait festus amenæ siluæ. ¶Delapsa reddidit. haud absimile est id: quod tarqnio prisco factitatū eé historici ꝓdiderūt: cui romā commigranti & in carpento cū uxore tanaqle sedenti aquila suspensis demissa leniter alis pileū abstulit: rursusq; uelut diuinitus missa apte reposuit: Inde sublimis abiit. tunc tanaquil perita celestium prodigiorum mulier maritum complexa sperare iussit excelsa & alta: cui mox contigit ut regnū romanū adipisceretur. Qu. catullus. restitutor dedicatorq; capitolii. ¶Post dedicatum: supra docuimus syllam felicitati suæ unū hoc defuisse cōfessum qd capitolū non dedicauisset. nā restitutū quidé fuit ab ipso: sed a catullo luctatio dedicatum: cuius nomen ut inquit tacitus inter tanta cæsarum opa usq; ad uiteliū mansit. ¶Prætextatis pueris nobilibus. prætexta ueste iudutis: de qua supra satis. ¶Secreuisse: seposuisse separasse sequestrasse a reliqua turba puerorum. ¶Signum rei pub. aquilā signare. uidet quod fuit signū principale romanoꝝ uel simulachrū libertatis intelligit. ¶In sequenti. altero somnio. ¶Prohibitum. somniauit. S. catulus se prohibiri uetariq; ne puerum illum detraheret: quem per somnium uiderat in gremio iouis. ¶Tanq̄ is: scilicet puer. per quem significabatur augustus. ¶Contuitus. conspicatus: oculis inconniuentibus. ¶Osculum delibatum. uirgilius oscula libauit natæ.

Auitum

Balant. Gruniūt Rudiunt Bariunt Coaxant. ololygōes

ac radiata corona super laureatū currū bissenis equis candore eximio trahētibus. Infans adhuc: ut scriptū apud. C. Drusū extat: repositus uespere ī cunas a nutricula loco plāo: postea luce nō comparuit: & diu quesitus tandē in altissima turri repertus est iacens contra solis exortū. Quū primū fari cœpisset in auito suburbano obstrepentes forte ranas silere iussit: atq; ex eo negātur ibi ranæ coaxare. Ad quartū lapidem cāpanæ uiæ in nemore prandenti ex improuiso aquila panem ei e manu rapuit: & cum altissime uolasset rursus ex improuiso leniter delapsa reddidit. Q. Catullus post dedicatū capitoliū duabus cōtinuis noctibus somniauit: prima louē optimum maximum prætextatis cōpluribus circa aram ludentibus unum secreuisse: atq; in eius sinū signum reipub. qd manu gestaret reposuisse: atq; in sequēti animaduertisse se ī gremio capitolini Iouis eundem puerum: quem quum detrahi iussisset prohibitum monitu dei tanquam is ad tutelam reipublicæ educaretur. Ac die proximo obuiū sibi Augustum quum īcognitum alias haberet nō sine admiratione cōtuit? simillimū dixit puero de quo somniasset. Quidam prius sōnium Catuli aliter exponunt quasi Iuppiter compluribus ꝓtextatis tutorē a se poscētibus unum ex eis demōstrasset: ad quem oia desideria sua referrent: eiusq; osculum delibatum

¶M. AN. ¶Radiata corona: radiis insignita. ¶Laureatū currū: lauro p̄ditū: sed uide ne deauratū potius sit legendum. Appianus deauratum fuisse ait triumphantium currum quē candidi equi traherent. ¶Solis ortum: id quoq; ad eius conceptū attinet. ¶Coaxare: id ranaꝝ ꝓprie est uox facticia: ut balare oues dicunt

hinnire equi:elephanti barrire:uñ & ipſi barri dicti. ¶In nemore:ad aricinum nemus referri non poteſt quia ad quartũ lapidẽ dixit:aricia.x.millibus diſtat:ſimpliciter ergo pro quouis loco arboribus denſo capi as oportet:niſi forte ad quartũ decimũ lapidem legas:nã ultra ariciam hodie quoq; oppidũ eſt qđ nemus: ueteri appellatiõe incolæ uocãt. ¶Delapſa reddidit:idẽ pene oſtentũ Tarquinio priſco romam migranti futurũ regnum portendit:illi pileus ab aquila adẽptus:ultroq; ab eadem alite reſtitutus. Liuius eſt auctor. ¶Secreuiſſe:ſeorſum a reliquo cœtu ſtatuiſſe. ¶Signum reipu. aquilã: Dionyſius:Recuperaui aquilam: legionariũ ducem ſeruaui. ¶Prohibitum:Catulum. ¶Contuitus:fixo obtutu contemplatus. ¶Oſculũ: ut eo ſigno ducem prætextatis a Ioue demonſtratum intelligas. ¶Delibatum.leniter tactum.

digitis ad os ſuũ retuliſſet.M.Cicero.C.Cæſarẽ in capitoliũ proſecutus:ſõmniũ priſtinæ noctis familiaribus forte narra/ bat:puerũ facie liberali demiſſũ cælo cathena aurea ad fores capitolii cõſtitiſſe:eiq; Iouẽ flagellũ tradidiſſe:deinde repen te Auguſto uiſo:quem ignotũ plæriſq; adhuc auũculus Cæ ſar ad ſacrificãdũ acciuerat:affirmauit ipſum eſſe:cuius ima go ſecundum quietem ſibi obuerſata ſit. Sumẽti uirilem to/ gam tunica lati claui reſuta ex utraq; parte ad pedes decidit: fuerũt qui interprætarent nõ alind ſignificare q̃ is ordo: cu/ ius inſigne id eſſet qñq; ei ſubiicerẽt. Apud mũdã diuus Iuli us caſtris locũ capiẽs:quũ ſiluã cederet arborẽ palmæ reptã cõſeruari ut omẽ uictoriæ iuſſit. Ex ea cõtinuo nata ſoboles adeo in paucis diebus adoleuit:ut nõ equipararet mõ matri cẽ:uerũetiã obtegeret:frequẽtareturq; colũbaq; nidis: q̃uis id auiũ genus durã & aſperã frõdẽ maxime uitet. Illo & præ cipue oſtẽto motũ Cæſarẽ ferunt:ne quẽ aliũ ſibi ſuccedere quí ſororis nepotẽ uellet. In ſeceſſu Apolloniæ Theogenis

¶PHI. ¶Ad os retuliſſet:qui adorãt ut inqt hieronymus ſcri bens in ruffinũ ſolẽt manũ deo ſculari:unde hebrei deoſculatio nẽ p ueneratione uſurpãt.plini us in.xi.quandã eẽ religionem in dextra teſtatur:q̃ oſculis auer ſa appetitur nũc uero tranqllus ait uiſum eſſe a catulo iouem li/ bantem oſculũ pueri:& ad os ſu um digitis referrentẽ: in quam ſniam eſt illud apulei ex aſino aureo.tũc iupiter ppreſſa cupidi nis baccula manuq; ad os relata conſauiat. ¶Priſtine noctis. ſu perioris noctis: Curtius. pro/ ximus dies nondũ quidem pro celloſus & triſtis obſcurior ta/ mẽ priſtino. ¶Facie liberali. In/ genuo filo totius corporaturæ. facies.n.non ſolum ad os & uul tum ſed & ad facturã totius cor/ poris refertur. ¶Flagellũ:hoc ſi gnificabat eum futurum mode ratorẽ imperii inſtar aurigæ: q flagello regit equos & p nutu moderaẽ. ¶Auũculus cæſar.iulius cæſar dictator ſignificaẽ: q ut ſupra docui mus:fuit maior auũculus auguſti. ¶Secundũ quietẽ.in qete in ſomniis.ita Ci.hãnibali ſecundũ qetem ui/ ſam eẽ predicere iunonẽ ne id faceret.hæc pticula ſecundũ mõ ſiguificat iuxta:ut illud ſecundũ flumina.ali/ as poſt.ut ſecundũ ſalutẽ.alias ſignificat.pro.ut ſecundũ re litem do.i.pro te. ¶Reſuta:diſſuta reſoluta:Re/ ſuimus.n.quæ ſuta ſunt:ſicut recludimus quæ cluſa. ¶Is ordo:ſenatorius. ¶Inſigne id eſſet. latus clauus inſigne ẽ ordinis ſenatorii ut ſupra dictum. ¶Mũdam.hiſpaniæ ciuitatem. ¶Vt omen uictoriæ.quia pal/ ma ſignum eſt uictoriæ in certaminibus.cãm referũt plutarchus & ariſtoteles.ſi ſuper palmæ inquiũt lignũ magna pondera impones nõ deorſum palma cedit nec inflectitur:ſed aduerſus põdus reſurgit & ſurſum nititur.propterea in certaminibus placuit palmã inſigno eſſe uictoriæ:qñ ingenium eiuſmodi eſt ut urgẽ/ tibus prementibuſq; non cedat.ſcribit Liuius romanos in ludis palmas uictoribus dare cepiſſe trãſlato ex græcia more. ¶Adoleuit.in magnitudinẽ excreuit:alias ſignificat cõbuſſit iuxta illud uerbenas adole pin gues adoleſcere ut inquit agretius augumenti ẽ:inoleſcere uero coagumẽti.exoleſcere ãt euaneſcentis. ¶Matricẽ:ipſam palmam matrẽ:hac dictione uſus eſt frequẽter columella:qui de colũbis ſcribens ait octi/ es anno pullos educat:ſi eſt bona matrix. Idem de gallinis primũ q̃ ſecretiſſima cubilia eligũt ne incuban/ tes matrices ab aliis auibus inquietẽtur. ¶Obtegeret.obumbraret ſua magnitudine.herba quædam ẽ im pia appellata ex eo q̃ liberi ſuper parẽtem excellãt.rami enim capitella ſuſtollũt. ¶Colũbarum. columbas ueneri dicatas eẽ docuimus in cõmentariis propertii in illius uerſu enarrationem.ſed cape torquatæ uen* oregina columbæ.ob hoc uidetur columbaq; augurium pertinuiſſe ad cæſaris felicitatem: qui per eneam a uenere oriundus eſt.ad reges ut inquit ſeruius pertinet columbarum augurium quia nũq̃ ſolæ: ſicut nec reges nũq̃ ſoli incedunt. Exiſtimat uarro a columinibus uillæ appellatas columbas: cum propter timorẽ naturalem ſumma loca in tectis captent & turres ſequantur.albertus uero magnus triuiale dedit interpre tamentum:tanq̃ columbæ ab eo dictæ ſint:quod colant lumbos.ſunt enim aues in primis libidinoſæ & ob id ueneri dicatæ. ¶Sororis nepotem.auguſtum intelligit qui matrem habebat actiam ex iulia ſorore cæſa ris dictatoris genitam. ¶In ſeceſſu apolloniæ.ante dictum eſt auguſtum a cæſare premiſſum fuiſſe apollo niam:ut ibi ſtudiis uacaret.

¶M.AN. ¶Facie liberali.ingenua indole. ¶Flagellum: ad delinquentium terrorẽ & ultionẽ quæſitum ¶Auunculus.C.Cæſar:q maior auunculus illi erat. ¶Reſuta:repẽte ſoluta. ¶Is ordo:ſenatorius. ¶Ma tricem:matrẽ altricẽq; arborem. ¶In omen:rei nunc:ſed & aĩ alioquin & oris ẽ palmæ natura ut Plinius & Gellius ſcribunt inuicta:qppe quæ impoſitũ miraẽ põdus atq; od id p̃miũ inde uictoribus datũ. ¶Colum

Deoſculatio,p ueneratiõe

Priſtinus

Secundũ Reſuta.

Palma uictoriæ.

Matrix. Herba impia

Colũbæ unde

barum nidi s:ad iuliã ꝓgeniem id attinet quæ a Venere fuit est utiq; uolucris ipsa Veneri sacra. Ver. Materias agnoscit aues. Marti. Ne uioles teneras præduro dente columbas. tradita signidiæ sunt tibi sacra deæ. ¶ In secessu apolloniæ: quum apoloniam secessisset uel auunculum precessisset potius.

¶ PHl. ¶ Mathemathici. Augellius uulgũ reprehendit qui mathematicos dicit: quos genti licio uocabulo' chaldeos dicere oportet. Attamen luculenti scriptores mathematicos sicuti uulgus appellãt astrologos: q alio nomine genethliaci dicuntur. q quæ futura sunt profitẽtur se ꝓdicere posse de motu deq; positu stellarum. Iuuenalis nota mathematicis genesis tua. Cor: tacitus mathematici genus hominum potẽtibus infidũ speranti/bus fallax quod in ciuitate nã & uetabitur semper & retinebitur: Iulius firmicus semp mathematicos appellat astrologiæ sci/os & gnaros: ab augustino planetarii nominãtur in quatto cõfessionum. ¶ Pergulam. pergula significat locũ in edito atq; in propatulo ubi professores docere solebãt: & artificis opera sua ostentare uñ pergulæ magistrales elegãti epitecto dictæ a Iulio capitolino. Plautus in pseudulo cras faciam deportere in pergulam idem cras phenicio corio inuises pergulam: tanq; significet se puellã flagris cesam in loco apto oĩbus ostensuram iuriscõsulti titulo de his qui deiecerũt: mentionẽ faciunt pergulæ pictoris: sicut etiã plinius in. xxxv. refert apellem solitũ opera perfecta proponere in ꝑgula transeũtibus. Itidem nũc appellatione ꝑgulæ significat schola mathematici editior & apertior. præterea de ꝑgula in hoc significatu meminit plinius in. xxi. & Iuuenalis illo uersu: cui cedere & debeat omnis ꝑgula. extat & hic lucilianus uersus a lactantio recitatus. ꝑgula fictorum ueri nihil omnia picta. ꝑgula in uitibus notissimæ est significationis. Plinius in. xvii. uitium generosarum ꝑgulas quinquatribus putãdas tradũt. cum ãt pergulæ sint loca aperta & subdialia a pergendo dici uideri possunt: q; in his deambulare solerẽt. ¶ Predicerẽt. ab ipso theogene mathematico. ¶ Genitura. uulgus natiuitatẽ appellat quam eruditi genituram uocãt. hinc est illud apd spartianum mathematici dictum ad seuerum. tuam non alienã pone genitură. Idem seuerus genituras sponsaꝝ reqrebat cũ esset matheseos pitissimus. Iulius firmicus genitruas innumeras colligit scatetq; hac ueluti peculiari dictione. Ambrosius natiuitatẽ sicut uulgo dĩ appellat scribẽs in. iiii. exameri. breui atomo exiguoq; momẽto distare natiuitatẽ inopis & potẽtis: egeni & diuitis. alias genitura accipit ꝓ spmate. Pli. in. xxii. dat caucalis contra ꝓfluuiũ gẽituræ uiris. idẽ tradit feniculũ genituræ abundantiã facere. idẽ in. xx. semẽ canabis extingue re genitură uiroꝝ dĩ: præterra genesim dicimus genitură qñ ꝓ natiuitatis hora accipit. Iuuenalis. nota mathematicis genesis tua. ¶ Edere: manifestare. ¶ Vix & cũctanter. nõ sine magna cũctatione & hesitatione. ¶ Thema: propositũ suæ constellaaionis suæq; genituræ. hoc. n. in presentia significat thema. aliter dici themata quæ proponũtur in scholis notum est: de quibus quintilianus in. vii. in schola sunt & pauca & ante declamationem exponũtur: quæ themata græci uocant: Cicero proposita: quidã codices habẽt stẽma. magis placet prior lectio: cũ hic non loquatur de stẽmatæ familiæ atq; prosapiæ. sed de publicata augusti genitura & ipsius natiuitatis expositione. ¶ Nota. signo: nam signũ quo nũmi cudũtur notam uocamus'. plinius: nota argenti fuere bigæ atq; quadrigæ. Idem. signatũ est æs nota pecudũ: unde & pecunia appellata. Argentũ signatum est anno urbis. D. lxxxv. quinq; annis ante primũ punicũ bellũ: & placuit denarius ꝓ decem libris æris: quinarius pro quinq; populus romanus uictis gentibus in tributo semp argentũ imperabat nõ auꝝ. ¶ Capricorni: capricornus signũ ẽ unum ex. xii. zodiaci: qui una cum cãcro portæ solis uocant'. nam sol in eo signo obliquũ incipit agere retrogressum: ibiq; fit brumale solsticiũ. ob hoc existimat macrobius capricornũ dici: quia capræ naturã uidetur imitari: qui dũ pascitur altũ semp ab imo petit: ita & sol in capricorno incipit ab imis in alta remeare. fabulã capricorni cur sit inter sidera relatus refert higinus. præterea auctor est iulius firmicus in. viii. matheseos q; quicũq; habuerit horoscopum in prima parte capricorni erit rex aut imperator. Itidem in tertia pte capricorni habẽtes horoscopum erunt magni potentes maximam gladii potestatẽ habentes. saturnus habet domiciliũ in aquario & in capricorno: ex quibus aquarius masculinum signũ est capricornus femininum. ¶ Ad speciẽ celestis arcus: scribit seneca in primo quæstionũ naturalium. uirgas coronas & circulos fieri iuxta solem fere nube humida & iam se spargente: eundemq; esse in illis colorẽ: qui in arcu celesti sit. Color enim multiplex est ex ceruleo fuluoq; uarius. augusto urbem romã intrante obitũ patris ad nomẽ ingens capescendum uisa est circa solis orbem species coronæ & uersicoloris circuli: ut auctor ẽ plinius in secundo. de quo seneca memoriæ ꝓditum ẽ: quo die diuus augustus urbẽ ex apollonia reuersus intrauit circa solẽ uisum coloris uarii circulum: qualis esse in arcu solet hunc græci halo uocant: quem nos dicere coronam aptissime possumus:

¶ M. AN. ¶ Mathematici astroꝝ periti τὰ μαθήματα græci disciplinas appellant: ut musicã: arithmeti/

Pergula

Genitura.

Natiuitas

Thema.

Nota nummi.

Capricornus.

Corona Halo

Mathematici pergulã comite Agrippa ascẽderat: quũ Agrippæ qui prior cõsulebat magna & pene incredibilia prædicerent: reticere ipse genituram suã: nec uelle edere perseuerabat metu ac pudore ne minor iueniret'. Qua tñ post multas adhortationes uix & cũctanter edita exiliuit Theogenes: adorauitq; eũ: tantã mox fiducíã fati Augustus habuit: ut thema suum uulgauerit: nummũq; argenteũ nota syderis 'capricorni: quo natus est percusserit.

De prodigiis quæ post necẽ Cæsaris euenerunt eidẽ.

POst necẽ Cæsaris reuerso ab Apollonia & ingrediẽte eo urbẽ repẽte a líquido ac puro sereno círculus ad speciẽ cælestis arcus orbẽ solis ambiit: ac

ca:geometriam & astrologiam. ¶Pergulam:pergula locus ubi præceptores discipulos erudire solebant: ubi itē opifices aliquid operari aut opera exponebant:Lucilius:Credūt signis cor inesse alienis pergula pu torum Apelles ut Plinius ait in pergula absoluta opera uelut populi iudicio subiiciens ꝓponebat: & rur/ sus.L.furius argētarius cū corona rosacea e pergula sua in forū prospexisse dictus:atq; ob id ex auctoritate senatus in carcerē ductus.Tranquillus ipse alibi inde inqt in pergula docuit.Iuue.Cui cedere debeat om/ nis pergula doctoris tripheri. ¶Conctanter:nō sine mora & dubitatiōe. ¶Exiliuit theogenes. ¶Stēma: hoc loco pro genesi alibi pro gradu siue ordine a icuius familiæ ramis ac lineis quibusdam gentem fami/ liāq; distinguentibus.Persius:Stēmate quod tusco ramum millesime ducis. Tranquillus ipse in galba suū stēma in atrio proposuit:quo paternā originē ad Iouem maternā ad Pasiphæa referebat.græci τὸ Στέμμα coronā appellant.Homerus de Chryse Στέμματα τὰ ἐχών. ¶Nummū argenteū:Romani ante pyrrhum ui ctū signato argento:ut plinius ait non sunt usi eiusq; nota ab initio bige & quadrigæ fuere. ¶Capricorni: in octaua parte cuius signi fit brumale solsticiū de ui syderis plinius & Macrobius plura. ¶Circulus: plini/ us:Cernitur inquit & circa solis orbē ceu specie coronæ & uersicoloris:circuli qualiter Augusto Cæsare in prima iuuenta urbem intrante post obitum patris ad nomen ingens capessendum.

¶PHI. ¶Subinde.mox statim alias subinde significat frequen ter. ¶Vt romulo.i auguriis uul ture potissimū utebantur:& au/ gurium uulturū felicissimū exi/ stimabant.quia ut inquit plutar chus in problematis Romulo i cōdenda urbe.xii.uultures ap/ paruerūt. & herculem letari soli tum ferunt cū inter res gerēdas uulturem aspexisset: quem ex oībus carniuoris alitibus iustis/ simū esse iudicabat. historia de

Subinde

subinde Iuliæ Cæsaris filiæ monumentum fulmine ictum est Primo autem consulatu ei auguriū capiēti duodecim se uul tures ut Romulo ostenderunt: & imolanti omniū uictima/ rum iecinora replicata ītrinsecus ab ima fibra patuerūt. Ne mine pitoꝝ aliter cōiectāte q̄ leta ꝓ hæc & magna portēdi.

De ꝓdigiis ꝓ quæ ꝓsensit euētū bellorum suorū.

Vin & bellorum omnium euentus ante præsen/ sit.Cōtractis ad bononiam triumuirorum copiis:

augurio duodecim uulturum:quos uidit romulus latissime explicatur ab historicis. scribit ambrosius in examero uultures minime indulgere concubitu & sine masculorum coniunctione generare: oēs.n. femi/ ne esse creduntur & ex uento concipere.refert plinius in.x.eos nidificare i excelsissimis rupibus:fetusq; sæ/ pe cerni fere binos.Ex uolucribus in auxilio contra serpentes primū uultur est: corq; eius alitis habentes tutos esse ab impetu dicūt non solum serpentium sed ēt ferarum & latronum ac regū ira.penna uulturis si scalpantur dentes acidum halitū faciunt.Dicit in recto casu uultur & uulturis & uulturius.Ennius.uultu/ ris in pratis miserum mandebat homonē.Catullus.lingua exerta auido sit data uulturio.per egregiā quan dā translationem plautus uulturios uocat talos.Nam sicut uultures carniuori sunt & rapto uinentes: ita & tali in ludo talario uoratores sunt atq; rapaces:cum sæpe despolient aleatorem:ēt ita exponēdus est ille lo/ cus ex curgulione.tace parūper:iacit uulturios quattuor.solent enarratores plautinarū fabularum uulturios exponere ꝓ imaginibus uulturum q̄ in talis signatæ forent:quod q̄ absurdū sit & ab historica fide alienum nemo uel mediocriter eruditus ignorat.Iulius pollux:qui notas & pūcta talorꝝ ubertim explicat:nusq̄ me/ minit uulturiorum.Tu expōe uulturios quattuor pro talis:qui erant numero quattuor in ludo talario:cū tesseræ forent tīn tres: sicut copiosius explicauimus in libro annotationū.uulturii aūt non ab effigie uul/ turum quod nusq̄ scriptū est dicunt.sed festiuissime p similitudinē quia uu turū naturam rapacissimā imi/ tant:qui triduo añ aut biduo uolare dicūt ubi cadauera futura sūt.hīc ait hieronym⁹.uultures trāsmaria ca dauera sentiūt.& plautus in truculēto.iam quasi uulturii triduo prius prediuinát:quo die esuri sint.inde ca ptores bonorū & heredipetæ uultures nuncupati.ex quo ait elegāter martialis.Cuius uulturis hoc erit ca dauer:& in hāc sīam seneca in epistolis moralibus inquit:uultur es cadauer expecta. ¶Iocinora replicata. In iocinere est id qd caput extorū aruspices uocāt:quod cum defuit i extis mortem exitiumq; denūciat. Cō tra felicitatem portēdit replicatum:scribit ualerius marcello sacrificāti iecur uictimæ sine capite inuentum fuisse:cum proxima uictima iocinoris duplex caput habuisset:qbus inspectis aruspex respondit nō place/ re sibi exta quæ prima trūca:secūda nimis leta apparuissent.quod pertinet ad enarrationē huius loci sic scribit plinius ī.xi.diuo augusto spoleti sacrificāti primo ptātis suæ die sex uictimaꝝ iocinora replicata in/ trinsecus ab ima fibra repta sunt respōsumq; duplicatuꝝ intra annū impiū. ¶Ab ima fibra.quæ in inferio/ re pte ē:In iocinore.n.fibræ sunt quatuor.celsus in.iiii.iecur i quattuor fibras diuidit.hinc illud maronia/ nū.nec fibris requies datur ulla renatis. ¶Peritoꝝ. aruspicū & eoꝝ qui aruspicinæ disciplinā optime cal/ lent:de qua supra satis copiose dictū est. ¶Ad bononiam.quādo.s.triumuiri hoc est antonius augustus & lepidus in insula:quam facit lauinus fluuius non longe distans a patria nostra: nephariam proscriptionē factitauerunt.

Vultures ex uento concipere

Vulturis Vulturius Vultur he redipeta

locus plau ti.

Fibræ

¶M.AN. ¶Iuliæ filiæ:quæ in campo martio tumulata est. ¶Xii.uultures tot enim plutarcho Liuio & Dionysio auctoribus Romulo augurium fecere. ¶Immolanti:Augusto:ubi autem aut quando non di/ cit:sed plinius id docet.Diuo inquit Augusto spoleti sacrificanti primo potestatis suæ die sex uictimarum iocinora replicata intrinsecus ab ima fibra reperta sunt responsum duplicaturum intra annum imperiū. ¶Triumuirorum:Antonii lepidi & Augusti.

¶PHI. ¶Aquila tentorio. aquilæ ut inqt ſeneca in ſecundo q̄ſtionū: hic honor datus eſt: ut magnæ rerū faceret auſpicia. & q̄cquid alia minora portendūt inter uentu aqlæ tolit ſicut fulmine abolet quicqd aquilæ & reliqua denūtiauerūt. nā ut ait ſeruius minora auguria maioribus cedūt. nec ullæ ſunt uiriū: licet priora ſint. hinc illud ex bucolico ludicro. quātū chaonias dicunt aquila ueniente colūbas. Igitur aqla ſignificabat auguſtus: q collegas antonium & lepidū infeſtos ita conflictaret uexaretq; ſicut aquila coruos duos affli/xit. ¶Duos coruos. oſtentum hoc ſignificabat p duos coruos antoniū & lepidū affligi debere ab auguſto: q tanq̄ aquila illos ſupne inua/deret. ¶Preſagiente philippo. quidā cōnectūt hæc ſupioribus tanq̄ philippus p̄ſenſerit predi/xeritq; ex diuinatione quadam exitū rei futuræ. ſed melius uide tur ſic eſſe diſtinguēdū: ut legas preſagiēte. ſ. exercitu exitū qui ſecutus ē. & hoc cū ſuperioribus copulabit: mox ſubſequetur. in philippis theſſalus qdā & ē ſen/ſus: quēdā theſſalum ex occurſu imaginis diui Cæſaris nutiaſſe de futura uictoria: quā in philip pis cāpis adeptus ē auguſtꝰ bru ti partibus pfligatis. ¶Auio. in uio i acceſſo quaſi ſine uia: auia

Auia

dicūt loca deuia & a militari uia ſequeſtrata lucrecius: auia pie/ridū peragro loca. ¶Idē. auius a uera longe rōne uagaris. hinc illud p annominationem apud quintilianū uulgatiſſimū: auiū

Litare

dulcedo auiū ducit. ¶Nō litāte nō placante numen. Virgilius ſacriſq; litatis indulge hoſpitio. tradit macrobius: qd litare ſola nō pōt oratio. Nonius ſacrifica/re inqt ē ueniā petere: litare ē p/pitiare & uotū impetrare. ¶Au

Augentur hiſtoriæ

geri hoſtias. moris erat ut pria hoſtia nō litante altera dein tertia plures ue adhiberentur: & ita numerus hoſtiarū augereť donec litatū ſo ret. hinc legimus paulū emylium olim ſacrificantē non litaſſe uſq; ad. xx. hiſtoriā. in uigeſima uero prima

Vultur he/redipeta

apparuiſſe ſigna uictoriā p̄mittentia. p̄terea augeri hoſtie dicunť: qñ imolanť adhibita mola. Vnde & ma/ctæ appellanť quaſi magis auctæ: ſicuti grāmatici prodiderūt. ¶Recaſura. reuerſura redūdatura reditura. ¶Exta hērent. illa q̄ erāt inauſpicata & infortuniū hñti portēdebāt. ¶Sicilienſem. in ſicilia factā aduerſus ſextū pōpeiū. ¶Ad pedes iacuit. de hac re ſic plinius in. ix. ſunt & piſcibus p̄ſcita i hac pte auguria. ſiculo bel lo ābulāte in littore auguſto piſcis e mari ad pedes eius exiliit: quo argumēto uates rñdere neptunū patrē adoptātē eū ſibi ſexto pōpeio repudiato. ¶Eutychus. ex noībus aſini & aſinarii omen uictoriæ cepit augu

Eutychos. Nicou.

ſtus. eutychon. n. græci fortunatū uocāt: nicōta uincētē. plutarchus in. M. Antonio. Cæſari inqt añ lucē ca/ſtris egreſſo naueſq; reuiſēti hoiem q aſinū agitabat obuiū factū: rogāt. ät qd nā nomē ei eēt rñdiſſe ſibi qdē eutychō nomē eē aſinū ät nicōta appellari: quāobrē poſtea cū ea loca ornaret Cæſar ſtatui iter cetera hoiem & aſinū æneū. refert Ioſephus romanos habuiſſe arietē machinā bellicā: quem iudei niconta uocabant: qd

luſtrū con/ditum

omnia uinceret. νικᾶω græce uinco. ¶Luſtrū cōderet. ſeruius tullius cenſu pfecto in cāpo martio inſtru/ctū exercitū oēm ſuē oue tauriſq; luſtrauit: idq; cōditū luſtrū appellatū: liuius auctor in. i. cenſorinus i libro de die natali in hāc ſniam ſic. ait id tēpus anni magni romanis: fuit: qd luſtrū appellabant ita qdem a ſeruio tullio inſtitutū: ut qnto quoq; anno cenſu ciuiū habito luſtrū cōderet: poſteri quoq; idē in cōdendo luſtro inſtitutū ſeruarēt: q̄uis interdū intermiſerint ſpatia auctiora: fuitq; id offm̄ cēſoꝝ poſt impatorē ueſpaſianū ¶Ad primā līam. A. ſignificat q̄ prima līa eſt in noīe agrippæ: p quā id oñtum ad auguſtū referri interpre/tabanť: cuius quoq; nomen ab. A. incipit. ¶Collegā. in cēſura. erat. n. ut inqnit aſconius cenſoꝝ hoc officiū ut completo quinquēnio luſtrū conderent & ſolitaurilia ſacrificia facerent.

¶M. AN. ¶Aquila: per aqlā Auguſtū interprecati ſunt: in cuius tabernaculo ales ſederat: per coruos Lepi dū & Ant. ¶Exitū præſagiētem: diſcordiæ finem ex eo augurio exercitu colligente. Philppo: aut philippꝰ theſſallus quidā: aut qd magis placet aduerbialiter philippis. q. d. apud philippos eā macedoniæ urbē eſſe ſupra docuimus. ¶Auctore eius nuncii perſuaſiore impulſore ¶Auio: deuio. ¶Exta rapta cum oī ſacro/rum apparatu ſublata. ¶Aſinario: qui aſinos agebat. ¶Euthycus: εὔθυκος fortunatus νίκου ἀπότου

aquila tētorio eius ſuperſedēs duos coruos hinc & inde in/feſtantes afflixit: & ad terram dedit: notante omni exercitu futuram quandoq; inter collegas diſcordiā talē qualiſ ſecuta eſt ac exitum præſagiente in philippis Theſſalus quidam de futura uictoria nūciauit: auctore diuo Cæſare: cuius ſibi ſpe/cies itinere auio occurriſſet: circa peruſiam ſacrificio nō litā te: quum augeri hoſtias imperaſſet: a ſubita eruptiōe hoſtes omnē rei diuinæ apparatū abſtuliſſent: cōſtitit iter aruſpices quæ periculoſa & aduerſa ſacrificandi denūciata eſſent cun/cta in ipſos recaſura qui exta haberent: neque aliter euenit. Pridie q̄ ſicilienſem pugnā claſſe cōmitteret deābulanti in lit tore piſcis e mari exiluit. & ad pedes iacuit. Apud Actiū de/ſcēdenti in aciem aſellus cū aſinario occurrit homini Euthy/cus: beſtiæ nicon erat nomen. Vtriuſq; ſimulachrū æneū ui/ctor poſuit i tēplo: in quod caſtrorum ſuorum locū uertit.

De oſtentis prænūciantibus mortem eius:

MOrs quoq; eius de qua dehinc dicam diuinitaſque poſt mortē euidentiſſimis oſtētis p̄cognita ē. Quū luſtrum in campo martio magna populi frequētia cōderet aqla eū ſæpius circūuolauit: trāſgreſſaq; i uicinā ædē ſup nomē Agrippæ ad primā litterā ſedit: quo animaduerſo uota q̄ i pximū luſtrū ſuſcipi mos eſt: collegam ſuū Tiberiū

ſiķā cō unico. In templo Marti & Neptunno ſacro. ¶ Agrippæ: cuius nois prima līa eſt per quā Auguſtū in

nūcupare iuſſit. Nā ſe quāquam conſcriptis paratiſq; iam tabulis negauit ſuſcepturū quæ non eſſet ſoliturus: Sub idem tempus ictu fulminis ex inſcriptione ſtatuæ eius prima nominis littera effluxit. Reſpōſumq; ē centum ſolos dies poſt hac uicturum: quem numerum. e. littera notaret: futurumq; ut inter deos referretur: quod æſar idēſt reliqua pars e Cæſaris nomine: hetruſca lingua deus uocaretur. Tiberium igitur ī illyricum dimiſſurus & beneuētum uſq; proſecuturus: quum interpellatores aliis atq; aliis cauſis in iure dicendo detinerent exclamauit: quod & ipſum mox inter omnia relatum eſt: non ſi omnia morarentur amplius ſe poſt hac Romæ futurum. Atq; itinere incohato Aſturam perrexit: & inde p̄ter conſuetudinem de nocte ad occaſionem auræ euectus eſt.

De cauſis infirmitatis eius: & geſtis in eadem.

Auſā ualitudis cōtraxit ex ꝓfluuio alui: tūc cāpāiæ ora ꝓximiſq; iſulis circuitis: caꝑarū quoq; ſeceſſui

terpretari placuit.

¶ PHI. ¶ Nuncupare. pronuntiare ꝓmittere atq; palā noīare. uota. n. nūcupata dicunt: q̄ cōſules pretoreſq; cū ī ,puīciā ,pficiſcunt faciūt eaq; in tabulas p̄ntibus multis referunt: q̄ nomīata ſūt & quaſi teſtificata: uñ & pecunia nūcupata dr̄ ut ait cincinius nomīata: certa noībus ,ppriis ,pnūciata: & ut inqt ſantra ,pmiſſa teſtificata. plinius ī panegyrico. nūcupare uota & pro eternitate impii & pro ſalute ciuiū. imo' ,p ſalute principū ac ,pter illos ,p eternitate imperii ſolebamus. ¶ Ethruſca lingua. līguā ethruſcā a romana diuerſā fuiſſe teſtātur eruditi & iprimis. T. liuius q̄ſcribit in. ix. Romāos pueros antiquitus. Ita hetruſcis līis eruditi ſolitos: ſicuti poſtea græcis. ¶ Paratis tabellis. in q̄bus uota q̄ ſuſcipiunt perſcribi ſolēt præſentibus multis: de q̄bus uidet

Nuncupare uota

intellexiſſe Iuuenalis illo uerſu. legitime fixis ueſtitur tota tabellis porticus. ¶ Prima littera. C. intel'igit: q̄ littera Caiū ſignificat & prima eſt in noie Cæſaris. ¶ C. notaret. ſcribit priſcianus numer̄ centenariū notari per līam: C. ¶ Beneuentū. olim maleuentum dictū eſt. liuius cedi capiq; ſanguites: niſi qui maleuentum cui nunc urbi nomen beneuentū eſt perfugerunt. plinius. in ſecunda Italiæ regione hirpinor̄ colonia una beneuentū: auſpicatius mutato nomīe q̄ quōdam appellata maleuētum. ¶ Interpellatores. Cicero in ſtudiis ſine interpellatore uerſor. interpellare ât eſt mediam alterius orationē interrūpere uel alterius ſe actioni interponere. ¶ Inter omina ſignificanter locutus: nā illud proprie auguriū dici omen uoluerūt. quod orefit: uelut oſmen ſiue oremen: ut. M. Varro & feſtus tradiderūt. fuit omen id uerbū: quo dixit auguſtus ſe nō amplius futur̄ romæ: qđ mox euentus comprobauit. ¶ Aſturā. in latio aſtura flumē ē & inſula auctor plinius in tertio. Cicero oli ꝓſcriptus aſturā delatus mare ingreſſus ē. mox mutato cōſilio aſturā repetiit ut refert plutarchus in uita Ciceronis. ait ſeruius aſturā eſſe oppidū cū fluuio nō lōge a teracina. apud uirgilium anceps lectio ē illius uerſus ex. vii. Qua ſature iacet atra palus. alii. n. legūt ſaturæ alii aſturæ. ¶ Auræ. q̄ uento clementior ē. plinius in epiſtolis ſcribit tuſcos ſuos frequētius auras hēre q̄ uentos. ¶ Ex ,pfluuio alui. aluus ē quo defluūt ſordes. Virgilius acyros. i. improprie dixit. nota cōdunt in aluo ,p in uentre. cor. celſus aluū aliq̄n uſurpat ,p ipſis excrementis. ſic. n. ait in ſecūdo. peior cita aluus ē: ſed ne hæc qdā terrere ,ptinus debet: ſi matutinis tēporibus coacta magis ē aut ſi ,pcedente tēpore paulatim cōtrahit & ruffa ē. de aluo hæc plinius in. xxvi. digna memoratu. plurimū negotii homano generi aluus exhibet: cuius cā maior ps mortalium uiuit. alias cibos non tranſmittit: alias nō continet. alias non capit: alias nō cōficit. eoq; mores uenere: ut homo maxime cibo pereat. profluuiū alui uocamus: ubi liquida ē & fluit copioſius: uer̄ ut inqt celſus in. iiii. uno die fluere aluū ſæpe pro ualitudine eſt atq; ēt pluribus: dum febris abſit. purgat. n. corpus. periculoſiſſimū uero illud profluuiū eſt: quo nihil continet & quicqd aſſumptum eſt protinus redditur. græci id morbi genus lyenteria uocant. a noſtris dicit leuitas inteſtinorū. de qua hippocrates & galenus reliqua q; medicor̄ ſchola affatim ſcripſerunt. Qui aluo langueſcunt egregio & perinde eleganti uocabulo nuncupant aluini. plinius in. xxi. uinca peruinca aluinis impoſita multū prodeſſe dī. auſtro flante ſoluit aluus aqlone uero aſtringitur. ueteres foria dici uoluerūt ſtercora liquidiora: & foriolū: q foria facile emittat: ſoluti q; ſit uentris. Laberius foriolus eſſe uideris. in coleos cacas. ¶ Campanie ora. mediterraneū & oram tāq̄ diuerſa uſurpat plinius: ut in mediterraneo dicat eſſe ciuitates q̄ ſunt ,pcul a littoribus: intus in medio regionis. in ora uero eſſe q̄ ſunt in extremo iuxta littus. exempli gīa ſcribens de hiſpania ait. in mediterraneo eſt ſegeda. in ora baeculi. Igit auguſtus incidit in egrotationē dum circuit oram littoralē q; cāpaniæ regionem ¶ Capreag. de iſula caꝑarū añ dictū eſt. & mox dicet. ¶ Seceſſu. quo ſeceſſerat uelut in locū amenū uoluptabilē q; ſeceſſum. ꝑterea ſeceſſus dicit ſinus ſecretior remotior q;. ut illud: ē in ſeceſſu longo locus.

Lyenteria

Aluini

Foriolus

In mediteraneo

In ora

¶PHI. ¶Claudi⁹ caudex. scribit gellius li.xvi.bellũ aduersos penos primũ ceptum eẽ appio claudio:cui cognomẽtũ cãudex fuit appii illi⁹ ceci fratre.& marco fuluio cõsulibus.Seneca in libro de breuitate uitæ auctorẽ hunc primũ psuasisse romanis nauem cõscẽdere:unde caudex ob hoc ipsũ appellatus est:quia plurium tabulaꝝ cõtextus caudex apud antiquos uocat'.unde tabulæ codices dicũtur:& naues quæ cõmeatũ subuehunt caudicariæ nominãtur:quas & codicarias appellamus:quemadmodum appius hic caudex traiecto freto mesanam puenerit:hieronem siracusanoꝝ regem superauerit:chartaginenses perdiderit luculenter narrat polybius li.i.historiaꝝ. ¶Freto.angustias maris fretum appellant a similitudine feruentis aquæ dictũ ut interpretatur uarro.fretũ autem de quo loqꝫtur tranquillus siciliam disterminat ab italia unda tam angusta:ut latratus canum & cantus uolucꝝ transmittere dicatur a silio. ¶Tiberius nero.refert liuius libro.xxvii.claudiũ neronem celeritate incredibili usũ relictis castris:quæ prope castra hannibalis habebat:ad senegalliam cum expeditis militibus properasse: ibiqꝫ iunctis cum collega liuio salinatore copiis ad metauꝝ flumen cum asdrubale hanibalis fratre confligisse:in qua pugna quinquaginta sex milia penoꝝ cesa sunt.asdrubal ne supereſſet tanto exercitui concito equo se in cohortem romanam immisit.ibi ut patre amilcare & fratre hauibale dignum erat pugnãs cecidit.M.Liuius salinator quoniam in eius ꝓuincia tanta res gesta esset:quadrigis urbem triumphali habitu introiuit militibus sequentibus.claudius uero nero equo sine militibus inuectus est.ita consociatus est triumphus:ut gloria omnis penes claudium neronẽ esset:cuius incredibilẽ ad hoc negocium pagendũ celeritatem sic laudat filius in.xv.punicoꝝ.& penna & fulmine & undis hibernis & achamenio uelocior arcu euolat. ¶Contra.exempla hæc quæ sequuntur sunt eoꝝ:qui in re publica romana detrimentosi: dedecorosiqꝫ fuerunt. ¶Regilanus.Cognomentum hoc deductum uidetur a regillo sabinoꝝ oppido:unde orta est gens claudia. ¶Decemuir.pomponius iurisconsultus de hoc sic ait.appius claudius unus ex decem uiris:cuius maximũ consilium in duodecim tabulis scribendis fuit. ¶Refert liuius li.iii.Regimen toti⁹ magistratus decemuiroꝝ penes appium fuisse fauore plebis:qui dum uirginiã lucii uirginii centurionis filiã amore amens nec pretio,nec ulla alia re corrũpere posset.M.claudio.clienti negocium dedit:ut uirginem in seruitutem assereret.hinc contentiones exortæ hinc uirginius ꝑ e castris romam reuocatus.cũ aliter libidini impotentiæqꝫ decemuiri resisti non posset arrepto cultro de taberna lanionis filiam transfigit.hinc facta populi secessione decemuiri abdicant se magistratu.Appius ipse in carcerem coniectus qđ domicilium plebis romanæ appellare solebat mortem sibi consciuit. ¶In seruitutem asserere.multa sunt uerba media & ancipitia:quæ utroqꝫ uersum dici possunt:interquæ est asserere.qđ cõmune est libertati & seruituti.dicim⁹.n.asserere uindicare tã in seruitutẽ q̃ in libertatem:uñ & assertores dicti ancipiti uocabulo:tã hi q̃ uindicãt in seruitutẽ.q̃ qui libertatẽ de assertoribus libertatis plurifariã est exẽpla repire.de assertore seruitutis quia frequens est:exẽplum liuianũ adhibebo.Nãqꝫ scribens hac historiã ait in tertio:Caludio clienti negocium dat:ut uirginem in seruitutem assereret & inibi.an a ui tuta erat:cũ assertor nihil opus esse multitudine cõcitata ait se iure crassari non ui.& mox paulo cũ repelleretur assertor uirginis a globo mulieꝝ: ubi assertor significatur ille cliens decemuiri:qui uirginiã asserere uolebat in seruitutẽ. ¶Secedẽdi rursum.quia prima secessio facta est:qñ plebs romana cũ ob æs alienũ quotidie necteret.Cũqꝫ nexi creditoribus traderent:Sicinio auctore in sacꝝ montem a patribus secessit trãs anienẽ fluuium tria ab urbe milia passuũ.piso auctor est in auentinũ secessionẽ eã factã.siue aũt in sacꝝ siue in auentinũ secessio illa facta sit:hoc cõstat plebem nõ prius patribus esse reconciliatam:q̃ obtinuetit ut tribuni crearentur:qui essent plebei magistratus sacrosãcti. ¶Statua cũ diademate.Romanis nihil'tã detestabile tanqꝫ inuisũ erat q̃ regium nomen regũqꝫ isignia quale est diadema de quo satis multa in Iulio cæsare.unde drusus uel hoc solo facinore male meritus est ꝺ romana libertate cum sibi statuam cum diademate tanq̃ regi posuisset.

¶M.AN. ¶Claudius Caudex:huius ductu Roma.primum freto siculo superato Mamertinis opem tulere tempestiuoqꝫ eorum accessu carthaginensium præsidium ex mamertinorum arce est deiectum:Polibius est auctor:Anneus Seneca cognomen ait illi factum:quia codex sit tabulaꝝ congeries siue compactio isqꝫ primus in naues conscendere romanis ostendisset. ¶Claudius nero:qui ad metauꝝ flu.Asdrubalem uicit:Liuius & Plut.sunt auctores. ¶Appius regillanus:de nefario Claudii decẽuiri amore deqꝫ uirginiæ cæde & plebis secessione Liuius locuplentissimus est auctor. ¶Claudius drusus:Drusus in ea familia primus a Drauso hostium duce cominus trucidato est cognominatus.

Claudius Caudex primus freto classe trãsiecto pœnos sicilia expulit. Tiberius Nero adueniẽtẽ ex hispãia cũ igẽtibus copiis Asdrubalẽ priusquã Hannibali fratri coniungeret' oppressit. Cõtra Claudius Appius regillanus decemuir legibus scribendis uirginẽ ingenuam per uim libidinis gratia in seruitutem asserere conatus:causa fuit plebi secedendi rursum a patribus. Claudius Drusus statua sibi cum diademate

Caudex unde

Caudicariæ naues.

Fretum

Asserere Assertores

¶PHI.¶Ad appii foꝝ.Oppidum est in latio:cuius meminit oratius in primo sermonum.Inde forum appi differtum nautis cauponibus atq; malignis.Plinius in tertio in enumeratiõe latii populoꝝ meminit foro appii.Ideo autem drusus hunc potissimum locum delegisse uidetur ad res nouas moliendas:quoniam erat in clientella claudiæ gentis & ab appio qui illic foꝝ egerat nomen acceperat: sicut foꝝ cornelii forum liuii:& id genus alia nuncupantur.¶Pulcher.supra docuimus duas fuisse familias claudias:quaꝝ patricia appellata est pulchroꝝ:unde & hic pulcher nominatus:sicut & ille dictus est clodius pulcher.qui fuit ciceronis inimicissimus.hinc illud mordaciter & falsе a cicerone dictum ī epistolis ad atticum. Sed hæc præsidii apud pudorē pulchelli non habet satis. ubi noīe pulchelli diminutiuo clodius taxatur.¶Non pascentibus in auspicatum diraq; portendens existimabatur:si pullus gallinaceus in auspicio offa obiecta pascere recusasset: unde filius iter prodigia quæ clademflaminio denunciabant hoc quoq; ponit

Foꝝ appii.

ad appi forum posita Italiam per clientellas occupare tentauit.Claudius pulcher apud Siciliam nō pascentibus in auspicādo pullis:ac per cōtemptū religionis mari demersis quasi biberent quando esse nollent:prœlium nauale iniit:superatusq; quū dictatorem dicere a senatu iuberetur: uelut iterū illudens discrimini publico Ilicíam uiatorem suum dixit.¶Extant & fœminaꝝ exempla diuersa æque siquidem gentis eiusdem utraq; Claudia fuit:& quæ nauem cū sacris matris deū

q; ales præscia luctus damnauit uesci plantuque alimenta refugit.Econtrario cum pulli pascuntur felix est auspicium. id uero felicissimum credebatur: quando ex offa quam pullus inuasit aliquid exore eius cecidit:quod quia terram pauiebat hoc est feriebat:terripauium primo post terripudium dictum est: idq; tripudium solistimum appellatur quod auspicium cum a pullario nūciabatur egregium existimabatur. pullarius autem qui auspicium nunciat eiq; rei præest ex eo nominatur: q; pullos in cauea affert.de tripudio solistimo:quod erat felix & egregium auspicium:scribunt cicero in libris de diuinatione & liuius in.x. ab urbe condita.hinc est illud plinianum in.x.in capite de gallis gallinaceis.hoꝝ inqnit sunt tripudia solistima:qui magistratus nostros quotidie regunt domusq; ipsas aut claudunt aut referant.hi fasces romãos impellunt aut retinent iubent acies aut prohibent.¶Esse nollent.comesse & cibum capere.ab edo es ē deriuatur.Marcialis in celo romulus esse solet pro comesse siue ut uulgo dicitur comedere. socrates auctore gellio dicebat se esse & bibere ut uiueret.de hoc appio liui. claudius pulcher contra auspicia profectus iussit mergi pullos:qui pasci negabant:infeliciter aduersus carthaginenses classe pugnauit: & reuocatus a senatu iussusq; dictatorem dicere caium glauciam dixit sortis ultimæ hominem:qui coactus abdicare se magistratu postea ludos prætextatus spectauit.de eodem cicero in secundo de natura deorum hæc refert. Nihil nos.p.clodii bello punico.p.temeritas mouebit? qui etiam per iocum deos irridens cum cauea liberati pulli non pascerentur mergi eos in aquam iussit.ut biberent quoniam esse nollent: qui risus classe deuicta multas ipsi lachrymas magnam reipublice cladem attulit. hunc a populo ob eam cladem condemnatum esse testis est idem cicero. sed ualerius libro octauo dictorum factorumque memorabilium scribit hunc appium claudium post amissam hanc pulcherrimam classem fuisse quidem populo infesto obiectum: & cum nullo modo crederetur effugere posse meritam penam: tamen euasisse:cum subtarius hymber cohortus esset:cuius beneficio tutus fuit a damnatione. Ita enim maritima tempestas causæ dictionem contraxerat:celestis salutem attulit.¶Viatorem.ministrum.nam qui senatores ex agris accersebant uiatores dicti:auctores cicero & plinius.¶Matris deum ideæ.Cybele mater deoꝝ idea dicit ab ida:qui mons est & cretensis & phrygius:& in utroq; loco cerimoniæ cybeles celebrabantur. scribit strabo deoꝝ matrem a locis uocari ideam dindymenam pessimūtiam & cybelem:Cuius ministros curetas uocant & corybantas.historia autem claudiæ uirginis nota est monumentis historicoꝝ & poetaꝝ:De qua sic inquit hieronimus libro primo contra iouinianum.Claudia uirgo uestalis cum in suspitiōem ueniisset stupri:& simulachꝝ matris ideæ in uado tiberis hereret ad comprobandam pudicitiam suam fertur cingulo duxisse nauem:quam multa milia hominum trahere nequiuerant.melius autem inquit lucani poetæ patruus cum illa esset actum si hoc:quod euenit ornamentum potius exploratæ fuisset pudicitiæ:q̄ dubiæ patrocinium.Apud silium in ultimo punicoꝝ claudia cybelem comprecatur his uersibus.Celicolū genitrix numen quod numina nobis cuncta creas:cuius proles terramq; fretumq; sideraq; & manes regnoꝝ sorte gubernant:si nostrum nullo uiolatum est crimine corpus testis diua ueni:& facili me absolue carina:Tum secura capit funem.& mox fertur prona ratis uentos impellere credas.Tertullianus in apologetico autumat non ope pudicitiæ sed fallacia spirituali fuisse nauem a claudia cingulo promotam.

Tripudiū solistimū

Pullarius

esse ab edo

Viator

idea mater

Claudia uestalis

¶M.AN.¶Ad foꝝ appii:Horatius aricia digressum se foꝝ Appii uenisse ait:inde foꝝ appi differtū nautis cauponibus atq; malignis.Plinius:Fregellani forappii forentani gabini quibus datur intelligi id oppidum in latio fuisse.¶Cū diademate:qd regium fuisse insigne ostēdimus Claudius pulcher is ut Polybius prodidit ad drepanum in sicilia tres & nonaginta nanes amisit: & quia contra auspicia pugnasset Romam reuocatus multis est contumeliis affectus: Demum in iudicio ut idem auctor ait concidit. Liuius post cladem illam ludos prætextatum spectasse prodidit.¶Non pascentibus.pasci nolētibus nam esse tripudium ex uaniissimo illo auspicandi instituto lætitiam & fœlicitatem portendebat: quod illis ex cibo

abstinentibus fieri non poterat. ¶Illiciam uiatorem: sic habent plura exemplaria: ut ab eo uideri possit factum quod uiatores in licium dicebantur uocare populum: quum illum ad concionem uocabant: sed Liuius. C. Glancia ait ab eo dictatorem dictum. ¶Et quæ naué: de matris deū naui quæ tyberino uado hæserat a Claudia uestali aduerso tyberi tracta Valerii & Ouidii aliorūq; testimoniū extat locupletissimum.

¶PHI. ¶Et quæ nouo more. Claudia appii ceci filia, a ludis: quos spectauerat exiens turba undiq; confluentis populi uexata est: unde egressa cū se male habitam diceret utinā inquit reuiuiscat pu. claudius frater meus qui nauali pūlio classem nauium cū ingenti numero ciuiū perdiderat: aliamq; classem i siciliam ducat: atq; istā multitudinē pditum eat: quæ me male nunc miseram uexauit. ob hec mulieris uerba tam īproba ac tā inciuilia ediles plebeii mulctā dixerunt ei æris grauis. xxv. milia. Iō aūt dicit trāqllus eā subisse iudiciū maiestatis: qm̄ uerbis inciuilib⁹ & petulantibus minuerat maiestatem po. ro. maiestatem aūt minuere est ut docet cicero in secundo rhetorico; de dignitate aut amplitudine aut potestate populi romani aliquid derogare. nouo autē more dixit: quia feminæ non solent maiestatis subire iudicium: nec forenses actiones femineo sexui conueniunt. legimus tamen amesiā & affraniam & calphurniā inquietasse tribunal prætoris. ¶Egre: difficulter. ¶Carpento. currui. sunt aūt carpenta uehicula: quæ a carmente euandri matre dici opinatur ouidius in primo fastorū. scribit liuius in. v. matronis cōcessū eē ut plaustro ad sacra ludosq; carpentis festo prosestoq; die uterent galli ex carpētis soliti sunt depugnare. olim scipio nasica boiis deuictis i triūpho trāsuexit spolia gallicis carpentis. ¶Pulcher. ex familia pulchrorū q̄ erat patricia: significat aūt claudiū illū pulchrū q apud siciliā ut ante dictū est nauali pūlio fuit supatus. ¶Plebeio homini. caio fonteio. ¶Natu minori. Scribit modestinus iurisconsultus sicuti in titulo de adoptionibus relatū est: eū qui adoptat arrogatue maiorē esse debere eo: quē sibi p arrogationē uel p adoptiōem filium facit: & utiq; plenæ pubertatis. i. x. & octo annis pcedere debet. & ut libro prio institutionū eleganter scribitur. minor natu adoptare nō debet. adoptio. n. naturā imitat': & p mōstro est: ut maior sit filius q̄ pater. Vnde cicero in oratione p domo sua ad pontifices: accusat nō min⁹ uere q̄ luculente. pu. clodiū: quod ius adoptiōis polluerit: cū se i adoptionē dederit fonteio: qui annos. xx. uix natus erat. factusq; sit eius filius cōtra fas: cuius p etatē pater esse potuerit. ideo aūt. p. clodius plebeius fieri p adoptōem uoluit: ut tribunus plebis fieri posset: quē mgr̄atū nulli pricio per legem cape licebat. ¶Aduersus plebem adeo uiolētos. ¶Docet liuius pluribus in locis: quēadmodū familia claudia semp certaminib⁹ plebeiis tribuniciisq; contentionibus peculiariter fuerit occupata, p patricioꝝ dignitate tutanda. uñ in. ix. ab urbe cōdita sic ait. pmulti iam anni erant cū inter patricios magistratus tribunosq; certamina fuerāt: cū ex ea familia quæ fatalis cū tribunis ac plebe erat certamē oritur: idē in. ii. & in. v. tradit appios claudios fuisse auctores dissoluendæ potestatis tribunitiæ p collegaꝝ intercessionē. ¶Capitis reus. Docet liuius in. ii. quendam appiū claudiū reū ad iudicium populi uocatū esse: q plenus iraꝝ & suaꝝ & paternaꝝ tribūos plebis. & plebem suūq; iudiciū, p nihilo habebat. illū non minæ plebis nō senatus pces ppellere unq̄ potuere: ut uestem mutaret: aut supplex præhēsaret hoies: Senatores uero, p nullo æque annixi sunt q̄, p hoc appio qui, ppugnator senatus maiestatisq; uindex ad oēs tribunitios plebeiosq; tumultus fuerat oppositus. hic morbo mortuus ē anteq̄ pdicta iudicii dies ueniret. ¶In altercatione. ualet inqt quintilianus in altercatione acumen: nec clamosus esse debet altercator: nec uitio iracūdiæ obnoxius.

¶M. AN. ¶Nouo more: quia eius sexus nulla ad id tempus maiestatis fuisset auersita. ¶Itez classē amitteret: dirum uotum & execrabile: ac dignum quod populus omnibus suffragiis multaret. ¶Natu minori: quod raro alioquī fuerat permissum: ne cuiq̄ fraus fieret id Gellius docet: Cicero in ea oratione quam habuit ad pontifices factus es inquit filius contra fas cuius per ætatem pater esse potuisti: & rursus adoptauit natus. xx. annos quo iure: quo more: quo exemplo. P. Fonteio plebeio homini se in adoptionem Clodius dedit: ut plebeius factus: tribunus plebis fieret: nam patricii sanguinis uiris is magistratus non dabatur. Idem Cicero Fonteius es inquit: neq; patris hæres neq; amissis sacris paternis in hāc adoptiua uenisti. De intempestiua adoptione idem sexta inquit dicī hora quæstus sum in iudicio quum. C. Ant. collegam meum defenderem quædam de repu. quæ uisa sunt mihi ad illius miseri causam ptinere: hæc hoies improbi ad quosdam uiros fortes aliter q̄ a me dicta erant detulerunt: hora nona illo ipso die tu es adoptatus. Si quod in cæteris legibus trinundinum esse oportet: id i adoptione satis est trium horaꝝ reprehendo: Sed ego hæc de Clodio eo libēti⁹ hoc loco plixi rettuli qa i Cæsare dictatore de ei⁹ adoptōe ieiune nimis dixeramus. ¶Mutare uestem aut deprecari: Liuius præterq̄ quod neq; uestē mutauit neq; quicq̄ ex ea cōsue-

Inciuilia claudiæ uerba

Miuer maiestatem

Carpenta.

Adoptio naturā imitatur

idææ obhærentē tyberino uado extraxit. præcata propalam ut ita demū seq̄retur: si sibi pudicitia cōstaret. Et q̄ nouo more iudicium maiestatis apud populū mulier subiit: quod in cōferta multitudie ægre pcedēte: carpēto palā optauerit: ut frater suus pulcher reuiuisceret atq; iteꝝ classem amitteret, quo minor turba romæ foret. Præterea notissimū ē Claudios omnes excepto dūtaxat. P. Clodio: qui ob expellendum urbe Ciceronē plebeio homini atq; etiā natu minori in adoptionē se dedit: optiates assertoresq; unicos dignitatis ac potētiæ pritioꝝ semp fuisse atq; aduersus plebē adeo uiolētos & cōtumaces: ut ne capitis q̄dē q̄sq̄ reus apud populū mutare uestē: aut deprecari sustiuerit: nonnulli i altercatōe & iurgio

ta asperitate orationis remisit adeo contumaci uultu ad iudiciũ uenit: ut pars magna plæbis non minus illum reum timeret q̃ consulem timuisset. ¶ Nonnulli: de eodem puto Appio diu qui i lectorium Agrariæ legis auctorem pro concione inuectus ingentem certaminis excitauit procellam.

tribunos plebis pulsauerint: Etiam uirgo uestalis fratrem in iussu populi triumphantẽ: ascẽso simul curru usq; in capitolium prosecuta est: ne uetare aut intercedere fas cuiq̃ tribunorum esset. De qua stirpe Tiberius genus traxit.

EX hac stirpe Tiberius Cæsar genus trahit: & quidẽ utrunq; paternum a Tiberio Nerone: maternũ ab Appio pulchro: qui ambo appii cæci filii fuerũt insertus est & Liuiorũ familiæ adoptato in eam materno auo quæ familia quãquam plebeia tamen & ipsa admodum floruit octo consulatibus: censuris duabus: triumphis tribus: dictatura etiam ac magisterio equitum honorata: clara & insignibus uiris ac maxime salinatore Drusisq;. Saliator uniuersas tribus in censura notauit leuitatis nomine. Quod quum se post priorem consulatum multa irrogata condemnassent consulem: iterum censoremque fecissent: Drusus

¶ PHI. ¶ Tribunos pulsauerint. ueteres lege lata iuiolatos tribunos fecerũt & ut sacrosancti haberẽtur: sanciẽdo ut q tribuno plebis nocuisset: eius caput ioui sacr̃ esset: fãilia ad ædẽ cereris uenũ iret. Liuius auctor in tertio ab origine urbis. Quãuis tri. essent sacrosãcti & inuiolabiles: tñ appii claudii legibus calcatis spretisq; cerimoniis sepe eos pulsauerũt in altercatiõibus penã floccipẽdẽtes: qua uiolator tribunor̃ fit sacer. Is enim homo sacer dr: quẽ populus iudicauit ob maleficiũ: & qui eum occidit parricidii nõ damnatur. Nã lege tribunitia prima, cauet si quis eũ q sacer sit occiderit parricida ne sit. sacrosanctũ aũt dicitur qđ iureiurãdo interposito ẽ institutũ: si quis id uiolasset ut

sacrosancti tribuni

hõ sacer

morte penas penderet. igit cũ tribuni sint sacrosancti debet morte penas pẽdere si qs eos uiolauerit pulsaueritue. Inter pulsationẽ uero & uerberationẽ hoc interest: ut offilius scribit uerberare est cũ dolore cedere pulsare sine dolore. Sed an hæc sit differẽtia rata uiderit iuriscõsulti. Sepe pulsare refert ad ifamiam: ut apd firmicum maternũ infamia pulsabit. Et apud maronẽ pulsat pro infamat positũ est. Quod aũt altercationes & iurgia iter tribunos fuerint & appios testis est liuius q ait a letorio tribuno missũ esse uiatorẽ ad cõsulem appiũ: & ab appio lictorem ad tribunũ: qua rixa uiolatus esset tribunus: nisi contio ois coorta esset, p tribuno. Idẽ tradit genutiũ tribunũ plebis domi inuẽtum fuisse mortuum: cuius necis auctores fuere iuniores patricior̃: & in primis opinor appii: qui plebem plebeio sq; tribunos genuino odio odisse, pdunt. ¶ Fratrem ualerius li. v. capite de pietate erga parẽtes: nõ fratem sed patrẽ claudiæ uestalis uirginis fuisse scribit quem cum tribunus plebis triũphantem e curru triũphali detrahere uellet mira celeritate utrisq; interponendo se claudia amplissimam tribuni potestatem depulit. igit alter̃ triũphum pater in capitoliũ. alter̃ filia in ædem ueste ducit. ¶ Intercedere. intercessio, ppria tri. est: q ut scribunt historici magis ad ipediẽdum q̃ ad agẽdnm creati sũt. ¶ Insertus. q adoptãtur nõ nasci in ea familia dicũtur sed iseri: sicut p insitionem arbores in aliena sede inserũtur. papinius trãsertos ramos appellat p insitiõem trãslatos in aliena arborem & robur. ¶ Liuior̃ familiæ. hãc familiã fuisse splẽdidam & honoratã exẽpla testãtur: & signat Valerius maximus scribens seriem imaginũ illustrium fuisse in ea gente. & inibi docet tiberium principem deductũ fuisse atq; oriundum e familia liuia & claudia cum ait in capite de censoria nota. a claudio nerõe & liuio salinatore censoribus fluxisse salutarẽ principem suum significans tiberium. ¶ Censuris duabus. quia in ea fuerunt duo censores uel q̃ unus bis censuram gessit. ¶ Magisterio equitum. quia magistri equitum in ea familia fuerunt: qui secundam post dictatorem potestatem gerebant. ¶ Salinator uniuersas tribus. refert liuius li. xxix. cognomen iditum fuisse salinatori liuio pp uectigal: qd nouũ ex salaria annona cõmentus est in censura. hic po. romano oẽm. iiii. &. xxx. tribus ærarios reliquit: quod se & innocentem condemnassent & condemnatum consulem censoremq; fecissent: neq; inficiari possent aut iudicio semel ac comitiis bis pectatum esset. unicam tantum tribunum noie metiam excepit. quæ se nec condemnasset: neq; condemnatũ aut censorem aut consulem fecisset. lege ualerium in capite de censoria: nota & liuium i. xxix. de districta liuii salinatoris censura copiose eloquenterq; scribẽtes. Multa irrogata mos sermonum is est: ut ita loquamur multam dixit: & multa dicta est: multam irrogauit: & multa irrogata est: quod significat multare & multam imponer̃ damnato quasi p rogationem ad populum. M. cato aliter dixit in originibus: cũ ait imperator noster siquis extraordinem depugnatum iuit: ei multam facit. a multa æs multatitium dictum quod ex multa irrogata exigi solet.

saliator uñ

Multa dicta, irrogata

Multatium

¶ M. AN. ¶ Virgo uestalis: Claudia. ¶ Insertus: immixtus interiectus. Valerius de discordi Liuii salinatoris & Claudii Neronis censura scribens: si quis inquit cælestium significasset futur̃ ut eor̃ sanguis illustrium imaginum serie deductus in ortum salutaris principis nostri confluer̃et. ¶ Octo cõsulatibus: octo ex ea familia consulibus. ¶ Duabus cẽsuris: duobus censoribus: sic reliqui honores ad illos qui functi sũt referantur. ¶ Salinatore: Liuio salinatoris cognomento prædito: is ex salaria annona uectigal statuit in cẽsura quam cum Claudio gessit unde illi cognomen inditũ: Liuius & in præcio salis oneratas tribus quar̃ opa damnatus erat: credebãt inde salinatori Liuio iditũ cognomen i hunc quoq; extat iocus ille Fabii Ma-

ximi in catone maiore.a.M.Tullio quum gloriaretur Fabium maximū sua opera.¶Tarentum receſſiſſe: certe inqt ille ſic habet.nā niſi tu prius amiſiſſes nullo mō recepiſſē.¶Vniuerſas tribus :Liuius quoq; omnes ait præter unam metiam:ſunt qui & addant etiam neq; eum cōdemnaſſet:neq; damnatum poſtea creaſſet conſulem:quo nomine tribus reliquæ ab eo notate ſunt.

¶PHl.¶Duce hoſtiū.germanoꝝ uel ut alii galloꝝ.eſt.n.druſus barbaricū nomen:nec eiꝰ hiſtoria ſatis nota.¶Proprætore.ſicut dicimus ꝓconſule itidē dicimus ꝓpretore:quaſi loco p̄toris:ut inquit marcianus capella:q ꝓconſule finiunt.e.littera i noīatiuo naturā p̄poſitionis intuent.ꝓ:quippe ablatiuo tm̄ p̄fertur.ſed dici tm̄ pōt proconſul & ꝓpretor nō duabus uocibus ſed compoſito noīe ut procurator.¶Cognomen inuenit.ut liuii druſi cognominarentur.

hoſtium duce Druſo cominus trucidato ſibi; poſteriſq; ſuis cognomen inuenit. Traditur etiā pro prætore ex prouincia gallia rettuliſſe aurū Senonibus olim in obſidione capitolii datum:nec(ut fama eſt) extortū a Camillo. Eius abnepos ob eximiam aduerſus gracchos operā patronus ſenatus dictus filium reliquit:quem in ſimili diſſenſione multa uarie mollīē tem diuerſa factio per fraudem interemit.

## De patre Tiberii.

PAter uero Tiberii quæſtor Caiſ Cæſaris Alexandrino bello claſſi oppoſitus plurimum ad uictoriam contulit. Quare & pontifex in locum Publii

Senones ¶Aug; ſenonibus datum.ſenones populi ſūt galliæ notiſſimi ut pote qui olim urbē romam incēderūt & arcem capitoliūq; obſiderunt.poſtea inter pu.ſulpitiū tri. militū & brēnum regulū galloꝝ colloquio trāſacta pactio eſt:& mille pōdo auri p̄tium po.ro.factum. addidit liuiꝰ pōdera ab gallis iniqua allata fuiſſe:ſulpitio tribuno romano recuſante aditū ab inſolēte gallo ponderi gladium:de quo loqtur ſilius.infandi ſenones penſatiq; iprobus auri arbiter enſis adeſt. ceteq; prius q̄ omne

Enſis additus pōderi aug; p altercationē eſſet appēſum interuenit dictator camillus:q auferri aug; de medio iuſſit: galloſq; tantacede ꝓfligauit ut ne nūtius qdem cladis relictus ſit.id bellū ab eruditis ſenonicū noīat.plinius li.xxxiii.tradit a pleriſq; exiſtimari nō mile ſed duo milia pūdo auri collata fuiſſe i ea galloꝝ pactiōe:qm̄ a camillo totidē cōdita fuerūt:ſub ſolio iouis capitolini.ſed ut ipſe ait id augꝝ qđ acceſſit fuit ex p̄da galloꝝ.omittēdū non

Senōes uñ eſt id qđ tradit uerrius:q ait ſenonas gallos exiſtimari ex eo appellari:qa noui uenerunt ex trāſalpina gallia quaſi cenonas littera imutata.Καίνὸσ.n.græce nouus dī & Καινότησ nouitas.obiter annotandū q̄ in penſione auri cum a gallo inſolēter additus fuiſſet ſicut iā diximus iniquo pōderi gladius:adiecta quoque

ueh uictis uox eſt intoleranda romanis.dixit.n.gallus p inſolētiam ueh.uictis:quod poſtea uenit i ꝓuerbium: quod & plautus uſurpat adiiciendū.qđ minus protritū eſt.furiū.ſ.camillum cum poſtea inſidiis circūuentos gallos concideret.& illi quærerētur contra fedus id fieri.remuneraſſe ipſū gallum eadem uoce:ut & ipſe diceret:ueh uictis.¶Eius abnepos.quarto gradu affinitatis ſunt abnepos & abneptis infra:ſicut abauus & abauia ſunt ſupra.¶Patronus ſenatus.de hoc druſo loqui uī Cicero in primo de oratore ſcribens druſi tribunatum ꝓ ſenatus auctoritate fuiſſe ſuſceptū:quod & de filio dici haud abſurde poſſet: q ut ſcribūt hiſtorici non mō tribunatus uiribus ſed ipſius etiam ſenatus auctoritate tantū conflauit incēdium ut nec prima illius flamma poſſet ſuſtineri ſubitaq; morte correptus hereditarium in poſteros ſuos bellū ꝓpagaret.ſed ſeditionum oīum cā primordiumq; fuerunt tiberius & caius gracchi.q legibus agrariis auram popularē aucupabantur qbus interfectis non defuerunt:qui gracchanas leges aſſerere conarentur. inter quos extitit druſus filius longe a patre diſſimilis.nam cum ille aduerſus gracchos opam eximiam ſenatui p̄ſtitiſſet: hic

Vox druſi gracchanis legibus plebem ad ſe trahere tentauit:nullo largitionis genere omiſſo.extat uox ipſius ꝓfitentis nihil ſe ad lagitionē ulli reliquiſſe p̄ter celum & cænū.hic rebus in urbe romana temere concitatis domum ſe recipiens immiſſo inter turbam pcuſſore corruit & ita extinctus eſt ſcribit appianus li.i.belloꝝ ciuilium cum in deambulatorio obſcuro ius diceret ſub horam ueſptinam percuſſum concidiſſe: reptūq; ſutoris cultrum in femore infixum.auctor cedis ignoratur.de hoc ſeneca in libro de breuitate uitæ ſic ſcribit.Liuius druſus uir acer & uehemens cum leges nouas & mala gracchana mouiſſet ſtipatus ingenti totius italiæ cetu.exitum rerum non prouidens execratus inquietam a primordio uitam dicitur dixiſſe: uni

Nec puero qđē feriæ ſibi nec puero quidem unquam ferias contigiſſe.¶Diuerſa factio.autumant eruditi percuſſorem druſi a philippo & cepione inimicis fuiſſe ſubornatum:qui erant principes diuerſæ factionis.¶Bello alexandrino.quod geſtum eſt a Cæſare dictatore aduerſus alexandrinos.de quo in.i.commentario dictum eſt.

¶M.AN.¶Senonibus:miror fuiſſe qui traderēt augꝝ a Druſo relatum ſi uera ſunt quæ Liuius ſcribit: is dum aurum gallis penderetur Camillum interueniſſe ait continuoq; inter ipſas urbis ruinas pugnam cōtractam poſtridieq; uia gabina ad octauum lapidem iteꝝ pugnatum galloſq; occidione occiſos ita ut ne nūcius quidem tantæ cladis non modo auri aſportator ſit relictus. Inter apenninum & alpes extremi galloꝝ omnium ad adriam littoralem oram ſenones incoluere de feritate gentis & reliquo uiuendi ritu Polibius accurate multa.¶Liuius Druſus:Appianus Liuium Druſum ad alterum tribunatum ut gracchi legibus obſiſteret hortatus eſt:Cicero ad.Qu.fratrem::Druſiq; tribunatus pro ſenatus auctoritate ſuſceptus.

¶Diuerſa factio interemit: Druſus Liuiꝰ filius ut appianus ſcribit tribunus plebis.In deambulatorio percuſſus cum clamore concidit culterq; ſutorius in eius fœmore affixit eſt repertus. Quod autem uarie mo-

lientem dixit ad illud referri oportet: quod quum senatui & equestri ordini placere studuisset neutrius ordinis odium declinauit. ¶ Alexandrino bello. quo Cæsar aduersus Ptolemæum circa alexandriam gessit. ¶ Pontifex: pontifex maximus intelligi non potest: quum. C. Cæsar pontificatum maximum nisi cũ morte non deposuerit: sed erant alii pontifices octo numero q̃q̃ ab initio quattuor a Numa rege instituti fuissent. De eoꝝ potestate Plutarchus in Numa & Alicarnasseus Dionysius plura.

Scipionis substitutus: & ad deducendas in galliã colonias iqbus Narbo & Arelatæ erãt missus ẽ: tamen Cæsare occiso cũctis turbarũ metu abolitionẽ facti decernentibus: etiam de præmiis tyrannicidarum referẽdum cẽsuit. Prætura deĩ de functus quum exitu anni discordia iter triumuiros exorta eẽt: retẽtis ultra iustũ tempus insignibus. L. Antonium cõsulem triumuiri fratrem ad Perusiam secutus: deditione a cæteris facta solus permansit in partibus. Ac primo preneste: inde neapolim euasit: seruisque ad pileum frustra uocatis in siciliam profugit: sed indigne ferens: nec statim se in conspectum sexti Pompeii admissum: & fascium usu prohibitum ad. M. Antonium traiecit in achaiam: cum quo breui reconciliata inter omnes pace Romam rediit: uxoremq; Liuiam Drusillam: & tunc grauidam & ante iam apud se Ti/

¶ PHI. ¶ Pu. scipionis. is fuerat socer pompeii: belliq; ciuilis reliquias refouerat in aphrica mox uictus in acie circunuẽtus ab hostibus honeste morti uocem quoq; adiecit honestã. querentibus. n. hostibus ubi esset imperator respõdit impator bñ se habet. de pontifice maximo põtificumq; minoꝝ collegio dictũ est affatim in Iulio Cæsare uidetur in hoc loco põtifex unus ex minoribus signari potius q̃ maximus. ¶ Narbo. narbo marciꝰ duoecim millibus passuũ a mari distat: a cuius noie narbonensis prouincia appellatur: bracchata gallia ante dicta. plinius narbonem decumanoꝝ colõiã uocat propterea quod milites decime legiones in eam coloni de

ipator bñ se habet

Narbo

ducti sunt. strabo in. iiii. ait narbonem fuisse amplissimum eius regionis emporium. sidonius in endacasyllabis luculento præconio extollit narbonem narbonisq; pulchritudinem opulentiam salubritatẽ. ¶ Arelate. in mediteraneo narbonensis galliæ ciuitas est arelate: a plinio dicta eolonia sextanoꝝ: qñ ex sexta legione coloni deducti sunt. Hanc coloniam deducenducendam auctor fuit Cæsar quibus patrem tiberii prefecit uelut unum ex triũuiris: qui more ro. colonos deducebãt: eisq; agros uiritim diuidebant. ¶ Turbam. turbationum. ¶ Abolitionem facti. post interfectum in senatu Iulium Cæsarem multi de amnestia quæ lex est obliuionis discordiaq; reuocanda censuerunt. & hoc est illud uetus uerbum: quod Cicero in prima philippica usurpasse se testatur: quod in sedandis discordiis usurpauerat olim ciuitas athenien̄sium: de quo in libro annotationum plura. ¶ De præmiis tyrannicidaꝝ. tyrannicidæ dicti sunt Iulii Cæsaris interfectores: quos Cicero uocabulo græco tyrannoctonos appellat. refert appianus cinnam qui prætor erat imprimis interfectores Cæsaris collaudasse: eosq; censuisse ut conseruatores e capitolio euocandos: & honoribꝰ meritis afficiendos. fuerunt & alii ut idem est auctor: qui hoc idem assererent. t. scribit Cicero in oratiõe pro milone morem esse grecoꝝ ut honores deoꝝ tribuant his uiris: q tyrannos necauerunt extant declamationes hoc argumento. tyrannicidæ præmium detur. ¶ Inter triũuiros. mar. Antonium lepidum & augustũ. ¶ Vltra iustum tempus. iam finita prætura: qui annuus est magistratus. ¶ Insignibus. ptoriis ornamentis ¶ In partibus. s. L. Antonii & in factione augusto contraria. ¶ Prænestẽ. oppidum est latii quondã stephane dicta siue polystephanon a copia coronaꝝ: ubi fortũæ templũ illustre uisebatur. de quo filius templisq; dicatum fortunæ prænestẽ iugis. ¶ Neapolim. opus chalcidensiũ est parthenope a tumulo sirenis appellata. ¶ Seruis ad pileũ. legimus sepe apud historicos ad pileũ seruos fuisse uocatos: quod significat ad libertatem: cuius insigne est pileius. liuius in. xxiiii. postero die serui ad pileũ nocati: & carcere uincti emissi: cõfusaq; ois multitudo hippocratẽ atq; epicidem creãt p̃tores. hinc illud ,puerbiale ap̃ senecã in. vi. epistolarũ. dicet aliquis me uocare ad pileũ seruos. post interfectum iuliũ cæsarẽ qdam pileũ in hasta prætulerũt tanq̃ libertatis signũ: uniuersosq; ad ciuilitatem patriã uocauerunt: olĩ lucius cinna uocatis ad pileũ seruis aduersarios deuicit: mos fuerat apud ueteres ut serui q p̃manumissionẽ liberi fiebãt raderent caput & calui pileũ capent: hinc est illud plautinũ: dii faxint ut hodie raso capite caluus capiã pileum. pater Tiberii frustra seruos ad pileũ uocauit: qñ hoiem seq̃ noluerunt. maluerunt q; in seruitute uitam tutam degere: q̃ spe libertatis piclitari. ¶ Fascium usu. p̃tores sicut & ,pconsules non pluſq̃ sex fascibus utebantur: cum consules. xii. uterentur. ¶ Sexti pompeii. filii magni pompeii: qui a lucano dictus est siculus pirata: de quo supra satis ac super. ¶ In achaiam. plinius. achaiæ nomen prouinciæ ab isthmo incipit: ante egialos uocabatur propter urbes in littore per ordinem dispositas. græci enim αἰγιαλὸν uocant littus: est autem innexa achaia peloponeso.

Prænestẽ

Vocare seruos ad pileum

Achaia egialos

¶ M. AN. ¶ P. Scipionis qui est a. C. Cæsare in africa uictus Appianus & plutarchus sunt auctores. ¶ In q bus: in numero quaꝝ. ¶ Narbo: unde galliaꝝ una cognominata emporium ut Strabo ait illustre ad ostium rhodani. ¶ Arelatæ: & hoc quoq; eiusdẽ terræ emporium & ipsum rhodano ut idem auctor tradidit adiacens. ¶ De præmiis tyrannicidaꝝ: Appianus consultationis illius auctor est: qua non defuerunt qui cæsaris percussoribus præmia publice constituenda ut tyrannicidis censerent: Athenienses ut plinius opinari

uidetur primi omnium Harmodio & aristogitoni quia tyrannum occidissent statuas posuere: sed illi non hippiam tyrannum ut Thucydides demonstrat uerum Hipparchum tyranni fratrem occiderunt: quem uulgo errorem scriptorum ignauia inoluisse idem auctor testatur: ut illi pro tyrannicidis a recencioribus falso celebrentur hinc clarissimi auctoris uox illa οὐ τῶσ ἀτἀλαίπωρόσ τοῖσ πολλοῖσ ἡλίωνοσι σοφιστὰλαι ἀλλὰ χρᾶσ. ¶L. Antonium: Antonii triumuiri fratrem Augusti inimicum Plinius in summa quin deus ille quum de Augusto interim loqueretur cælumq; nescio adeptus magis an meritus: hærede hostis sui filio excessit: sui enim contenderim esse legem non suæ ut Pliniani codices quos uidimus habēt. non enim Liuia Tiberii mater fuit Augusti hostis: immo illius amantissima. sed pater qui in partibus aduersus etiam pertinacissime mansit. ¶In partibus: in studio diuersarum partium: ¶Ad pileum: ad libertatem. ¶Sexti Pompeii: qui tum siciliam obtinebat. ¶Fascium usu prohibitum: ne fasces & prætoria insignia præ se ferret. ¶In achaiam: ī partem græciæ ab isthmo se peloponneso insinuantē. ¶Inter eos: Augustum scilicet & Antonios.

¶PHI. ¶Augusto cōcessit. sextus Aurelius: liuiam augustus quasi marito concedente sibi cōiunxit. ¶Vtroq; liberorum. Tiberio q natus erat in domo paterna: & druso: qui domi augusti natus ē tribus mēsibus postq̄ liuia mater nupserat augusto. ¶Fundis. in ciuitate fundana: quæ erat in latio. oratius. fundos aufidio lusco ptore libenter linquimus. ¶Fundana. ex oppido fūdoꝝ: de fūdanis historia ē apud liuiū ī octauo: q olim metuentes bellū a romanis: orarūt plautinū consulem: ut ab innoxio populo abstiner t: dicentes agros urbē corpora ipsoꝝ coniugumq; ac liberorū suorum in potestate po. ro. esse futuraq;. ita q; collaudati sunt q; ī officio essent. ¶Felicitatis. romani ueteres inter numina felicitatē quoq; deā colebāt: augustinus ī. iiii. de ciuitate dei. qd felicitas dea ē edē accepit: arā meruit: sacra ei cōgrua psoluta sūt. ¶Post bellū philipēse. qd augustus & antōius gesserūt aduersus Brutū & Cassiū. ¶Acta publica. supradictū ē quēad modū acta singuloꝝ annoꝝ conficiebātur. plinius in secundo. eodem causam dicente lateribus coctis pluisse in eius anni acta relatum est. ¶Hirci & pansæ. annus quo hircius & pansa cōsules fuerunt: antecessit annum: quo lepidus & munacius plancus consulatum gesserunt. ¶Insequente. qui secutus est consulatum lepidi & planci. ¶Infantiam. hippocrates maximus medicorum septem gradus facit etatum primæ etatis finem putat esse septimum annum. secūdæ quartū deci mū: tertiæ duo trigesimū: quartæ trigesimū quintum. quintæ duo de quinquagesimū. sexte quinquagesimum sextum septimū nouissimūannū uitæ humane. seruius etates sic diuidit infantiā pueritiā: adolescentiā: iuuētā senectā. sed uarro ut docet cēsorinus: gradus qnq; etatis æquabiliter. putat esse diuisos: unum quēq;. s. pter extremū in annos quindecim. itaq; primo gradu usq; ad annū quintum decimū pueros dictos: qd sint pueri ideſt ipuberes secūdo ad trigesimum annū adolescētes ab adolescēdo noīatos. ī tertio gradu: qui erat usq; ad qnq; & quadraginta annos iunenes appellatos: eo qd rē pu. in re militari iuuare possent. in quarto aūt gradu usq; ad sexagesimū annum seniores nūcupatos: qd tūc corpus senescere incipiat. inde usq; in finē uitæ uniuscuiusq; quintū gradū factum. in quo qui essent senes appellatos: quod ea etate corpus iā senio laboret. Auicena & albertus magnus oīs etates numero quatuor esse prodiderunt etatem adolescentiæ usq; ad. xxx. annos: quā subseqt etas cōsistētiæ alio noīe dicta etas pulchritudinis usq; ad. xl. annos. tertia etas ē minutionis: ī senectus dī ptinetq; fere usq; ad. lx. annū. nouissima etas dī seniū quæ est finis uitæ. ¶Sub irruptione. milites augusti significat. q tunc hostis erat patris tiberii ut pot e secuti partes lucii antonii bello pusino. ¶Vagitu. deū noīe uagitanū colebāt prisci qui ifantū uagitibus pēsset ut docet augustinus ī. iiii. de ciuitate dei. au. gelius non uagitanū deū uocat sed uaticanum: penes quem essent humanæ uocis initia.

¶M. A N. ¶Cōcessit: ut facto cū ea diuortio ī uxorē duceret. ¶Tiberio: is ante diuortiū apud patrē natus fuerat. ¶Druso: quē post Liuiā Augusto cōcessā nasci cōtigit. ¶Fūdis: oppido reiectoris lati finibus icluso: uel i ipso potius cōfinio. ¶In palatio: ī regione palatii. ¶Post bellū philippēse: ab Antonio & Augusto ad

Fundanis

Felicitas dea.

Gradus etatum

pueri unde

Etates secū dū auicenā & alber. mag.

Vagitanus

berium enixam petenti Augusto concessit; nec multo post diem obiit utroq; liberorum superstite Tiberio; Druſoque Neronibus.

## De loco & tempore natiuitatis Tiberii.

TIberium quidā fundis natum existimauerūt secuti leuē cōiecturā; qnod materna eius auia fūdana fuerit; & qd mox simulachꝝ fœlicitatis. S. C. publicatū ibi sit; sed ut plures certioresq; tradūt; natus ē Romæ ī palatio. xvi. calē. decēbribus. M. Aemilio Lepido iterū; & Munatio Plāco cōsulibus post bellū philippēse; sic enim in fastis actaq; in publica relatum est; nec tñ desunt qui tū antecedēte anno Hircii ac Pansæ partim insequente Seruili Hisauricī Antonīq; cōsulatu genitū eū scribāt.

## De infantia & pueritia Tiberii.

TNfantiā pueritiāq; habuit luxuriosā & exercitatā comes usq; quaq; parentū fugæ; quos quidē apud Neapolim sub irruptiōe hostis nauigiū clā petētes uagitu suo pene bis pdidit; semel quū a nutricis ubere; item quū a sinu mris raptī auferet ab his; q p necessitate tpis muli

uersus Brutum & Cassiũ in philippis gestum. ¶Hircii & pansæ qui mutinensi, perierunt bello. ¶Antecedente anno: q philippense bellum præcessit. ¶Partim: quidã alii. ¶Insequẽte: qui ipsum bellũ ẽ proxime secutus. cõstat igit eo triennio natum: sed quo anno parũ inter auctores conuenit. ¶Luxuriosam: magnis incremẽtis prædità. ¶Exercitatam: quia infans & puer paternæ fugæ comes. ¶Irruptionem hostis: hostibus subito irrumpentibus.

erculas leuare onere tentabant: per siciliam quoq; & achaiã circunductus a lacedomoniis: publice qui in tutela claudiorum erant: demandatus: digrediens inde itinere nocturno: discrimen uitæ adiit: flamma repente e siluis undiq; exorta: Adeoq; omnem comitatum circumplexa: ut Liuiæ pars uestis & capilli amburerentur. Munera quibus a Pompeia Sexti Pompeii sorore in Sicilia donatus est: chlamis & fibula: item bullæ aureæ durant: ostẽdunturq; adhuc baiis. Post reditum in urbem a. M. Gallio senatore testamento adoptatus hereditate adita: mox nomine abstinuit: quod Gallius aduersarum Augusto partium fuerat. Nouem natus annos defunctum patrem pro rostris laudauit. Dehinc pubescens actiaco triumpho currum Augusti comitatus est siniisteriore

¶PHI. ¶Leuare onere: quod dicitur exonerare: ne baiulates ipsos infantes sua cunctatione fugã morarent. ¶In tutela claudiorum. supra docuimus quẽ admodum non solum singulæ ciuitates sed etiã prouinciæ habebant romæ suos quælibet patronos. ita lacedemonii erant i clientela claudiorum sicuti syracusani marcellorum & bononienses antoniorum. ¶Chlamis chlamidem militarem proprie uestem fuisse significat plautus: q ad ornatum militis ait opus eẽ chlamide machera & petaso. qn etiam iulius pollux scribens ad commodum. Cæsarem de proprietate uocabulorũ. inter apparatus militares numerat chla-

myda: cuius diminutiuũ ẽ chlamidyon. a clamyde clamydatus deriuat plautus i pseudulo qs hic hõ clami datus ẽ aut unde ẽ: uirgilius. sidoniam picto clamidẽ circundata limbo. iurisconsultus iter uestimenta puerilia numerat chlamydes tanq; nõ minus ad pueros pertineat q ad uiros. & ita in hoc loco accipit pro uestepuerili. ¶Fibula. fibula ornamentum est cinguli ad uestẽ subligandam. Virgilius. Aurea purpuream sub nectit fibula uestem. i alio significato accipit fibula comedorũ & citharedorũ: de qua Iuuenalis. soluitur his magno comedi fibula. & apud celsum caput est de infibulandis iuuenibus. a fibula fit uerbum diffibulo qd significat fibulã resoluo. papinius. emicat & torto chlamydem diffibulat auro: hic accipi uidetur pro cinctura puerili. refibulare apud Martialem est fibulã illã ad obscena pertinentẽ dissoluere. cũ ait. cuius refibulauit turgidum faber penem. ¶Bullæ aureæ. supra diximus quẽadmodum pueris ingenuis atributum fuit gestamen bullæ aureæ: quæ ad effigiem cordis erat formata. preterea bullæ sunt illa ornamenta quibus cingula decorantur. calphurnius in bucolicis. Alternat uitreas lateralis cingula bullas. Cicero quoq; tradit uerrem bullas aureas ex ualuis templi magnificentissimis abstuliſſe: qui bullas accipit pro capitibus clauorum eminentioribus. quibus hodie quoq; fores exornantur: sicut & plautus in asinaria cum ait. iussisti in spendorem dari bullas has foribus nostris. hinc annominatio illa est apud eundem in curgulione. Quin tu is in malam crucẽ cum bollis & cum bullis. bullas etiam appellamus tumores illos qui in aquis repẽte fuit & repẽte euanescũt. unde i prouerbio apud uarronẽ dicit: hõ bulla ẽ: qa. s. similis bullæ uita ẽ mortalium fluxa & momento caduca. hinc aquæ bullantes a calpuruio in bucolicis dictæ illo uersu. bullantes ubi fagus aquas radice sub ipso protegit. & a plinio in nono bullantium aquarum sufflatio. Cor. celsus inter signa ualitudinis longæ hoc quoq; numerat. Si urina bullulas excitat: ubi bullulas ὑποκορίστικῶς ideſt diminutiue dixit a bulla. existimo trãquillum in hoc loco loqui non de ornamẽto illo ingenuorum. sed de his bullis: quibus balteus et cingulum ornari solet: ut & chlamys & fibula & bullæ simul conueniant. nam pro ornatu pendente ante pectus una tantum bulla & non plures gestabantur. ¶Nomine abstinuit. i. noluit nominari gallius: quãuis ex more Romano: qui testamento adoptabantur: testatoris nomen acciperent. Ita pomponius atticus cognominatus est cecilius: a quinto cecilio: qui moriens testamẽto eum adoptauit heredemq; fecit ex dodrãte. auctor Cornelius nepos. Et Varro sic ait in secũdo de re rustica. Attico: qui tunc titus pomponius nũc quintus cecilius esse nomine eodem. ¶Nouem natus annos: scribit qntilianus i. xii. demosthenem ad modum puerum actiones pupillares habuisse: traditumq; est quosdam adhuc ptextatos egisse: & Cæsarem Augustum duodecim annos natum auiam pro rostris laudauisse. un de potuit & Tiberius in nono etatis anno psequi patris obitum oratione laudatiua: uel quã suo ipsemet ingenio formauerit: uel sicut sepe fit formatã aliena doctoris iduſtria ediderit & recitauerit. sicut nero laudauit claudiam oratione a seneca composita.

¶M. AN. ¶Onere: pueri gestãdi. ¶In tutela: clientela. ¶Dõatus ẽ: Tiberius puer: sic & Vergilian⁹ ille Ascanius ab Andromache clamyde ẽ donat⁹. ¶Fibula: teguméti genus ab umbilico ad gẽua ad uelãda pudibũda: eo citharœdi quoq; & comœdi utebantur nõ ad obscenas solũ partes tegendas: sed ad cohibendã etiã libidinem: ne rauceſſerent i quã uelut denegatã quũ proniores essent fœminæ sui temporis lepidissime in earum intemperiẽ iocatur. Martia. Dic mihi simpliciter inqt comœdis & citharœdis fibula quid pster: nota sũt reliqua. ¶Bullæ aureæ. insigne & illud teneræ ætatis de eius usu pueris concesso: Macrobius: Plu-

Chlamis

Fibula

Diffibulo

Bullæ

prouerbiũ

homo bulla

bullulæ

tarchus & Dionisius plura. ¶Hæreditate adita: & si se hæredem professus eet. ¶Noie abstinuit: nomen non recepit. ¶Nouem natus annos non: sua credas oportet: quia p ætatem fieri non potuisset: sed aliena usum oratione. ¶Patrem: Neronem defunctum.

Funalis equus

¶PHI. ¶Funali equo uidetur funalis equus in triumphi comitatu ille dici: qui' pximus triumphalē currū antecedit: quasi fune cōiunctus: nā sicuti in saltationibus restē ducere dicebant manibus inter se cōsertis: ita eq funales dicti: qui fune hoc ē reste facta simul cōnexi præcedūt ut ita fiat triumphus speciosior & a dextra siniſtraq; triumphantis erāt ductores quasi equestris choreæ: Qui loris iūcti hinc & inde currui triumphali funales dicebant alio quoq; nomine habenales: cui' rei mētio fit a Dionysio in octauo antiquitatū. scribente institutū uetus fuisse & heroicū: ut trium equoꝝ currus in ludis decurrerēt: duobus enim equis iunctis tertius iuxta adhibebatur habenalis dictus. qui uinctus loris a præter trahendo simulq; iungendo pareoros uocabatur a priscis tales dici uident funales a Tranquillo: qui erāt duo alter dexter alter siniſter uincti currui triumphantis Augusti. itidem Statius in sexto thebaidos in ludis archemori equū noie thoen dixisse uidetur funalē: qui iugalis erat & in cursu equestri admeto inseruiebat: tanq; tertius ille habenalis in triga. sic enim ait uoce nominibusq; ciēt pholoen admetus & irrin funalemq; thoen. ¶Præsedit: tanq; præses & agonitheta p̄fuit: est autem agonitheta præfectus ludoꝝ: unde ait hieronymus: nō est inuidus agonitheta noster. ¶Acciacis ludis: quos celebrauit Augustus in memoriā acciacæ uictoriæ. ¶Troianis. ludicꝝ troiæ significat: quæ in circo exhibebat. de troia satis ac sup in primo cōmentario. ¶Puerorꝝ maiorꝝ: quoniam turma duplex puerorum maiorꝝ & minorum troiam in circo ludere solebat: tale spectaculum Cæsar dictator & Augustus ediderunt. ¶Munus in memoriā patris. Iunius Brutus primus apud romanos in honorē defuncti p̄is edidit munus hoc est spectaculum gladiatorum. ab eo mos ꝓpagatus est: ut in honorem defunctorum spectacula exhiberentur. sic scipio in hispania edidit munus gladiatorū in memoriam patris patruiq; defunctorum: sic Caius Curio funebri patris munere theatra duo e ligno fecit amplissimo: in quibus spectauit populus spectacula gladiatorum: sic Cæsar dictator ut antedictū est dedit munus funebre patri: in quo usus ē apparatu arenæ argenteo. Rudiariis. rudis uirga est: qua auctore priscIano gladiatores donantur post finitam gladiaturam. inde rudiarii dicti: qui impetrarunt missionē artis gladiatoriæ donati rudi. de rude Ouidius. & me donari iam rude tempus erat. M. Tullius in secunda antonianarum. tam bonus gladiator rudem tam cito accepisti: eiusdem fit mentio subinde apud poetas. sensus est Tiberium non solum gladiatores exhibuisse legitimos sed etiam reuocasse ad gladiaturam præcii inuitamento ueteranos & emeritos q dicunt rudiarii. ¶Auctoraméto: auctorati uocant gladiatores: qui se uendunt ludo quasi addicti & condēnati: sicut non insulse exposuit acron oratianus interpres enarrans illud. auctoratus eas. est enim auctorare obligare. cuius contrarium est exauctorare. Seruius enarrans illud Virgilianū: ipse patri filiam uoueo. dixit solos parentes habere potestatē auctorandi. inde fit auctoramentū: quod est quasi obligatio nexusq; ac ueluti stipendium pretiumq; eius: qui fit auctoratus. i. obligatus. Seneca libro quarto de beneficiis hominē uenalis animæ crebris auctoramētis accēdebat. idē alibi ait: nullū malum sine auctoraméto est. Quintilian' in gladiatore. nec difficilem tamen sub illo præsertim auctoramento habuisset missionem: sed noluit gladiator uiuere. Cicero in primo officiorum mercedem ait esse auctoramentum seruitutis: ubi auctoramentum accipitur pro illa obligatione: qua mercenarius accepta mercede cogitur seruire: præstareq; operā seruilem. Quidā auctoramentū interpretant esse priulegiū & prerogatiuā: quod an cōueniat dispiciēdum ē. Pli. auctoratū uindemiatorē: itē alibi auctoratum po.ro. elegāter appellat: quasi gladiatorie morti obnoxium: qui spectabat cū periculo uitæ spectacula gladiatorꝝ edita in ligneis theatris a curione periturus si momento aliquo machinæ luxatæ fuissent. A liuio auctoratus proditor dictus quasi obligatus & deuinctus. A manlio in quinto astronomicō: ministri ppetuo quasi epitheto auctorati uocant tanq; ppetui mercenarii obligatiq; dominis: a qbus mercede cōparant. sic. n. ait. Atq; auctoratos in tertia iura ministros. ¶Dedit & ludos: theatrales uel scenicos. ¶Victrici: Cæsaris augusti.

¶ PHI ¶ Aſſen u. ſ. ſpectatorum. ¶ Percrebuit. celebrata ẽ & crebriter uſurpata. ¶ Hircũ uetulum. hæc ẽ nota: quæ in tiberium excepta ẽ ex uerbis atellanici exodii. nam cum in fabula illa atellana hec uerba de hirco animali dicerentur. qui naturam caprarum more hircino liguribat: feſtiuiter & tempeſtiuiter in tiberium tranſlata ſunt atque deflexa: tanq̃ tiberius foret ille hircus uetulus: qui naturã liguriret capreis hoc eſt lingeret tanquam cunilingus femineos cunnos. ligurire ut interpretat donatus eſt ſuauiora edulia, carpere & per helluatiõem uorare patrimonium. unde liguriores dicti: cui bona helluantur & deuorant. hinc cunnilingus non inſulſe dici poteſt naturam ligurire: quando lingit locos femineos: eoſque per uoluptatem fediſſimam uorare uidetur. Natura euim ut notum eſt ſignificat genitalia tam uirilia q̃ fœminea. a græcis dicitur phyſis. hieronymus in epiſtola quadam de circunciſione ſcripta: uideamus inquit quæ cauſa eſt: ut eam partem corporis: quæ ſecretior & occultior eſt: quæ a græcis phyſis a noſtris dicitur natura: ad circuncidendum dominus elegerit. natura quoq; de brutis dicitur Marcus Varro: de ouibus ſcribens ait. deterreat a ſaliendo: & fiſcellas e iunco alia ue qua re quod alligent ad naturam. idem tum ſcylla naturam equæ cum menſes ferunt tangunt. De feditate autem huiuſce teterrimæ libidinis ẽ illd a ſeneca ſcriptum in mamercum cunnilinguũ. Quid tu cum mamercum conſulem faceres: ignorabas ancillarum ſuarum menſtrua ore illum hiante expectare. ¶ Pecuniæ parcus. nullum uitium deteſtabilius auaritia eſt maxime in principibus ut inquit Cicero & rem publicam gubernantibus. auarus in omnes malus eſt i ſe peſſimus. ¶ Nunq̃ ſalario. ſcribit plinius a ſale dicta ſalaria: cum in magna apud antiquos auctoritate eẽt ſal: ſicut etiam apparet a nomine ſalariæ uiæ: quoniam illa ſal in ſabinos portari conſueuerat. ſalarios uero appellamus homines qui uenditant ſalſamenta. marcialis: quod uiles pueri ſalariorum. ¶ Ex indulgentia uitrici. ex auguſti liberalitate. ¶ Tribus claſſibus. meminit uegetius in quarto rei militaris duarum claſſium ab auguſto factarum: quarum altera miſſenenſium littori præerat: altera rauenatium: ut ita ab utroque mari cuſtodiretur italia. addita eſt & tertia claſſis cui Tiberius indulſit ſeſtertia tantum ducenta: tanquam uiliori reliquis duabus. ¶ Sed græcorum. tanquam inſtructa eſſet nauarchis græcis & remigibus. ¶ Auguſti templum. Tiberius in nolana ciuitate ubi perierat Auguſtus templum auguſti dedicauit: alterum Romæ inchoauit Auguſti templum de quo nunc loquitur quod reliquit imperfectum. ¶ Opera magnifica. ſcribit Ariſtoles in quarto ethicorum magnificum dici illum: qui in magnis pro dignitate ſũptũ facit: q circa publicã magnificẽtiã i pẽſas facit honorificas: ueluti i ludis i reb⁹ diis ſacrificatis: i edificiis i epulo publico. ¶ M. AN. ¶ Aſſenſu maxĩo: ingenti ſpectãtiũ plauſu. ¶ Percrebuit: uulgata ẽ. ¶ Hircũ uetulũ: uerba ſũt ex fabula pnuntiata: ſed obliqua interpretatione in Tyberium ſenem fœminarũ inguina fellatione appetentẽ deflexa. ¶ Liguriæ: uorare: ſed lingere dicere uoluit. ¶ Pecuniæ: trãſitio a fœdiſſimo libidinũ uitio ad auariciam & rapacitatem: quæ in principe uitia ea ſunt magis deteſtabilia: quo & pluribus pernitioſa peregrinationum itinerum peregre ſuſceptorum. ¶ Tribus claſſibus: ideſt ordinibus in claſſium ſpeciem: ex omni ſuo comitatu conſtitutis. ¶ Primæ: præcipua dignitate præditæ. ¶ Tertiæ. infimæ. ¶ Sed græcorum: uel græci generis: uel quia auguſti exemplo pallio totam claſſem ornauit: græceq; loqui iuſſerat. ¶ Augu

ſu maximo excepta percrebuit; hircũ uetulum capreis naturam liguríre.

De auaritia & tenacitate eius.

PEcuniæ parcus ac tenax comites peregrinationum expeditionũq; nõnunq̃ ſalario cibariis tm̃ ſuſtentauit. Vnã modo liberalitatẽ ex indulgẽtia uictrici p ſecutus cũ tribus claſſib⁹ factis pro dignitate cuiuſq; primæ ſexcentena ſextertia: ſecũdæ quadringenta diſtribuit: ducẽta tertiæ quã nõ amicos; ſed græcos; appellabat.

De operibus publicis per eum & ſpectaculis non factis & parcitate alimoniarũ.

PRinceps neq; opera ulla magnifica fecit: Nã & q̃ ſola ſuſceperat ideſt Auguſti teplum; reſtitutiõem

Naturam liguriſe Liguritores

natura p. Genitalib⁹

Auarus in oẽs malus

Salaria uñ Salarius

magnificus qui

sti templū:romæ incoharum. ¶Neq̄d expoſceret:ne ſi qd populus corā petiiſſet p̄ pudore p̄ſtare cogeret.

q̄ Pōpeiani theatri inſecta poſt tot annos reliquit: neq̄ ſpectacula omnino edidit: & his que ab aliquo ederent rariſſime interfuit:ne quid expoſceret utiq̄ poſtq̄ comœdū Actiū coactus eſt manumittere. Paucoꝝ ſenatorum inopia ſuſtentata ne pluribus opem ferret:negauit ſe aliis ſubuentuꝝ niſi ſenatui iuſtas neceſſitatum cauſas p̄baſſet quo peracto plærosq̄ modeſtia & pudore deterruit:in quibus Orralū. Qu. Hortenſii oratoris nepotem:qui permodica re familiari auctore Auguſto quattuor liberos tulerat.

De auaritia & parcitate & aliis geſtis eius.

SVplice munificentiam bis omnino exhibuit: ppoſito miſies ſeſtertio gratuito in triēnii tēpus:rurſus quibuſdā dominis inſulaꝝ q̄ in monte celio defla grauerant præcio reſtituto:quoꝝ alterum magna difficultate nummaria populo auxilium flagitante coactus eſt facere cum per ſenatuſconſultum ſanxiſſet: ut fœneratores duas patrimonii partes in ſolo collocarent:debitores totidē æris alieni ſtatim ſoluerent:nec res expediretur: alterum ad mitigandam temporum atrocitatem:quod tamen beneficium tanti æſtimauit: ut montem Celium appellatione mutata

¶PHl. ¶Comœdum actium: comœdos dicim⁹ hiſtriōes actores recitatoreſq̄ comediarū: comicos uero ipſos poetas:comœdus fuit roſcius:comicus fuit terentius & plautus. Comicus comœdus

¶Coactus manumittere:oſtendit iuriſconſult⁹ dig eſtis de edilitio edicto in familia numeroq̄ ſeruorum fuiſſe comedos: ſic enim ſcriptū legimus:cum eiuſdem generis plures ſimul ueneant. ueluti comedi uel chorus:referre ait: nū in uniuerſos an in ſingulos precium cōſtituatur. ¶Ne plurib⁹ opē ferret:ſeneca libro ſecundo hæc ſcribit. tiberi⁹ cæſar rogat⁹ a nepote. M. elio p̄torio ut æri alieno ſuccurreret: edere illū ſibi oīa creditoꝝ iuſſit hoc non eſt donare ſed creditores conuocare cū edita eſſent ſcripta nepoti iuſſiſſe ſe pecūiā ſolui adiecta cō tumelioſa admonitōe effecit ut nepos ne æs alienū hīt ne beneficiū liberauit illū a creditoribuſ ſibi non obligauit aliqd tiberi⁹ ſequt⁹ ē: puto noluit plures eē q̄ idē rogaturi cōcurrerēt. ¶Pudore deterruit: malebāt. n. p̄ pudore degere iopes: q̄ i ſenatu cauſas inopiæ neceſſitatiſq̄ p̄bare. nā ut iqt elegānter hieronymus ingenia liberaliter educata facilius pudor uincit q̄ metus. mors hortenſii

¶Orralū. al ē ille orralus: ad quem ſcribit catullius ſe uocat a doctis ortale uirginibus. ¶Hortenſii nepotem: oli hortenſius ob eloquētiam fuit in foro rex cauſaꝝ: ut inquit pedianus aſconius: hic pronūtiatione plurimū ualuit: cuius rei fides eſt: q̄ diu princeps oratorum aliquando emulus Ciceronis exiſtimatuſē nouiſſime quo ad uixit: ſecūdus periit hortenſius clamore diruptus in actione cauſarum: ut indicat. Qu. ſerenus: cuius uerſus hiſunt: ſic eſt Hortenſius olim aſſumptus: cauſis & enim confectus agendis obticuit cum uox domino uiuente periret & nondum extincti moreretur lingua diſerti. ¶Auctore auguſto: hoc referendum eſt ad id tempus quo auguſtus legem tulit de maritandis ordinibus: hortatuſq̄ eſt romanos ad rem uxoriam immitādumq̄ germanici exemplum illius liberos palam oſtentans: Lex ſparta na de filiorum nume ro

¶Tulerat: ſuſceperat. ¶Quattuor liberos: q̄ tres liberos habebant immunitatibus donabantur tanto magis hortalus cum quattuor filios ſuſcepiſſet: merebatur foueri & ſubleuari a principe tyberio: ſed pudore deterritus eſt a petendo ne inopiam ſuam in ſenatu publicaret: lex erat apud lacedemonios: qui tres genuerit filios eum eſſe immunē a cuſtodia: q̄ uero quattuor immunem ab omnibus oneribus: auctor Ariſtoteles in ſecundo politicorum. ¶Tulerat: ſuſceperat: itidem ſupra: ex liuia nihil liberum tulit. ¶Gratuito: in triennii tempus: ſenſus ē uſum eius pecuniæ ad tres annos indulſit tiberius difficultate nummaria laborāti populo: ſicut olim auguſtus uſum gratuitum pecuniæ ex damnatorum bonis ſuperfluentis ad certum tempus indulſit his: qui cauere in dulplum poſſent. ¶Dominis inſularum: in iulio Cæſare declarauimus inſulas dici domos ab aliis domibus ſeiunctas: quæ Romæ frequenter deflagrabant: & ut auctor eſt iulius capitolinus Antonino pio imperante. cccxl. inſulas Romæ abſumpſit incendium tiberius munificentiā in hoc exhibuit: quod dominis reſtituit prætium inſularum incenſarum. Celius mōs Celiolus

¶In monte celio: inter romanos montes eſt & celius: quem urbi addidit Tullius hoſtilius: ibiq̄ ipſe rex habitauit: quo frequentius habitaretur. liuius auctor fuit & celiolus prope celium montem: ut docet Varro: qui a celio tuſco duce celium appellatum autumat. ¶Quorum alterum de pecunia mutuatica gratuito præbita. ¶In ſolo collocarent: exempli cauſa uoluit tiberius: ut fenerator: qui habuiſſet in cenſu. ccc. millia is. cc. collocaret in prædiis tam urbanis q̄ rūſticis: ut ita copia rei nummariæ fieret uberior & debitores: qui uerbi cauſa deberent. ccc. millia ſtatim exoluerent ducentia milia. ¶Nec res expediretur: ob difficultatē nūmariam diſſolui non poterant ſtatim a debitoribus duæ partes æris alieni eſt debitorum. ¶Alterum: hoc refertur ad reſtitutum prætium dominis inſularum. ¶M. AN. ¶Quo pacto: qua re ſeruata: uel potius qua denuntiatione. ¶Hortenſii. omnium ſuæ ætatis oratorum. M. Tullio dumtaxat excepto clariſſimi. ¶Auguſto auctore: auguſto hortante: iubente ut uxorem duceret. ¶Tulerat: habuerat in eodem ſignificatu. alibi ſuſtulit dixit. Miles ſeſtertio gratuito: mille ſeſtertiis: ſine fœnore ciuibus conceſſis. ¶Cœlio monte: Vno ex ſeptem urbis collibus a cœlio iubenno tuſco duce: qui cum ſua manu Romulo. ut Varro ait auxilio ueniſſe dicitur. ¶Deflagra

uerant:incendio consumptæ fuerant. ¶Alterum:gratuitā pecuniā mutuo cōcedere. ¶Difficultate nūma ria:nūmoꝝ inopia. ¶Fœneratores:qui pecuniam in fœnus locatam habebant. ¶In solo collocarent:in co emēdis prædiis locatam haberēt. ¶Totidē:in duas æris alieni partes:quo plane intelligitur decretū illud fuisse in causa cur romæ sit per id tempus re nūmaria laboratū. ¶Res:alieni æris dissolutio. ¶Expediꝛ tur:pecuniaꝝ inopia expediri posset:alterum ptii restitutionem iis quorum ædes in cælio deflagrarant.

¶PHI. ¶Vocari augustum:in honorem.s.nominis sui:cum & ipse augustus diceretur ex adoptione. ¶Militi:militibus:singulatiuus numerus pro pluratiuo. ¶Ex augusti testamento:dictum est in augusto:quemadmodum illius testamentum in senatu apertum & recitatum ē:quo legauit cohortibus urbāis quingenos legionariis trecēos nummos ptorianis militibꝰ singula milia nūmū:ex quo appa ret magis legendum esse post publicata legata quam duplicata. ¶Seiano:q̄ non adhesissent factioni seiani de quo mox plura. ¶Syriacis legionibus:syriacas legiones intelligit romanas quæ id temporis in syria militabant. ¶Nullam seiani imaginē seianus ut inferius declarabitur in tanta fuit apud Tiberium ab initio estimatione & gratia:ut

uocari Augustū iusserit. Militi post duplicata ex Augusti testamento legata nihil unq̄ largitus est: ptерq̄ singula milia denarioꝝ prætorianis:qđ Seiano se nō accommodassent: & q̄dam munera syriacis legiōibus:quod solæ nullā Seiani imaginē iter signa coluissent:atq; etiā missiones ueteranoꝝ rarissimas fecit ex senio mortē:ex morte cōpendiū captans:neq; pœnas quidem ulla liberalitate subleuauit excepta Asia diiectis terræmotu ciuitatibus.

De rapinis & concussionibus eius.

PRocedēte mox tempore etiam ad rapinas conuertit animum:Sat constat,Cn.Lentulum augurē:cui census maximus fuerit metu & langorem ad fastidium uitæ ab eo actū: & ut ne quo nisi ipso herede moreret Cōdemnatā & generosissimā fœminam Lepidā gratiā Quirini consularis prædiuitis & orbi:qui dimissam eam e matrimonio post uicesimum annum ueneni olim a se comparati

se fortuna deiecerunt & confregerunt. Tyberius syriacas legiones muueribus quibusdam prosecutus est. quod ab his solis nulla seiani imago inter signa militaria culta adorataq; fuisset. imagines autem imperatorum inter signa militaria g stari moris fuit:ut docet uegetius in secundo:quas qui ferebant dicti sunt imaginarii. ¶Missiones:honestas missiones significat:quæ emeritis stipendiis ab imperatore indulgeri solēt. ¶Ex morte compendium:lucrū tiberius missiones ueteranorū rarissimas faciebat:propterea q̄ expectabat:ut illi ut pote senio confecti cito morerentur:ex quorum morte compendium hoc est lucrum captabat:cum premia quæ ueteranis dari solent sibi lucraretur titulus est apud iurisconsultos de priuilegiis ueteranorum:quibus idem honor exibebatur qui & decurionibus. ¶Diiectis terræmotu:plinius maximꝰ terræ memoria mortalium extitit motus tiberii cæsaris principatu.xii.urbibus asiæ una nocte prostratis earum nomina recensēt eusebius in chronicis:inter quas fuerunt epheseus sardis & apolonia. ¶Cn.lentulum augurem:de hoc sic scribit seneca libro secundo de beneficiis:lentulus augur diuitiarum maximum exemplum cum omnia incrementa sua augusto deberet:ad quem attulerat paupertatem princeps iam ciuitatis & pecunia & gratia:subinde augusto solebat queri:dicens se a studiis esse abductum: nihil tantum in se congestum esse:quam perdidisset perdita eloquentia:de augurum collegio & numero & dignitate alias satim explicatum est in superioribus. ¶Census maximus:lentulus augur auctore seneca habuit in censu quattuor millies sextertium. ¶Langore:langor desidia est & torpor:angor autem ut docet cicero in q̄rtis tusculana est egritudo premens idem ait in secundo officiorum se angoribus non dedisse:sensus elegantior est ut angore potius legas q̄ langore. ¶Ad fastidium uitæ:ut animum desponderet:& uitam fastidiens morrem appeteret. ¶Nisi ipso:uoluit tiberius se solum heredem scribi in testamento lentuli auguris: cum ferme omnes testatores legata faciant pluresq; coheredes scribant. ¶Prædiuitis & orbi:scribit plinius in.xiiii.orbitatem in auctoritate summa & potentia fuisse:& captationem in questu fertilissimo:cum quirinus esset & ditissimus & orbus hoc est sine liberis tiberius tanquam captator illius bonorum & heredipeta.homini gratificatus est:ut condemnaret lepidam:quam iam pridem quirinus maritus repudiauerat & tunc de ueneno aduersus se comparato insimulabat.

Imaginarii

maximus motus terræ

Langor
Angor

Orbitas

¶M.AN.Duplicata:publicata potius: ex testamento.n.Augusti mille nummi prætorianis militibus. cohortibus urbanis quingeni:legionariis treceni representati sunt sine duplicationis ullius mētiōe. ¶Seiano:qđ hælii seiani partes non essent secuti:sed de seiani oppressiōe nō multo post. ¶Syriacis:quæ sub.C. primū mox germanico i syria fuerāt. ¶Quod solæ:quū reliq̄ aliter feciſſent. ¶Imaginem coluisset:iter publica signa iperatoꝝ quoq; imagines romani castris hīe cōsueuerūt:ut modestus tradidit. ¶Missiones:ex auctoramēta. ¶Ex senio mortē:ut senio cōfecti diē i castris obirēt. ¶Ex morte cōpendiū:ex eorū obitu lucꝛ castren si peculio potitus. ¶Diiectis: terræmotu ciuitatibus:Eusebius auctor est Tyberio principe tredecim asiæ urbes terræmotu cōcussas & in his ephesum. ¶Augurem:augures tres ab initio creati:ut Dionysius ait:mox unus adiectus nouissime alii quinq; ita ut nouē essent numero:unde & qbus demonū præ

stigiis augurandi disciplina ad romanos fluxerit dionysius & pomponius lætus præceptor noster in eo libro quem de sacerdotiis ad.M.panthagatū scripsit perspicue demōstrāt. ¶Langore.angore potius leden dum. ¶Nequo.nullo alio. ¶Hærede:bonorū successore. ¶In gratiam quirini:ut quirino gratificaretur ¶Prædiuitis & orbi:alterutrius rei captatoribꝰ apprīe popularis: &.n.nō solū hæreditatis spes aderat.sed ampli etiam patrimonii:q̄ si neutrumsine altero gratiam promereri potuisset. ¶Dimissam eam.ideſt,diuortio cum ea facto.

arguebat.Præterea gallíaꝝ & hispaníaꝝ Syríæq; & Græciæ príncipes confiscatos ob tā leue ac tā ímpudēs calūníaꝝ genus:ut quibusdā nō aliud sit obiectū:q̄ quod partē rei familiaris ín pecunía haberēt.Plurimis etiā ciuitatibus: & príuatis ímunitates & ius metallorꝝ ac uectígaliū adēpta:sed & Voconē regē parthorꝝ:quí pulsus a suís quasi in fidē.P.R.cū íngentí gaza Antíochiā receperat:spoliatū pfidía & occisū.

De odío eius cōtra cōsanguíneos & cōiunctos.

ODíum aduersus necessitudínes ín Drusо prímum fratre dírexít:prodita eíus epístola qua secū de cogendo ad restituendam líbertatem Augusto agebat:deínde & ín reliquís.Iuliæ tantum uxorí abfuít:ut relegatæ quod mínimū est officíis aut humanítatis alíqd ípartíret:ut ex cōstitutiōe patrís uno oppído clausā:domo quoq; egredí:& cómertío hoíum fruí uetuerít:sed & peculío concesso a patre:pbitísq; annuís fraudauít p speciē publicí iurís qđ níhil de hís Augustus testamēto cauísset. Matrē Líuíam grauatus uelut partes sibí æquas potentiæ uendícantē & cōgressum eí assíduū uítauít. & lōgíores secretioresq; sermōes

¶PHI. ¶Arguebat ueneni:crīminabat de ueneficio.plautus ī amphitrione ecchū uideo: quí me miserā arguit stupri dedecoris. ¶Prícipes cōfiscatos:repete uerbū illud superius satis cōstat Cōfiscari āt principes.i. summātes & primarii dicūtur:qñ fortunis spoliant:& eorū bona publicata ad fiscum deferūt:refert cicero in oratione pro sestio ptolomeū ciprium cū uictu & uestitu suo publicatū fuisse & omni regno nudatū auctore & actore publio clodio tribuno. ¶Calūniaꝝ:calūnia est malitiosa & mēdax infamatio:& calūniator qui falsa crimina sciēter intēdit:exístimat prísciānus libro.x.calumniā a uerbo caluo deriuari qđ significat decipi:quo utitur plautus in cassina sic scribēs:ubi domi so'a sum sopor manus caluitur:mēdosi sunt plautini codicesipressi:in q̄bus sic legitur sopor manus scalpit:cū legēdum sit sopor manus caluitur,p eo quod est decipit ac frustatur: ¶In pecunia haberent:ante dictum est quem admodū tiberius per senatusconsultū decreuit:ut feneratores duas patrimōii partes in solo collocarēt: hac calūnia quosdam oppressit:quod partem bonorꝝ in pecunia ac re nūmaria haberent:& nō ī his quæ solo cōtinentur:ut iurisconsultorꝝ uerbo utar. ¶Et ius metallorū.multæ ciuitates & potissimū ī hispania q̄ regio metallorū ferax est:ius habebant fodiēdi metalla:ex quibus lucꝝ ingens consequebāt ur.tradit plinius in xxxiii.uicena millia pondo auri annis singulis asturiā atq; galetiā & lusitaniam prestitisse:ī uercelēsi agro cauebatur ne plus quinq; hominum in opere publicani haberēt.taleius una cum in ímunitatibus ademptū est compluſculis ciuitatibus a tiberio:cuius mens nihil aliud q̄ rapinas & auri aceruationē meditabat. ¶Vononē spoliatū:subintelligendū ē extrinsecus satis cōstat uononis regis mētio fit a iosepho. ¶Antiochiam:seleucus cognomento nicator ciuitates sexdecī cōdidit nomine antiochiis ī honorē paterni nomínis:ut auctor est appianus ī syriacis hic significari uidetur antiochia illa syriæ inclyta celebrataq; monumentis historicorum. ¶Aduersus necessitudines:nemo est qui nesciat necessitudinem dici ius quoddam: & uinculum religiose coniunctionis:unde necessarii dicuntur hoc iure affinitatis familiaritatis ue coniuncti præterea necessitudo quod infrequens est inuenitur in libris ueterum pro necessitate:sicut apud Salustium & Ciceronem:unde est illud sempronii aselionis:bonum imperatorem signis collatis decertare nō debere:nisi summa necessitudo aut summa ei occasio data fuisset,necessitudines hoc in loco accipe pro necessariis ipsis & affinibus. ¶In reliquis.detexit scilicet odium aduersus reliquas necessitudies. ¶Direxit:elegantius est detexit. ¶Relegate:iuliam ab augusto patre relegatam fuisse omnibus probris contaminatā superius declaratum est. ¶Patris:Augusti. ¶Oppido:in quod erat relegata. ¶Peculio.concesso a patre: peculium habent serui:habent & filii permittentibus dominis & patribus iulia peculium habebat a patre concessum:quo fraudata est a marito tiberio. ¶Annuis:annua absolute dicuntur alimenta ī singulos annos.iuuenalis:sunt q̄ tortoribus annua præstent:apud iurisconsultos titulus est de annuis legatis:ubi ait Vlpianus si cui annuum fuerit legatum relictum sine adiectione summæ id uideri relictum:quod ut ait nerua:testator præstare solitus fuit tiberius fraudauit iuliam uxorem relegatam annuis alimentis ab augusto præbitis sub pretextu iuris:tanq; augustus annua dari nollet iuliæ idq; significare uideretur:quod ī testamento nullam de annuis dandis mentionem fecisset. ¶Congressum:recusabat tiberius cōgredi colloqui & sermocinari cum matre. ¶Partes æquas:peridē ac ī administrādo ipērio par eē uellet ipsi tiberio. ¶M.AN.Arguebat:crimini dabat. ¶Confiscatos:cōstat subaudi. ¶Impudens:impudenter excogitatā. ¶Partē rei familiaris:dōestici cēsus. ¶In pecūia:& nō ī pdiis. ¶Et priuatis:priuate fortūæ uiris. ¶Vocōnē:qdā nomonē hñt. ¶Ingētiq; gaza:multa ui auri:rectēq; gazā pticas opes dixit:ad psas quorū id uerbū peculiare ē qq; pthis ipsis pene finitimi sunt alludēs. ¶Antiochiā:feniciæ urbē. ¶Perfidia:,pditōe. ¶Necessi

Caluo loc' plauti.

antiochiæ

necessitudo

Anuua

tudines:necessarios & ppinquos:qbus natura mortale arctiore quodã caritatis uinculo deuinxit. ¶Prodita epistola:in apertũ relata. ¶Constitutione prĩs:ut augustus pater cõstituerat. ¶Domoq; egredi.quasi dicat non cõtẽtus mœnibus oppidi ĩclusam a patre:uetuit ẽt domo exire oĩ hominũ adepta cõsuetudie. ¶Sed & peculio:tenui pecunia:seu suppellectili:ceu peculio quodã pmissa. ¶Præbitis ãnuis:pecũiis ĩ annuã alimoniã:& usum exhiberi solitis. ¶Fraudauit:maligne p̃buit:uel potiº priuauit. ¶Testamẽto cauisset:q̃si reddi Augustº noluisset:q̃ ipse testamẽto nõ legasset. ¶Grauatus:grauiter ferens. ¶Partes æquas: æquam ĩ administrando ĩperio auctoritatẽ. ¶Vendicantẽ:ad se trahẽtẽ. ¶Cõgressũ:colloqũ cõsuetudinẽ.

¶PHI. ¶Ne consiliis.s. matertiis:erat enim liuia pro captu fe minaꝝ solers & prudens:cuius consillo oli usus ẽ augustus ĩ rebus magnis sicut ostẽdit seneca ¶Titulis suis.solemus scribere in titulis nomẽ auctoris cũ nomine parẽtis.exẽpli causa sic tiberius augusti filius hoc fecit se natus censuerat ut ita ĩ titulis nomẽ matris ascribereť hoc pacto: tiberius augusti & liuiæ filius hoc fecit id indigne tulisse tiberiũ significat tranquillus: utpote maternũ nomẽ dedignantẽ. ¶Nõ parẽtẽ patriæ:sicut augustus pater patriæ dictus fuit ita liuia parens patriæ dicebať: cũ feminæ corruscare soleãt radiis maritorum claritatẽ accipientes a cõiugali claritate: tiberiº osormiis liuiæ noluit illã parẽtẽ pr̃iæ appellari nec ullo honoĩ publico ĩsigniri. ¶Nec feminæ cõueniẽtibº:scribit ulpianus digestis de regulis iuris fœminas ab oĩbus officiis ciuilibº remotas esse:& libro tertio digestoꝝti. de postulando ne uiril bus officiis fungantur mulíeres interdicitur & ad senatusconsultum uelleianum. moribus inquit ciuilia officia dempta sunt feminis & pleraq; ipso iure non ualẽt. ¶Et ipsam interuenisse:uitoꝝ magis q̃ feminaꝝ eẽ uidetur interuenire incẽdiis & populũ adhortari ad ignẽ restiguẽdũ. ¶Enixius:uehemẽtius. ¶Simultatẽ odiũ matris:quo qd flagitiosius eẽ põt. ¶Instanti:urgẽti & efflagitãti liuiæ matri. ¶In decurias:in ordines iudicũ:de qbus superius satis ac sup. ¶Allegeret:ascriberet uerbũ ẽ legendis iudicibus accõmodatũ. M.uarro li.ii.latinæ linguæ sic ĩqt a legẽdo legitia & collegę.q una lecti & q ĩ eorũ loco suppositi sublecti.additi allecti:sic & ascripticii dicebãť:q supplẽdis legionibº ascribebanť. ¶Allectuꝝ.ascriptuꝝ.adituꝝ. ¶Ascribi albo.albũ multifariã dici ex lõga lectiõe obseruauimus:erat albũ decurionũ.albũ cytharedorum:album pontificum:erat & album iudicũ:accipitur autẽ pro tabula ĩ qua iudicũ nomina scripta proponebantur:siqs uero albũ corrupisset puniebatur:qa pretoris maiestas cõtempta uidebatur. Vnde ait ulpianus libro digestorum secundo:titulo de iurisdictione iudicũ. Si quis id quod iurisdictionis perpetue causa in albo:uel ĩ charta uel in alia materia propositũ erit dolo malo corripuerit:datur in eũ quingentorum annoꝝ iudiciũ:quod populare est:paulus quoq; inqt:si familia alicuius albũ corruperit nõ similiter hic edicitur:ut in furto:quin etiam libro quinquagesimo digestorum titulus est de albo scribẽdo ubi docet ulpianus quo ordine decuriones ĩ albo scriptos eẽ oporteat:tradit Cicero in secũdo de oratore põtificem maximũ res oẽs singulorũ annoꝝ mãdare litteris solitũ:qui ea omnia referebat in albũ & ꝓponebat tabulam domi:potestas ut eẽt populo cognoscẽdi:hiq; annales maximi nominabantur. Liuius quoq; refert iussisse ancũ martium:ut pontifex sacra publica ex cõmẽtariis nũmæ in album elata in publico proponeret.plinius ad albũ indicũ ueluti alludẽs decentissime scripsit in proemio naturalis historiæ:cũ hanc operam condicerẽ non eras in hoc albo. Quintilianus in duodecimo multos cognouisse se tradit: q tedio laboris:quem ferre tendentibus ab eloquentia necesse est:cõfugiunt ad hæc diuerticula desidiæ: quorum alii se ad album ac rubricas transtulerunt & formularii:uel ut ait Cicero legulei quidam esse maluerũt. Seneca quoq; ait in tertio de beneficiis.iudicem census in album & equestris hereditas misit:sensus ãt tranqlli hic est tiberius non alia conditione dicebat se inter iudices relaturum eẽ illum:quem ciuitate donatum mater referri cupiebat:nisi in albo iudicum ipsa pateretur ascribi hãc clausulam:id a se matrem per uim extorsisse. ¶Extortum:per uim concessum ab inuito & reluctante.

¶M.AN. ¶Regi.instrui gubernari. ¶Actum:decretum. ¶Actis suis:q̃ publicanda eẽnt. ¶Maioribus: q̃ fœmina tuto sustinere posset. ¶Nec conuenientibus:parum muliebri administratione dignis. ¶Præcipue:uehementius:quam alias admonuit. ¶Ad simultatem:iurgium & contentionem:ut Donatus interpretatur: Terẽ.age mitto ĩperiũ nõ simultatẽ meã uereri:festus simultatem odiũ eẽ ait:atq; ex cõtrario sensu nomẽ factũ:quia minime sint simul q eã exercẽt:q̃q̃ & a simulatione nõ negat nomẽ factum uideri posse.



Ehinc ad simultatẽ usq; ꝓcessit hac ut ferũt de causa ĩstanti sæpius ut ciuitate donatũ ĩ decurias allegeret:negauit alia se cõditiõe allecturũ q̃ si pateret abscribi albo extortũ id sibi a mre. At illa cõmota ueteres quosdã ad se Augustũ

fœmiæ remote ab officiis ciuilibus

Sublecti. Allecti. Ascripticii De albo

¶Allegaret:ascisceret.albo:ī quo iudicū nominaa referebātur.¶Extortū.id sibi a me: sed iuito id datū.

codícíllos de acerbítate & ítollerátía morū eius e sacrarío ꝓ tulít atq; recítauít.Hos & cuſtodítos tandíu & exprobratos tā ífeſte adeo grauíter tulít: ut qdā putēt ıter cauſas ſeceſſus hāc eí uel præcípuā fuíſſe. Toto qdem trıennıo quo uíuēte matre abſuít:ſemel omnıno eam nec amplíus quam uno díe paucíſſímís uídít horís. Ac mox neq; ægræ adeſſe curauít: defunctāq; & dū aduentus ſuí ſpē facít cōpluríumq; díerum mora:corrupto demū:& tabído corpore funeratā prohíbuít cōſecrarí: quaſí íd ípſa mandaſſet: teſtamētūq; eius pro ırrıto habuít:omneſq; amícítías & famílíarítates:etíā quíbus ea funerí ſuí curā morıēs demandarat:ıtra breue tēpus afflíxít:uno ex hís eq̄ſtrís ordínís uíro & ín Antíllam cō dēnato. De crudelítate & odío eius contra fílíos. Illíorū ne q̄ naturalem Druſū:neq; adoptíum Ger-

PHI. ¶Codicillos: tabellas epiſtolares alias codicillos uocamus genus teſtamēri: quorum ius conſtat nō fuiſſe ante auguſti tempora.Codicilli nullā ſolēnitatē ordinationis requirūt:de quibus iuriſconſulti docte copioſeq; perſcribunt. ¶Cōmota: indignabūda. ¶Sacrario:ſacraríū auctore VIpiano locus eſt in quo ſacta reponuntur quod etiam in edificio priuato eē pōt quid ſi legas ex ſecretario:& intelligas ex repoſitorio rerū ſecretarum:quæ dictio latina eſt & a latinis ſcriptoribꝰ uſurpata. apuleius in coſmographia ſecretaría terræ appellat occultiora: & ſecretiora ſub terram loca:& ioſephus cuius interpres eſt ruffinus luculentus ſcriptor li.xviii. antiquitatum ſic ait.philonē ex ſecretario caius iubet excludi abſentēq; fieri. ¶Protulit: deprompſit eduxit. ¶Tam infeſte:tam inimiciciter. ¶Seceſſus:qñ relicta urbe ſeceſſum cāpāiæ petiit:& mox capreas ſe cōtulit.abfuit ab urbe morā trahens in ſeceſſu caprearū. ¶Aduētus ſui:dū diuulgat ſe aduenturum romam: ut preſens celebret maternas exeqas. ¶Corrupto & tabido corpore:ſolēt cadauera citiſſime putreſcere & tabida fieri hoc ē tabe corrūpi tiberius ut corpus marris defunctæ fieret putridius nō permiſerat ſepeliri: dū ſe quoq; uelle funeri exequiiſq; maternis intereſſe denunciat:e contrario in alexādro magno id fuit admirabile:quod corpus eius exanimum ſeptē dies iacuit in ſolio æſtu ſolis feruētiſſimo:nulla tamen tabe: ne minimo quidem liuore corruptū:uígor quoq; qui conſtat ex ſpiritu:ut inquit Curtius nō deſtituerat uultum. ¶Conſecrari:inter duas referri per apotheoſim ſic enim deificationē græca dictiōe nominamus. ¶Id mādaſſe.ſ.ne cōſecraretur & diuinis honoribus honeſtaretur. ¶Pro irrito:pro uano & non rato: cū teſtamentum extremaq; uolūtas teſtatoris rata & firma eſſe debeat. ¶Funeris ſui cura:libro undecimo digeſtorum titulo de religioſis ſcriptum legimus:funus eum facere oportere.quē decedens elegit:ſin autem de hac re defunctus nō cauit:nec ulli delegatum hoc munus ē:in ſcriptos heredes ea res cōſtringit ſumptꝰ funeris arbitrātur:pro dignitatibus ac facultatibus defuncti.& ille qui funerauit ex pretoris edicto perſeq poteſt id quod impendit. ¶In antiliam cōdemnato.antilia nomē eſt urbis italiæ.cuius ueſtigia adhuc uiſuntur haud procul a dechone.quidam codices habent in anticyrā:eſt autē anticyra inſula ad ſinū iacēs maliacum & oetā mōtem:cuius meminit ſtrabo in.ix.ubi auctore plinio helleborum tutiſſime ſumitur: eſt & anticyra ciuitas iuxta cyrrhā in phocide regione in corinthium uerſa ſinū:quid ſi legas in latomiam ſicut legi in codice ſinceriore non abſurde leges:& ita ipſe legendū duco:cum talis lectio cum tranquilli ſentētia & latinitatis elegantia conueniat.erat autem latomia locus in carcere romano iuxta tullianum ſicuti indicat marcus uarro in primo de latina lingua:de quo liuius libro ab urbe condita trigeſimo ſexto ſic ſcribit: triumuiri carceris latoniarum intentiorem cuſtodiam habere iuſſi:in has latomias ſiue latomiam: utroq; enim modo dicitur condemnatus fuerat a tiberio nir equeſtris ordinis ob amicitiam maternam: dícebaſ autem latomia quia ibi lapidicinæ fuerunt:nāq; generali uocabulo latomiæ appellantur lapidicinæ: hoc eſt loca cedendis lapidibus accōmodata:ad quas damnari ſolebant hi qui in opus metalli damnabantur: cuius pœnæ mentio fit apud inriſconſultos digeſtis de penis:& apud plautum in captiuis tindarus in latomias lapidarias ab egione damnatur.ſeneca libro nono declamationum ſignat ſabinum in latomias fuiſſe damnatum:qui a reo rogatus ut in latomias trāſferet feſtiuiter dixit nec nūc quēq; noſtrū decipiat nomē latomiæ:illa aīo mea lauta res eſt:iocabatur in miſeriis ac periculis ſuis:ꝑterea latomiæ caccer ē ſyrracuſis lingua ſiculorū:ut docet aſconius pedianus:in eas latomias ſicut eleganter ſcribit Cicero in oratiōe de ſuppliciis:ſi qui publice cuſtodiendi erāt ex oībus oppidis ſiciliæ deduci imperabantur:in latomias uerres multos captiuos ciues romanos coniecerat opus erat regū atq; tyrānorū ingens ex ſaxo in mirādā altitudinē depreſſum. ¶Neq; naturalē druſum:quem tiberius ex agrippina uxore ſuſtulerat:attende naturalē ſiliū dici ab hiſtorico legitimū:& ita a iuriſconſultis frequēter dici obſeruauimus patres naturales:q uulgo legitimi dicuntur:quāuis neotericoteri hoc ē recentiores naturalē filium appellēt:qui ex concubina geniſtus ē.iſydorus naturales ıquit filii dicuntur ıgenuarum concubinarum:quos ſola natura genuit non honeſtas conıugii:hoc ıdem traditur trigeſima tertia queſtione quarta canonicorum decretorum.

¶M.AN. ¶Intolerātia:ıtolerabili & difficili natura. ¶Eiꝰ:tibe. ¶E ſacrario:ex ſacroꝝ repoſitoria ac ꝑ hoc fáctiore ſecretioreq; loco:ſed qdā ſecretario hñt a quo analogiæ rō ñ abhorret. ¶Cuſtoditos: ī pñtē uſū aſſeruatos. ¶Exprobratos ꝓbri loco recitatos. ¶Tā ífeſte:inimico aīo. ¶Seceſſus:qđ tā diu ab urbe abfuiſſet. ¶Aegræ:láguēti:ífirmæ:grauiter affecte. ¶Aduēt' ſui:ſui ad urbē reditus:q̄ſi eius exequiis affutu

Codicilli

Sacrarium Secretariū

Corpus alex.nō tabidum apotheoſis

Antilia Anticyra.

Latomia

Latomiæ ioc⁹ ſabini

Naturalis filius Naturales patres

Hæc liber est Iacobi Zyrinz

ti. ¶Tabido:tabe infecto:ac corrupto. ¶Consecrari:ullis sacrorum cerimoniis insigniri:ut neq; tẽpla.neque aræ:neq; flamẽ:neq; aliud quicq̃ in defunctæ memoriã constitueretur. ¶Id: post mortem consecrari ¶Amicitias & familiaritates.amicos & familiares. ¶Afflixit:ignõinia ac cladẽ affecit. ¶Antiliã:ĩsulã credo sed ubi legerim memoria puto lapsus nõ teneo. Tu uide ne anticirã sit potius legẽdũ. Herodo. Athillam urbem in ægypto celebrat.plinius uero antissam Lesbo insula ait auulsam. ¶Naturalem:drusum ad germanici differentiam quem in filium adoptauerarat.

¶PHI. ¶Alterius uiciis: scilicet drusi filii naturalis. ¶Animi fluxioris: effeminatioris mollioriscq; :scribit plinius drusum hunc non alia magis re q̃ uinolentia regenerasse patrem tiberium: fluxi dicuntur libidinosi molles effeminati. Marcialis: cõcubino cum sis euiratior fluxo. Cipri anus usq; ad hoc ueni mus ut in cõparatione fluxorũ de sanctorum uirtutibus disputemus. Idẽ fluxuras libidies uocat scribens castitatem esse exactam maturam fluxuraq;. ¶Remissioris uitæ:rẽitere aĩum relaxaĩ ẽ:q̃uis dicat musoni⁹ remittere. aĩum idẽ eẽ qđ amittere .ĩd uita remissior.q̃ ociosior solutiorq; ẽ. ¶Peride affect⁹:ñ multũ neq; ĩntẽperanter doluit neq; immodice ex drusi obitu.de utroq; filio tiberii hæc orosius: filios suos drusum & germanicum: quorum Drusus naturalis. Germanicus adoptiuus erat manifestis uenenis perdidit: perinde autẽ multum & ualde quandoq; significat: in quo significatu alibi quoq; usurpatur a tranqllo cum ait in galba. Quare eius aduentus nõ perinde gratus fuit. ¶Sed tantum non: Quidã ita interpretantur: quod tiberius quãuis nõ multum quidẽ doluerit de morte filii Drusi: tamẽ hoc indicium luctus exhibuit: quod non statĩ rediit ad negocia peragẽda: Sed si hæc particula tantũnum significat etiam ut alibi diligenter explicauimus: alius erit: & uerior sensus: ut dicat tiberium adeo nullum dolorem cepisse ex obitu filii ut etiam statim post funus redierit ad pristinam consuetudinẽ: inhibueritq; indici longius iustitium: pensitatores litterarum acriores talia pensitent solerter & diligenter. ¶Negociorum consuetudinem: Asinius polio declamauit intra quartum diem quã filiũ amiserat. Idem Augusto rescripsit. Eo die cenaui quo filium amisi: o magnos uiros qui fortunæ succumbere nesciunt: nescio tamẽ an tales sint laudandi qui affectioni naturali repugnant ex eo gloriolã aucupãtes. ¶Institio inhibito: iusticium dicitur luctus publicus sicuti docet fulgentius placiades: quod ĩdici solebat in reipubli.calamitatibus. liuius tabernæ circa forum clausæ: iusticiumq; in foro sua sponte ceptum priusq; indictum: item iusticium per aliquõt dies seruatũ. idem ostendere uolens iusticium sublatũ finitumq; ait. ut romam redditũ est iusticium remissum est. Aulus gellius libro decimo nono iusticium interpretatur iuris quasi interstitionem quandam & cessationem: tiberius noluit seruari iusticium longius pp obitũ filii ¶Iliensium: troianorum duplex fuit ilium nouum & uetus. ¶Quod hectorem amissiffent: uolẽs tiberius irridere serotinam nimis & tardam iliensium consolationem. non inurbane respõdit se quoq; uicissim dolere de hectoris obitu: quĩ mille annis ante occubuerat. ¶Germanico: adoptiuo filio. ¶Obtrectauit: obtrectare est contra alienã sniam tractare & ob id obstare obsistere: & ut ueteres dixerunt obstrigilare. ¶Eluere:dilueret atq; refelleret: uidetur legendum potius esse eleuaret quod uerbũ uetus est & elegãter a uetustis in huiuscemodi significatione usurpatur: ẽ. n. eleuare res gestas uerbis deprimere & uero minores facere: ac pro nihilo habendas ostendere: super quo uerbo nõ pauca scripsimus enarrantes illud proptii: eleuat assiduos copia longa uiros apud liuium. Qu. fabius res gestas a scipione in hispania eleuauit hoc est depressit. Quintilianus eleuata testimonia uniuersarum simul gentium ab oratoribus restatur in quinto de huius uerbi significatu sic scribit agretius: eleuamus & quæ in altum tollimus: & quæ alleuiamus & leuiora facimus. ¶Immensam famẽ: solebant alexandrinii ægyptiiq; romæ annona laborãti suppeditare frumẽta & populum pascere: eratq; alexandria subsidium romanæ reipublicæ frumentarium: felicitatis autem tãtæ parens est nilus: cuius inundatione pingue scit ægyptus adeo: ut cum feraciss imis terris certet: & sicut iosephus egesippusque conscribunt ægyptus quattuor mensibus romanos alebat.

manicum patria charitate dilexit alterius uiciis offensus. Nam Drusus animi fluxioris remissioriscq; uitæ erat. Itaq; ne mortuo qdẽ perinde affectus ẽ: sed tñ non statim a funere ad negociorũ cõsuetudinẽ rediit: iustício lõgiore ĩhibito: qn & Illiensiũ legatis paulo serius cõsolãtibus q̃si oblitterata iã doloris memoria irridẽs: se quoq; respondit uicẽ eorũ dolere: qđ egregiũ ciuẽ Hectorẽ amisissent. Germanico usq; adeo obtrectauit: ut etiã præclara facta eius pro superuacuis elueret: & glorioss imas uictorias: ceu damnosas. R. P. increparet: qđ uero Alexandriã ꝓpter ĩmensam & repentinã famem: ĩcõsulto se adisset questus est ĩ senatu: etiam causa mortis fuisse ei per. Cn. Pisonem legatum Syriæ creditur: quem mox

Fluxi Fluxuræ Remissior uita

Perinde

iusticium

obstrigilaĩ Eleuare

Alexãdria subsidium frumẽtariũ

¶M. AN. ¶Animi fluxioris ĩ uitia pronioris: ac per hoc luxurioss & immoderati. Ver. Exerce imperia & ramos compesce fluentis: idest luxuriantes. ¶Remissioris: quod per summam corporis inertiam uoluptati & ocio esset deditus: ut magis cum plinio conueniat qui apitium scribit druso non sine patris indignatiõe ganeæ ꝓceptis blãditũ. Ci. pro pisone cũ remissis iucunde cum seni⁹ grauiter. ¶Peride: multũ. ¶Affectus: dolori succubuit. ¶Sed tãtum: nõ statim. q. d. in eo tẽperauit: qđ nõ ab illius funere reuersus cõtinuo cõuerterit se ad publica negocia obeũda. ¶Iusticio inhibito: qđ ĩ huiusmodi casibus ad publicũ merorem

testādū indici cōsueuit. ¶Iliēsiū legatis: exilio ad hoc ipm missis: ut illi dolorē: quem publice & priuatim ilienses cœpissent: quod filio unico priuatus esset coram testarentur: de recentioris ilii sede strabo quidē multa. ¶Oblitterata: obliuioni data. ¶Quod hectorem amisissent: satis urbane intempestiuum ilienſiū: redarguit officium. ¶Superuacuis: parum conducibilibus. ¶Elueret: i nihilum redigeret. ¶Alexandri am: quod & syria in ægiptum pertendisset. ¶Inconsulto se: se non prius auctore facto. ¶Per. Gn. Pisonē. pisonis ministerio.

huius criminis reū putant: quidā mandata ꝓlatuꝙ: nisi ea secreta obstarēt: per quæ multifariā increpitū: & ꝑ noctes creberrime acclamatū est: redde Germanicū: quā suspicionē cō firmauit ipse postea: cōiuge ēt ac liberis Germanici crudelē in modum afflictis.

De crudelitate & odio eius contra nurum.

NVrū Agrippinā post mortē mariti liberius quiddā questā manu apprehēdit græcoq; uersu si nō domi naris: inqt filiola iniuriā te accipe æstimas: nec ullo mox sermōe dignatus est. Quōdā uero iter cœnā porrecta a se poma gustaſ ñ ausā ēt uocare desiit: simulās uenenī se crie accersitā: quū ꝑstructū utrunq; cōsulto eēt: ut & ipse tētandi grā offerret: & illa q̄si certissimū exitiū caueret. Nouissime calūniatus mō ad statuā Augusti: mō ad exercitus cōfugere uelle pādatariā relegauit. Cōuiciātiq; oculū ꝑ cēturionē uerberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti per uim ore

¶PHI. ¶Criminis reū: piso factus ē reus a uitelio ueneficii: de quo iferius late dicetur. ¶Mandata prolatuꝙ: tanq̄ germanici mors sibi a tiberio mādata fuisset. ¶Nisi ea secreta: sensus ē piso diuulgasset mādata tiberii de germanico necādo: nisi id obstitisset. qđ erāt secreta & nullo teste ꝓbari potuissent. Tiberi⁹. n. pisoni soli solus talia mandauerat ne res fieret palā. ¶Multifariā: per sæpe & pluribus i locis. ¶Increpitum: castigatū reꝑhēsumq; & ad tiberiū potius referēdū q̄ ad pisonē. ¶Redde germanicū: hæc erat acclamatio populi nocturna: q̄ desideriū defūcti germanici testabatur. ¶Mariti: germanici. ¶Quiddā q̄stū. cū nescio qd de tiberio esset cōq̄sta. ¶Etiam uocare desiit: ad cenā scilicet & prandiū: est. n. uocare uerbū peculiariter accōmodatū conuiuis inuitādis. Marcialis. cū uocor ad cenā nō tā uenalis ut ante inde uocatores dicti qui ad cenā cōuictores noīe principis inuitabāt. Idem in carmine falecio: iā dices mihi uapulet nocator: & uocationes ipse inuitationes nominātur. Catullus. Querūt in triuio uocationes. ¶Acersitū legēdū est accersitū. nō aūt acersitam: ut sit sensus ideo tiberius desiit uocare ad mēsam nurū agrippinā: finxit se ab illa accusari insimulariq; crimine ueneni: arceſſere āt accusare ē: quod ab arceo nascitur: eteni aliū accusare a maleficiis arcere ē: accersere uero significat auocare: scribit priscianus i primo quod antiquissimi pro ad frequētissime ar ponebāt dicentes aruenas & aruētores pro aduenas & aduentores: unde arcesſo ab artio uerbo qđ nūc accio dicimus cōpositū esse autumat. ¶Calūniatis: calūniari est falsa crimina sciēter intendere: unde calūniatus falso criminatus p calumniam. ¶Ad statuā augusti: liceat inquit seneca seruis ad statuā confugere: quāto magis hoc licere debet liberis: & ingenuis: apud iuri scōsultos frequēter legimus seruos ad statuā principis tāq̄ unicū suffugiū solitos cōfugere ad euitandā seuitiam dñorum intolerabilem Vlpianus scribēs ad edilitiū edictū arbitrat eum seruū minime eē fugitiuū: qui ad statuā cæsaris cōfugerit. Calūniabatur tiberius agrippinā: propterea q̄ ad augusti cæsaris statuam cōfugere destinasset: tāq̄ serua esset: & ita uellet seuiciā tiberii tāq̄ domini intollerabilē subterfugere. ¶Modo ad exercitus: tāq̄ ꝑloratura auxiliū militare aduersus ipsum tiberiū & seditionē cōcitare. ¶Pandatatiā: insula ē in mari tyreno cuius sic meminit marcianus in geometria ultra tyberina hostia in formiano pontiæ pandateria: prochyta: enaria iarime a græcis dicta: de hac plinius in. iii. i puteolano sinu pandataria ē. ¶Conuitiatim: agrippinæ cōuicia & probra in tiberiū ingerenti. ¶Verberibus: uerbera nō solū dici pro uerberatione ipsa. sed etiam proinstrumento accipi accōmodato uerberationi indicat quintilianus i declamatiōibus sic scribēs: ignes ex proximo raptos uerbera quæ casus obtulerat inuado. ¶Mori inedia: cibi abstinētia: quibus autem mori inedia consilium est septimo demum die mortem oppetunt: sicuti uarro & gellius de septenari numeri ptāte scribētes significāt. idem quoq; plinius in. xi. testatur his uerbis: homini nō ante diē septimū letalis inedia. ¶M. AN. Huius criminis. plinius extat ait oratio uitelii qua reum pisonem eius sceleris arguit hoc usus argumento: palamque testatus non potuisse ob uenenum cor Germanici Cæsaris cremari. ¶Mandata: q̄ a Tiberio accepisset de morte germanici. ¶Prolaturum: in apertum relaturum. ¶Ea secreta: nisi illa obstaret difficultas: quod id sibi mandatum probare non posset: uel quia secreta principis proferre nō liceret ¶Acclamatū: nocturnis clamoribus inquietatum: ¶Redde germanicū: restitue populo: quē fraude fustulisti. ¶Nurū: agrippinā adoptiui filii coniugē. M. agrippa & iulia genitā. ¶Liberius: audacius. ¶Græcoq; uersu: Carmē neq; aꝑ Euripidē: neq; sophoclē neq; homerꝙ: neq; aliorꝙ quēpiā nisi me tumultuaria iq̄sitō fefellit reperio. ¶Crimie ueneni: q̄ si ueneno nurꝙ petiisset. ¶Præstructū: cōsulto factū. ¶Vtrūq;: utis uenenū si ꝓcederet illi daret illa ut uenenū tāq̄ certū exitiū caueret. ¶Calūniat⁹: falsa criatiōe isectat⁹. ¶Ad exercitus: qb⁹ germāicus ꝓfuerat: hicq; fuit calūniæ ꝓtextus. ¶Pādatariā: īsulā q̄ puteolāo ut scribit pli. iacet si

Vocare
Vocatores
Arcessere
Pro ad. ar
Aruenæ
Ad statuā cōfugere
Pandataria
Verbera

nu. ¶ Conuitianti: conuitium illi facienti. ¶ Per centurionem: centurionis ministerio. ¶ Verberibus: ex iis est quæ a gignendi casu: ut Focas ait sumunt declinationis exordium: ut uerberis frondis remigis.

Diducere

¶ PHI. ¶ Diducto: patefcõ. diducere enim diuidere est. ¶ Infulciri: imitti per ui & inculcari. ¶ Perseuerantẽ: i proposito ut cibo abstineret: & inedia cõficeretur. ¶ Inter nefastos: attende

nefasti dies

nefastos dies dici a tranquillo atros & ominosos aduersus gelii sniam scribentis a uulgo imperite nefastos dies, dici: quos atros ipse appellat & ominosos: sed de his habunde superius dictum est. ¶ In gemonias: gemoniæ scalæ dicebãtur, ad q̃s corpora dãnatorum tracta precipitabantur: quod plane dedecorosum erat defuncto: sicut & unco trahi: crebra est mentio apd ueteres scriptores gemoniarum. Cor. tacitus: tũc cõfossum colla ceratũq; & absciſſo, capite trucũ

gemõie qd

corpus sabini in gemonias trahũt: pli. in. viii. tradit canẽ a corpore ferui sabini non recessisse abiecto in gradibus gemoniis. Valerius in. vi. capite de seueritate scribit hæc: libertatem ademit: spiritũ extinxit: corpus contumelia carceris & detestãda gemoniarũ scalarũ nota fedauit. aꝑ tranquillũ frequens est mentio gemoniarũ: quas quidã a conditore nominatos opinãtur: sed cũ nulla auctoritate id fulciat: ego potius coniecto ex eo appellatas: quod locus erat gemitus & calamitatũ. ¶ Sibi gratiæ agerent: tãq̃ clementissimo: qd

ifamissima mors suspẽdiosi

non affecerit nurũ atrociore supplicio & morte laquei fediore. Infamissima eni mors erat eorum: qui laqueo uitam finiebãt: & in pontificalibus libris cautum fuerat: ut tales insepulti abiicerentur. unde & Virgilius tale genus mortis eleganter appellat informe cũ ait: & nodũ iformis lethi trabe nectit ab alta. ¶ Destitutus: orbatus desolatus. ¶ Die tyrocinii: quo sumpta toga pura in forum deducti sunt. Relege quæ cõmentati sumus in augusto sup die tyrocinii. ¶ Congiario: dono imperatorio. ¶ Ineunte anno: Calẽ. ianuarii: illo eni die uota suscipiebãtur: quoniã principio anni: ut inquit Ouidius in primo fastorũ templa patent aures que deum: nec lingua caducas cõcipit ulla preces: dictaq; põdus habent. ¶ Pro eorum salute: uota suscipiebãtur ex more calendis ianuarii pro salute iperatoris: sed cũ pro salute quoq; filiorũ germanici suscepta fuissent indoluit tiberius: perinde ac specimẽ id foret maximũ illos romanis eẽ cariſſimos. ¶ Talia p̃mia: tanq̃ uota publice suscipiẽda nõ sint pro salute cuiuspiã: q sit inexpertus & adolescẽs. ¶ Patefacta nota: detecto liuore & odio quo prius occulto & intra animi penetralia recõdito nepotes persequebat. ¶ Obnoxios. suppositos atq; subiectos. ¶ Concitaret ad comicia: fraudulẽter & dissimulanter agebat tiberius ut nepotes: quos perditos cupiebat incitarẽtur ad conuicia & maledicta in se dicẽda: ut mox sub pretextu lesæ maiesta

Probra

tis imperatoriæ supplicio dederentur. ¶ Probris: probra nominamus flagitia atq; dedecora: & pro conuitiis accipi testis est iuius: qui sic ait: ingerũt probra præterea probrũ stuprum ueteres appellauere. ¶ Fame genus, hoc mortis miserrimũ est si credimus camenis græcis ita clamitãtibus. Χαλεπώτατον θάνατον λιμὸν εἶναι

pontiæ

idest fame mori miserrimũ est. ¶ Pontia: plinius in tertio põtias pluratiuo numero appellat: sunt ãt põtiæ aduersum formias in mari etrusco. ¶ In ima: infima. ¶ Laqueos & uncos: tormẽtorum nomina sunt: nam & laqueo strãgulabãtur & unco trahebãt: sicuti olim acclamatũ ẽa senatu in cõmodũ imperatorem: qui senatum occidit unco trahatur: qui omnes occidit unco trahatur: qui templa spoliauit unco trahatur: & id sæpius repetitum cum igitur carnifex instrumenta carnificinæ ostentaret creditur neronem impulsum esse ad mortem uoluntariam ut semetipse interimeret: ne a carnifice per tormenta excarnificatus necaret. ¶ M. AN. ¶ Diducto: ui adapto. ¶ Infulciri: igeri: inculcari: ñ ut ui ueret ueꝝ ut diuti torq̃ret: sed acerbissima ẽ crudelitas ut Annæus seneca ait: Quæ trahit pœnã ẽq; iterdũ miseri cordiæ genus cito occidere. ¶ Ita absumptã: iedia extictã. ¶ Inter nefastos: si nefastos ut Macro. accipit expõas iter festos dixeris referri uolu isse: qa nefastus sit idẽ q & festus: sed hoc loco nefastũ, p infausto & nefario q̃les erãt postridiãi dies rectius interptabere i quẽ plane sensũ acrõ quoq; horatianũ illd: itactũ nefasti liqmus accepit: Nefastos dies enim litte

Dídúcto ínfulcíri cíbũ iussit: sed & pseuerantẽ: atq; ita absumptam crimínosíssime ísectatus ẽ quũ diẽ quoq; natalis eius inter nefastos referendũ suasisset. Imputauit etiam quod nõ laqueo strangulatam ín gemonias abiecerít; proq; tali clæmentia ínterponí decretum passus est quo sibí gratiæ agerentur: & capitolíno louí domum ex auro sacraretur.

De crudelítate & odío eius contra nepotes.

QVum ex germanico tres nepotes, Neronẽ: & Drusum & Caiũ: ex druso unũ Tíberium haberet: destítutus morte líberorũ maxímos natu de Germanici fíliís Neronẽ & Drusum, P. C. cõmẽdauit: díéq; utríusq; tyrocinii cõgíario plebí dato celebrauit, sed ut cõperít íneunte anno pro eorum quoq; salute publíce uota susceptа ægít cũ senatu non debere talía premía tribuí nísi expertís & ætate puectís atq; ex eo patefacta ìteríore animí sui nota omnium crímínatiónibus obnoxíos reddidít uaríaq; fraude ínductos ut & concítarentur ad cõuítía & concítarí perderentur: accusauit per lítteras amarissíme congestís etíam probrís & iudícatos hostes fame necauit. Neronẽ ín ínsula pontía Drusum ín íma parte palatíi putant. Neronem ad uoluntaríam mortem coactũ: quũ ei carnífex quasí ex senatus auctorítate míssus laqueos: & uncos ostẽtaret. Druso aũt adeo alimenta

ra notari solitos Festus prodidit. ¶Imputauit:suæ clemẽtiæ datũ uoluit. ¶In gemonias scalas.s.quo damnati uno tracti abiiciebant. ¶Diẽ utriusq; tirocinii quo primũ ĩ foꝝ sũt deducti. ¶Ineũte anno:initio anni ¶Pro eoꝝ quoq; salute.i.nõ ꝓ se tm̃.sed ꝓ illis ẽt uota suscepta. ¶Publice:publico noĩe. ¶Egit cũ senatu: petiit. ¶Exptis:uirtute aut merito aliquo probatis. ¶Animi sui nota:intestini odii iudicio. ¶Omnium criminationibus:oĩbus criminari uolentibus. ¶Obnoxios calũniæ & criminatiõibus subiectos. ¶Ad cõuitia:ut sibi quoquomodo conuinciarentur:reiq; fierent maiestatis. ¶Accusauit:ut maiestatis reos ad senatum per litteras detulit. ¶Congestis etiam probris:eoꝝ flagitiis & sceleribus enumeratis. Vulpianus probrum pro infamia accipit:sed & flagitium significat. ¶Pontia insula:quæ auctore Plinio contra formianũ iacet littus. ¶Ad uoluntariam mortem:mortem sibi ultro consciscendam.

subducta ut tomentum e culcitra tẽtauerit mãdere. Amboꝝ sic reliquias dispersas:ut uix qñq; colligi possent.

BIs oĩno toto successus tpe Romã redire conatus: semel trirẽmi usq; ad ꝓximos naumachiæ hortos subuectus est: disposita statione per ripas Tyberis quæ obuiã prodeuntes sũmoueret. Item appia usq; ad septimum lapidem: sed prospectis modo nec aditis urbis mœnibus rediit. primo incertũ qua de cã postea ostento territus. Erat ei ĩ oblecta mẽtis serpẽs draco: quẽ ex cõsuetudine manu sua cibaturus quũ cõsũptũ a formicis inuenisset monitus est: ut uim multitudinis caueret. Rediens ergo ꝓpe cãpaniã asturæ in languorẽ incidit: quo paulũ leuatus circeios pertẽdit. Ac ne quã suspicionẽ infirmitatis daret: castrensibus ludis nõ interfuit solũ: sed etiam missũ ĩ arenã aprũ iaculis desuper petiit: statimq; latere cõuulso: & ut æstuarat aflatꝰ aura in grauiorẽ recidit morbũ. Sustẽtauit aũt aliq̃diu: quãuis

¶ PHI. ¶ Per ambitum uerborum. uocabula reꝝ non pauciss ima sunt apud græcos: quæ singulis uerbis latine enunciari nõ possunt ut a græcis unde pluribus uerbis opus est ad ea latina oratione demonstranda: q̃ græci dicunt priuis hoc est singularibus uocibus. Inter hæc in primis gellius nomiat πολύπραγμοσύνην. quod iterpretari uoce una latina non queas. significat autem negotiationem multam & curiositatẽ circa res obeũdas. Consimiliter hieronimus ĩ prohemio chronycoꝝ eusebii significatum est inquit aliqd apd græcos unius uerbi proprietate non habeo meum quo id efferã & dum quæro imprete sententiam lõgo ambitu uix breuis uiæ spacia consummo. ambitũ uerborum dici circuitum qui græce nominatur periodos satis notum est. ¶ Nisi latinæ respondere. institutum uetus fuit: ut græcis nunq̃ nisi latine responsa romanĩ darent: cogebanturq; græci loqui per latinum interpretem non solũ romæ sed etiam in græcia & asia: quo scilicet latinæ uocis honos per omnes gentes uenerabilior diffunderetur. ¶ Secessus. s. capaꝝ. ¶ Triremi. triremem inuenit amocles corinthius. ¶ Naumachiæ. naumachiam uocamus & pugnam nauale & locum ubi pugna fit. hic locus significatur: uideturq; intelligendum eẽ de naumachia quam augustus construxit circa tiberim cauato solo: ubi mox fuit cæsareum nemus. ¶ Statõe: stationariis militibus per interualla collocatis. ¶ Prodeuntes obuiam. s. romanos honoris & officii causa procedentes obuiam principi redeunti. ¶ Appia. s. uia: quam appius claudius in censura muniuit: de qua papinius: appia longaꝝ teritur regina uiaꝝ. ¶ Ad septimum lapidem. ad septimum miliarium. s. subuectꝰ ẽ Marcialis: ad lapidem torquatus habet pretoria quartum. miliaria. n. lapidibus constitutis terminantur. Caius gracchus auctore plutarcho singulis miliariis columnas lapideas spatiis signa præferentes constituit. ¶ Nec aditis. prospexit menia tantum nec introiuit. ¶ Primo. quando usque ad hortos subuectus est. ¶ Postea: secunda uice. ¶ Serpens draco. scribit plinius libro undetrigesimo draconem nõ habere uenena & primum spondylum id est uertebram draconis mulcere aditus potestatum. draconum adipem uenena ta fugiunt. ¶ Quem cibaturus. signat draconem fuisse exarmatum. exarmatas autem feras dicimus mansuefactas: qui uero docent mansuescere mansuetarii uocantur. Lampridius in heliogabalo. habuit leones & leopardos exarmatos: quos edoctos per mansuetarios subito ad secundam & tertiam mensam iubebat accumbere. plinius in. x. de aspide quadam scribit: quæ ad mensam cuiusdam ueniens in egypto tanq̃ exarmata aleretur assidue formicus maternus mansuetarios feraꝝ nasci scribit oriente septentrione. ¶ Vĩ multitudinis. draco delitium tiberii consumptus a formicaꝝ numerosa multitudine portẽdebat principi uim multitudinis esse cauendam. ¶ Asturæ. ciuitas est ĩ latio haud longe a terracia: de qua iam dictum ẽ. ¶ Circeos: circei quondam insula fuerunt haud procul ab astura: ut inquit plinius. fuit hic circes sacellum: q̃ circeienses agros habitauit. ¶ Pertendit. perrexit. ¶ Castrensibus ludis. militaribus & in castris exhibitis. ¶ Conuulso. conuulsa dicimus membra quæ sede sua & loco mota sunt. apud plinium idemtidem leges remedia conuulsis medentia. ¶ Estuarat. solet afflatus auræ pernicioſus esse estuantibus & his maxime: q prius languebant: talia. n. ab æstu corpora refrigerata letaliter egrotare consueuerunt.

Nauma chia

Draco uenena non habet

Spõdylos

Exarmatæ feræ mãsuetarii

Circei

Conuulsa

¶ M. AN. ¶ Toto secessus tempore: quãdiu capreis fuit. ¶ Proximos naumachiæ hortos: naumachia sub ianiculo fuit in uaticani parte: sed quia hortos dixit: ad sua tpa uidetur Tranquillus respexisse siquidẽ Neronis horti in eodem tractu fuere: nec eo inficias & in parte martii campi circa tyberim a Cæsare dictatore & ab Augusto nauale prœlium editum. item hortosq; in eodem tractu fuisse Strabonis uerba demõstrant ¶ Via: quæ p bouillas & Ariciam pq; latium secus mare in campaniam ducit. ¶ Sed ꝓspectis: pcul uisis cæsar quoq; post Pompeium italia depulsum: quum Romam p Appiam peteret: hinc quoq; uidetur urbem ĩtuitus Lucanus: Quaq; iter est latiis ad summam fascibns albam: Excelsa de rupe pcul iam conspicit urbem ¶ Primo quum tyberi subuectus est: postea cum ad septimum usq; lapidem puenit. ¶ Serpens draco: qđ dracones mansuescerent haberenturq; in delitiis. Mar. Sic gelidum collo nectit flaccilla draconem; qđ alati sint Herodotus est auctor. est inquit arabiæ locus ad urbem bitim fere positus ad quem me contuli. qđ au-

direm illic uolucres esse serpentes. ¶Vim multitudinis: per formicaꝝ incursum prouisam. ¶Asturæ: astura insula inter antium & circeios est: item & flu. eiusdem nominis plinius est auctor. ¶Castrẽsibus ludis: sic in Claudio: anniuersarium inquit munus in castris prætorianis dedit sine uenatione & apparatu. ¶Latere conuulso: infracto uehementi motu labefactato: Plinius: ad rupta & conuulsa. ¶Aestuarat: æstu & labore affectus contabuerat. ¶Aura: tenui uento.

Misenum

¶PHI. ¶Misenum. plinius in iii. misenum esse tradit iuxta cumas & portum baiaꝝ. dictũ autẽ esse a miseno tibicine troiãno qs est qui ignoret. ¶Intempantia qui suapte natura intemperans est: is uix põt mutare naturã & colere frugalitatem: quæ in primis languenti custodienda est. ¶Dissimulatione dũ non uult uideri egrotus. ¶Cõmeatu abfuturus. medicus erat futur⁹ absens a tiberio cũ cõmeatũ hoc ẽ abeundi facultatẽ impetrasset.

Religio in dextra Deosculatio

¶Osculãdi causa. religio quædam ut inqt plinius in undecio in manu dextra est: quæ osculis auersa petit: in fide porrigit. hic hebrei deosculatõem p uenerationẽ ponunt: quia qui adorant solẽt deosculari manũ: caputque sũmittere auctor hieronimus li. .i. cõtra ruffinũ. ¶Tentatas uenas. puulgate magis q̃ insicite loquutus ẽ qui uenas a medico tẽtatas dixit pro arteria. nãq; arteriam tangere solent medici: cuius motus & pulsus est habitum morbi demõstret & modũ ut docet gellius in .xvii. sed nõ solũ uulgus semidoctũ uenam dicit p arteria: sed scriptores luculẽti: inter quos est celsus qui ait uenis maxime credimus fallacissimæ rei: quia sæpe iste leniores celeriosue sunt & etate & sexu & corporum natura. Persius. tange miser uenas & pone in pectore dextrã. seneca non põt medicus p epistolas tibi aut balnei tps eligere. uena tangẽda est. ¶Recũbere. uerbũ est cõuiuale & epulãtibus accõmodatũ. sicut accũbere discũbere accubare. ¶In medio triclinio. in media cenatione de triclinio lege quæ scripsimus in notis seruii. ¶Lictore. ministro ipatorio. ¶Valere dicentes. ualere uerbũ est recedẽtiũ. ¶Appellaret. familiariter alloquereť & noiatim affatus a se dimitteret. ¶In actis senatus. acta senatus oĩa ad tiberiũ absentẽ per scripta mittebanť ut sup rebus oĩbus fieret certior. ꝓterea ut ait celius in epistola quadã ad ciceronẽ: pegrinantibus omnibus gratũ est minimaꝝ quoq; reꝝ: quæ domi gerãtur fieri certiores. ¶Strictim. nõ explicata causa reatus. ¶Nominatus ab indice. index est qui facinoris cuius ipse est conscius latebras indicit: impunitate ꝓposita. scribit asconius certas esse causas quæ p indices fieri non possunt: sicut est repetũdaꝝ. neq; senatoria psona potest indicium profiteri salui⁹ legibus. Tiberius scripserat ad senatũ aduersus reos nihil aliud: nisi q̃ aiebat eos fuisse noiatos tanq̃ sontes ab inuicẽ: qui conscius facinoris illoꝝ indicium fecerat. ¶Pro contempto. p neglecto & despecto ac despicato. ¶Nisi ex tuto. tutissimum sibi locũ capreas existimabat: ex cuius loci fiducia posset mox seuire in senatũ: a quo se cõtẽni fremẽs indignabať. ¶Vi. uiolẽtia. ¶In uilla lucullana. uillã intelligimus ꝓtoriũ & edes in agro magnificẽter excultas: quales multas habuit lucullus: qui in primis iuxta neapolim uillam edificauerat exciso ẽt mente: ut euripũ & maria admitteret. qua de causa Pmpeius magnus xerxem togatum eum appellabat. auctor plinius in .ix. plutarchus ait a tiberione ita solitum appellari lucullum. ¶Venenum a caio datum. orosius de tiberio scribens ait. hic ambiguis ueneni signis obiit idem tradit eutropius. ¶Lẽtum. non presentaneum: uenenum. n. lentum & presentaneum opponuntur. lentum. n. eiusmodi est: quod mortem in diem profert: & quo sensim crassante cor tabescit. præsentarium uero mortẽ illico affert.

Vena Arteria

uena tangenda ẽ

index.

xerxes togatus

Lẽtum

ꝑsentarium

Misenũ usq; deuectus nihil ex ordine quotidiano ꝓtermitteret: ne conuiuia quidẽ ac cæteras uoluptates partim intẽperantia: partim dissimulatione. Nã Caridẽ medicũ quod cõmeatu affuturos e conuiuio egredíens manũ sibi osculandi causa apprehẽdisset: existimãs tẽtatas ab eo uenas remanere ac recũbere hortatus est: cœnãq; protraxit: nec abstinuit cõ suetudine quin tũc quoq; instans in medio triclinio astãte lictore singulos ualere dicẽtes appellaret.

De loco & tempore mortis eius.

INterim quũ in actis senatus legisset: dimissos ac neauditos qdẽ quosdã reos: de qbus strictim: & nihil aliud q̃ noiatos ab indice scripserat p cõtẽpto se habitũ fremẽs repetere capas quoquo mõ destinauit: nõ temere qcq̃ nisi ex tuto ausurus: sed & tẽpestatibus & ingraescẽte ui morbi retẽtus: paulo post obiit in uilla lucullana octauo & septuagesimo ætatis anno: tertio & uigesimo iperii .xvii. cal. apriles. Cn. Acerrõnio proculo. C. Portio Nigro cõsulibus. Sunt qui putent uenenum ei a Caio datum lentum atq;

¶M. AN. ¶Misenum: p mõtoriũ: ut Strabo & Pli. aiunt: cuius, pximũ a miseno Aeneæ comite illic sepulto Ver. Mõte sub aerio qui nũc misenus ab illo dicitur. papinius: phrigioq; e uertice graias: A discis misene tubas. ¶Dissimulatione: morbi occultatione. ¶Quod cõmeatu: abeundi uenia ipetrata. ¶Venas: Gellius reprehensũ medicũ affirmat: ut iperitũ a Tauro philosopho qd uenã p arteria dixisset: cuius pulsũ medici obseruẽt non uenã: qm̃ illa suo pulsu habitũ & motũ febriũ demonstret: uena aũt natura immobilis sit i dẽ Gellius & pli. plane demonstrãt: qd uena ab arteria distet: ut hæc plus spiritus habeat: illa uero sanguinis. ¶Appellaret: nominati salutaret. ¶In actis senatus: Ad eũ ex urbe delatis. ¶Strictim breuiter & concise. ¶Quam nominatos ab indice: noia tm̃ ad se p indicem delata. ¶Ausurus: in patres potius q̃ i reos. ¶Tẽ

pestatibus:qbus ipedientibus ex continenti in insulam traiicere nō poterat. ¶In uilla lucullana: q̄ luculli fuerat. Plutarchus magnifica & sūptuosa opa a lucullo ait circa neapolim extructa: atq; a stupēdis operibus xerxem togatum a tuberone appellatum. ¶Lentum & tabificum: nullo pene sensu uitam corrumpens.

tabificum. Alii in remissione fortuitæ febris cibum desiderā/ti negatum. Nonnulli puluinum iniectum; quum extractum sibi deficienti annulum mox respiciēs requisisset. Sæneca eū scribit intellecta defectiōe exemptum annulum: quasi alicui traditum; parumper tenuisse. dein rursus aptasse digito & cō pressa sinistra manu iacuisse diu immobilem subito uocatis ministris: ac nemine respondente consurrexisse. nec procul a lectulo deficientibus uiribus concidisse.

## De signis præcedentibus mortem eius.

SVpremo natali suo Apollinē Temenitē & amplí/tudinis & artis eximiæ aduectū Siracusis ut i bibli/otheca noui tēpli poneretur: uiderat p quietem affirmātem sibi nō posse se ab ipo dedicari: & ante paucos q̄ obiret dies

¶PHI ¶Tabificū sensim pau/xillatimq; cōsumens & ad tabi/tudinē ueluti deducēs. liuor dī eleganter uenenū esse tabificum qm̄ inuidentia quadā ueluti ta/be inuidos conficit atq; exest.

¶In remissione cibū desideran/ti. remissio & accessio in morbis contraria sūt: p accessionē auge/scit febris p remissionē relētescit a medicis q̄ritur: qn̄ egroto cib⁹ dari debeat. optimū. n. medica/mentū ē oportune cibus datus. asclepiades iclinata febre sed tū adhuc inherēte cibū dabat. tutis/simū aūt est totius accessiōis tps pterire: & in remissiōe alimentū offerī. ¶Puluinū iniectū. haud absimili mortis genere interem/ptus ē demetrius Philippi filius

Remissio Accessio

Quando egro cibus dandus

cui insidiatores iniectis tapetibus in caput fauces/q; spiritū intercluserūt. historia narrat a liuio lib. xl. pului/nus aūt quasi pulminus a pulma deduci credit: sicut & puluinar: est. n. molli pluma fart⁹ ἀπὸ κοιτίσ τῆ κῶσ hoc est diminutiue puluillus dictus: quo cubita fulciūt delicati. ut molliter quiescāt. hic in ezechiele scriptū legimus. ueh qui cōsuunt puluillos sub cubito manus: & faciunt ceruicalia sub capite uniuersæ ætatis: tro/pologice aūt qsqs male agēti adulatur: ut in moralibus interptatur gregorius: & in canonicis decretis distī/ctione. xlvii. repetitum ē: puluillū sub cubito iacentis ponit. ut qui corripi ex culpa debuerat in ea fultus lau/dibus molliter requiescat. a puluino puluinatum deriuatur. plinius in. xv. calicē nucis iugulandis puluina/tum noīat ad īstar puluini factū. puluinū & p quādā similitudinē uocamus in hortis partē eminētiorē mol/liorēq;. columela in. xii. spicæ alii liratim seri debēt: ut in puluinis positæ minus infestētur hyemis aquis. p/terea puluinus uocat a nautis ut ait seruius arena durior: quæ in modū saxi lapidescit. uitruuius in. v. pul/uinus inquit firmissime struatur. ¶Defectiōe. cum se deficere moriq; intelligeret: pōt etiam referri ad defe/ctionem familiariū; q moriente Tiberio uelut defecerāt destituerant/q; principem. ¶Quasi alicui traditum; anulum. Alexander magnus: uoce iā deficiente moribundus detractum anulum digito p dicæ tradidit: tā q̄ id signum foret declarādi quem uellet successorem. ptereā ut inquit plinius morientibus anuli detrahū/tur. ¶Compressa sinistra: ne. s. anulus detrahi sibi posset: qui sinistra manu digito qui minimo proximus ē gestari consueuit. ¶Concidisse. moribundū corruisse. ¶Apollinem tremenitem. in syracusano agro sōs est nomine temenitis: cuius meminit plinius in tertio inde apollo temenites cognominatus obseruauim⁹ curiose apud Ciceronem mentionem fieri huiusce apollinis syracusani: cuius hæc uerba sunt ex oratiōe de signis. ubi syracusæ describuntur. præterea duo templa sunt egregia: cereris unum: alterū liberæ: signumq; apollinis: qui temenites uocatur pulcherrimum & maximū: quod si iste portare potuisset nō dubitasset au/ferre. cum his. Mar. Tulli uerbis ita quadrant tranquilli uerba: ut ab illo mutuatus esse uideatur. Ci. apolli/nem temenitem uocat pulcherrimum & maximum. hic dixit amplitudinis & artis eximiæ. sed hoc unum quæso lector attende quod in codicibus tullianis: apollo temites uocatur: quem tranquillus temenitem di/cit: ex quo uidetur aut hic aut illic esse mendum. nam si a fonte temenite: qui in agro syracusano est ut dixi/mus nomen accepit. erratum erit in libris Ciceronianis: & pro temites corrigēdum temenites. sed uide ne potius themites apud tranquillum legendum sit: sicut apud Ciceronem passim legitur. tanq̄ apollo themi/tes cognominetur a themi dea fabulis celebrata: quæ fatidica fuit: & ante apollinem tenebat oraculum del/phicum ut dicit ouidius quam preesse uaticiniis prodidit matcellinus: & ut auctor ē strabo in. ix. olim apo/lo & themis humano generi utilitatem afferre cupientes oraculum simul comparare decreuerunt. ¶Nol/ui templi. quod ipse tiberius in honorem Augusti Romæ constituerat.

Mors de metrii puluin⁹qd puluillus

puluinus arena

Apollo te/menites

¶M. AN. ¶Alii: quo apparet ne tunc quidem cum uita decessit satis constituisse qua fuerit ui consūptus. ¶Remissione: quum febris remisisset. ¶Puluinum iniectum: ori appositum: ut spiritu intercluso necaret. ¶Requisisset: annulum adeptum. ¶Defectione domestico; fuga: insuetaq; circa se solitudine. ¶Annu/lum: est. n. principis annulus uoluntatis index. ¶Sinistra manu: uel qua erat annulus: uel quia sinistra pl⁹ ut diximus q̄ dextera pollebat. ¶Apollinem temenitem: ἀπὸ τοῦ τέμενος. credo. i. luco: siue loco nu/mini sacro dictum: sunt qui tenitem legendum putent: quia tenite deæ sortium crederētur: sed nullo mo/do placet. ¶Noui templi: Plinius in bibliotheca templi Augusti fuisse ait Apollonis colossum pedum quinquaginta dubium ære mirabiliorem an pulchritudine. Sed eum p inius in italia conflatum uidetur i/nuere: quod autem ad templum attinet: constat templum in memoriam Augusti a Tiberio romæ excita/tum: sed imperfectum ab eo relictum.

pharos ¶PHI¶Tuttis phari.apud ꝓpertiũ enarrantes illud ex lib.ii.aut pthlomeæ littora capta phari:multa cõ
scripsimus de multiplici pharo.quo circa in pñtia hoc solum dixisse suffecerit.pharos a priscis dictas turres machinas ue in portubus ad ꝓlucendi ministeriũ:nocturnosq; naturaꝝ cursus dirrigẽdos fabricatas. sicut tales pluribus locis inqt plinius flagrant:ut rauenæ.talis pharos.fuit quoq; cꝑis tpe Tiberii de qua loqt papinius.i silua ad claudiã uxorem theleboũq; domos trepidis ubi dulcia nautis lumina noctiuagæ tollit pharus emula lunæ hæc cõcidens casu suo & ruina portẽdit obitũ tiberii:cui i primis cordi fuit seceſſus capreaꝝ.ꝓtereundũ non ẽ qd traditur ab egesippo:q scribit i.iiii. pharon a græcis latiniſq; iuxta appellari ex ipsius rei usu: eo ꝙ lõge uideatur a nauigantib⁹ táq; φανὸς:qd significat lucidũ immutata littera pharos dicatur.

pharos uñ

¶Exarsit repẽte scribit plinius in.xviii.in terrenis igniqus esse presagia:hoc genus diuinatiõis igniſpiciũ uocamus. prim⁹ amphiarius inuenit igniſpicia.græce dicuntur dicitur pyromantia ignis ergo portentũ fecit Tiberio:dũ ex carbone iã extincto & repente emicans sua ſpõte refulsit i multam noctis partẽ.¶Tiberium in tiberim. iocabantur in nomine:tanq; tiberius i tiberim pp ſimilitudinem nois eẽt trahendus:sicut olī heliogabal⁹ in latrina occisus in tiberim precipitatus est:uñ post mortem appellatus est tiberinus & tractici⁹ tiberios legim⁹ ex eo dictos:qd iuxta tiberim nascerent.¶De os manes.apuleius in libro: cui titulus est demoniũ socratis tradit aĩum humanũ corpore exutũ nũcupari manẽ deũ:& honoris gratia dei uocabulũ addi.cicero i legibus quas cõdit.deoꝝ inqt maniũ iura sancta sũto.hos diuos hñto.plinius uanitatẽ mortaliũ ridet. q manes colunt deũq; faciũt:qui ẽt hõ esse desierit.de manibus plura in.iiii.ꝓpertii cõmentario hic dei manes & ꝓ diis inferis accipi uident & ꝓ umbris pioꝝ:quos rogabant ut tiberio locus tñmõ daret inter impios: q in tartaros torquẽtur.pii uero hĩtãt elisiũ.¶Vncũ.quo corpora trahebant.¶Gemonias.in quas abiiciebantur.¶In decimũ semp diẽ.hoc idẽ bononiæ obseruabat.quotiẽscũq; aliquis morti dãnatus est: ut nõ ante decimum diẽ de dãnato suppliciũ capitale sumat.¶De tiberio.de tiberii morte.¶Hos dãnatos.¶Fidẽ:auxilium & suppetias.¶Absente Caio.Caligulam intelligit:qui mox succeſſit in impio:qui aberat ab urbe: aderatq; tiberio moriẽti.¶Adiri.noĩe dãnatoꝝ.¶Custodes.qui dãnatos & custodias carcerarias custodire solent & debẽt.sed ut sapiẽtissime monet Aristoteles in:vi.politicoꝝ:debet ille qui custodit reos sepatus esse ab illo:qui animaduertit in eos.uiri.n.boni maxime recusant facere carnificinam. nati sub sidere Andromade sunt custodes carceris:aut ergastulis ꝓpositi aut carnifices.¶Constitutum.ne preuaricarent legem:qua sibi prescriptum erat tempus & dies:quo de dãnatis supplicium sumere iubebantur.¶Strangulauerunt.laqueo gulam fregerunt.¶Seuitia permanente.tanq; tiberius defũctus adhuc seuiret auctorq; fuisset:ut damnati strangularentur.¶Miseno.promõtorio campaniæ prope cumas & baias:¶Atellã.oppidum est campãiæ unde nomẽ atellanis fabulis iditum est:de quibus supra diximus.Amphitheatro.qd .s.erat atellæ ibiq; fabulæ agebãtur.

¶M.AN.¶Turris phari:quæ capreis fuit: de qua papinius:trepidis ubi dulcia nautis:Lumina noctiuagæ tollit pharus emula lunæ: Pharus insula in egypto ubi turrim iuxta alexandriam ad dexteram ut Strabo ait ptolemæi impensa sostratus gnidius architectus erexit:quæ nocturno lumine ex alto nauigãtibus tutam rectamq; nauigationem exhibebat:ad eius igitur imitationẽ pluribus locis circa mare turres i hunc usum erectas pharos dixere.Iu.Thyrrenamq; pharon dixit.Tranquillus ipse alibi in hostiensi portu turrim ait a Claudio erectam ad alexandrini phari exemplũ:ad cuius nocturnos ignes nautæ cursum dirigerent.¶Ac miseni proximis diebus quibus obiit id,ꝓdigium factum intellige.¶Etiã diu frigidus exarsit:quod ad ea quæ in eius morte euenerunt ptinuit.¶Tiberium in tiberim:eiiciatur.s.quod Cæsare in curia occiso fuit in animo cõiuratis facere.¶Deos manes:Acron bonos deos:manes credidit:uñ sit & mane:alii genios quos in uita sortiremur ad bonũ & malũ:Alii animas corporibus exutas:quo significatu uidetur mihi Liuius usurpasse:Instare inquit tribuni Claudio ut collegæ deos manes fraude liberaret:Non defuerũt

turris phari terræmotu capreis cõcidit:ac miseni cinis fauilla & carbo ad calefaciendum triclinium illatus extinctus: & iam diu frigidus exarsit.Repente prima uespera:atq; in multam noctem pertinaciter luxit.

## De lætitia Romanoꝝ in morte eius & gestis per eos.

MOrte eius ita lætatus ẽ populus:ut ad primum nũcium discurrẽtes: pars Tyberium in tyberim clamitarent:ps terram matrem deosq; manes orarẽt: ne mortuo sedẽ ullã nisi inter ipios darent:Alii uncũ & gemonias cadaueri minarent:exacerbati super memoriã pristinæ crudelitatis ẽt recenti atrocitate.Nã cũ senatusconsulto actũ eẽt ut pœna dãnatoꝝ in decimũ semp die differet:forte accidit ut quorũdã suplicii dies is esset quo nunciatũ d̃ Tiberio erat:hos iplorantes hoium fidẽ:quia absente adhuc Caio nemo astabat qui adiri iterpellariq; posset:custodes ne qd aduersus cõstitutũ facerent:strãgulauerunt:abieceruntq; i gemonias.creuit igitur inuidia quasi etiam post mortẽ tyranni sæuitia pmanente corpus ut moueri a Miseno cæpit: cõclamantibus plæriſq; Attellã potius defferẽdũ & i ãphitheatro

Tractitius Tiberii uñ

Dii manes

qui infernos esse deos dicerent: quos illi secuti deos manes orabant: ut ei nisi inter impios nullam sedē darent. ¶ Recenti atrocitate: nouo crudelitatis exemplo a ministris edito. ¶ De Tyberio: de tiberii obitū. ¶ Fidem: opem & patrocinium. ¶ Qui adiri: consulti rogari ue posset. ¶ Constitutum: præscriptum supplicii tempus. ¶ Tyranni: ad iratoꝝ appellationem non ad tranquillum id referas. ¶ Atellam potius: hoc est non modo non romam deportandum: sed cadauer ipsum aliq̄to etiam longius ablegandum: sūt enim Atellæ oppidum in campaniæ finibus ut Ptolemæus ait.

semiustulandum Romam p̄ milites deportatum est, crematūq̄ publico funere.

De testamēto & ultima dispositōe eiusdē.

TEstamentū duplex ante biēnium fecerat, alterū sua alterū libertī manu sed eodē exēplo, obsignauerat q̄ etiā humillimoꝝ signis. Eo testamento hæredes æquis partibus reliquit Caium ex Germanico, & Tiberium ex Druso nepotes substituitq̄ inuicē, dedit & legata pleriscq̄ iter quos uirginibus uestalibus ac militib⁹ uniuersis: plæbiq̄ Rōanæ uiritī atq̄ ēt sepatī uicoꝝ magr̄is.

De Germanico p̄re Caii & gestis eius.

GERMANICVS, C. Cæsaris pater Drusi: & iunioris Antoniæ filius a Tiberio patruo

¶ PHI. ¶ Semiustulandum, semicombūrendum Augustinus scribit in tertio de ci. dei metellū pontificem semiustulatū abripuisse palladium ex templo uestæ quod flagrabat incendio. ideo aūt semiustulandum esse cōclamarunt ut ostenderent nec quidem legitimo rogo esse cremandum: honorandumq̄ ipūm cremare apud Romanos non fuit ueteris instituti. terra condebantur. mox ī stitutum est ut crementur cadauera: cum cognouissent crui longinquis bellis obrutos. ¶ Humilimoꝝ. ignobilissimoꝝ & despicatissimoꝝ. testes autem testamento signando adhiberi non possunt serui mulieres: īpuberes: surdi: furiosi: neq̄ hi quibus bonis interdictum est: neq̄ hi quos leges iubent improbos intestabilesq̄ esse. ¶ Aequis partib⁹ diuisa ad æquilibriū hereditate. ¶ Substituitq̄ inuicem. ut puta: si caius heres non erit. Tiberius heres esto uel si Tiberius heres non erit caius heres esto. iurisconsulti multa luculenter conscribunt de institutis heredibus & coheredibus substitutis. ¶ Viritim. in singulos uiros plebeios. ¶ Vicoꝝ. magistris. magistri nō solum doctores artium sed etiam pagorum societatum uicorum collegiorum equitum dicuntur tanq̄ moderatores. magistrare enim moderari est.

Semiustulatus,

Cremandi mos

Mgr̄i uicorum

INTERPRETATIO CAII CALIGVLAE QVARTI CAESARVM.

TESTIMONIVM senecæ de Caio hoc modo Caius Cæsar sextum papinium: cui pater erat cōsularis: bitinum bassum quæstorem suum procuratoris sui filium alioscq̄ equites romanos & Senatores uno die flagellis cecidit torsit non questionis sed animi causa. deinde adeo impatiens fuit differendæ uoluptatis quam ingentem crudelitas sine dilatione poscebat: ut in crypta maternoꝝ hortoꝝ in ambulans quosdam exillis cum matronis atq̄ in aliis senatoribus ad lucellam decollaret. torserat per omnia quæ in reꝝ natura tristissima sunt: fidiculis tabularibus: eculeo igne. uultu suo. hō q de toto senatu trucidando cogitabat: qui optabat ut populus Romanus unam ceruicem haberet. hactenꝰ seneca. Caii Caligulæ: qui non tam homo dici meretur q̄ portentum: pater fuit germanicus. longe filio dissimillimus: adeo ut alter inter optimos alter inter pessimos sit annumerandus. ueꝝq̄ esse uideat illud manlii oraculum ex tertio astronomicon. Degenerant nati patribus. sparcianus quoq̄ luculentus historiæ scriptor autumat neminem prope magnōꝝ uiroꝝ optimum & utilem filium reliquisse. Deniq̄ aut sine liberis maximi uiri perierunt: aut tales habuerunt pleriq̄: ut melius fuerit de rebus humāis sine posteritate discedere. istud quidē in plerisq̄ ueꝝ esse cognoscitur: sed id germen improbum est. econtrario sicut ex generosa arbore fructiꝰ generosi, pgignuntur: ita fortes ut inquit oratius creantur fortibus & boni ipsoꝝq̄ parentum uirtus in filiis regeneratur. Quod id primis bentiuola, ples ostendit: in qua probitatem parentum generositatemq̄ cum admiratione suspicimus: tu uero prudentiam atq̄ moderationem clarissimi patris tui ita effingis ac representas: ut in filio pater appareat. in te effulget quicquid in maximo patre tuo diligimus quicquid mirabundi quotidie conspicamur. sed iā tp̄s est ut ad, ppositū reuertamur: enarremusq̄ Caii Cæsaris uitā flagitiosissimā: i quo nihil hois fuit p̄ter effigiē: ut talia cōtēplantes resiliamus ab īprobitate filii: cōuertamurq̄ ad uirtutes patris germanici emuládas non. n. potest uita Caligulæ īpura placere nisi impuro & oībus probris maculoso. sicut mores germanici apud bonos sunt & amabiles & imitabiles. pretereundū ¶ M. AN. ¶ Semiustulandum: ne legitimo quidem rogo funerandum: siquidem quo amplior pyra ea honoratior quod Homerus in patrocli funere demonstrat. Lucanus quoq̄ in pompeiano rogo queritur summo uiro pyræ materiam defuisse. ¶ Duplex: duplici manu notatum. ¶ Humillimoꝝ: humillimæ fortūæ signatoribus adhibitis. ¶ Aequis partibus: utrunq̄ ex semisse. i. dimidia bonoꝝ parte. ¶ Caiū: ex germanico & Agrippina natum. ¶ Nepotes: quia uterq̄ hic ex adoptiuo filio erat: ex naturali ille genitus. ¶ Substituitq̄ sibi inuicem: ut uterq̄ alteri succederet.

degenerāt tribus

Virtꝰ parētū in filiis

Laꝰ anniballis bētiuol

MARCI ANTONII SABELLICI AD AVGVSTINVM BARBADICVM SERENISS. VENETIARVM PRINCIPEM PARAPHRASEOS IN CALIGVLAM PARAENESIS QVARTA.

GErmanicus ex omnibus qui in cæsaȝ familiam per adoptionem uenere: Germanicus cæsar ob ingentes animi uirtutes dotosq; corporis præcipua meo iudicio fuit laude dignus: soleoq; propterea post alia multa quæ in tranquillo mirari cõtingit hoc nõ in extremis habere Sereniſſime Princeps: quod tanti uiri memoriam licet ad imperium non peruenerit non sit passus interit: quin uindicauerit potius illam ab omni obliuionis iniuria: uindicauit.n. quãtum in se fuit: q̃q̃ Ouidius Naso huic fastoȝ libros inscripsit: & Fabius Quintilianus dum ab ingenio & eloquentia Domitianũ sub Germanici appellatione laudare contendit ad illius de quo loquor: uirtutes alluſiſſe uideri potest: sed redeo ad hunc nostrum qui non minus artifitioſe q̃ eleganter optimi patris peſſimo filio uitam prætexuit: ut appareret non usq; adeo ueȝ esse illud euripidis ἄρ' οἱ τέκνον τέσ' ἀϊᾶφερόυσιν sed quod sequitur longe uerius ἦ τ' ῥᾴφαι &.n. non patris natura caligulæ obfuit cuius nihil in uita retulit: sed carnificina illa a uita: inexplebilis auaritia: portentosæ q; capreensis seceſſus libidines: quæ pestem illã humani generis aluere: funeſtoq; principatui omnium sceleȝ semina formentaq; turpiſſima præbuerunt. Nunc ne longius euagemur enarrationis ratio admonet. ¶ Druſi & minoris Antoniæ filius: Druſus Tyberii frater ex duabus. Marci antonii & octauiæ filiabus minorẽ natu dixit uxorẽ: Maior natu Dõitio ænobarbo nupſit. Plutarchus ẽ auctor. non est: quod olim commodus imperator illum feris abiici iuſſit: qui legerat hunc tranquilli librum uitam Caligulæ continẽtem. quia eundem diem natalis habuerat: quem & Caligula: de quo ſcripturus tranquillus ſummatim breuiterq; percurrit. uitã obitum uirtutes patris germanici: cuius ſi filius talis extitiſſet: hodie inter optios principũ numeraretur: sicut inter peſſimos referri meruit flagitiis & crudelitatis carnificina. ¶ Iunioris antoniæ. hæc est illa antonia: quam nunq̃ expuiſſe traditum est: quæ ideo iunior a tranquillo nominatur: qm̃ ſororem habuit natu maiorem de utraq; antonia sic ſcribit plutarchus in antonio. ex duabus antonii & octauiæ filiabus alteram domitius enobarbus alteram pudicitia & forma preclaram Druſus liuiæ filius Cæſaris priuignus dixit uxorem: ex qua nati fuerunt germanicus & claudius. ¶ Adoptatus. diximus ſupra diuum auguſtum non antea Tiberium adoptare uoluiſſe: q̃ is germanicum adoptaſſet Druſi fratris filium: ut ptinus adoptione facta incipet germanicus auguſti nepos esse. ¶ Quæſturã. quæstura apud romanos primus honoȝ gradus est: auctor Ci. in actione prima cõtra uerrem. ¶ Anteq̃ p leges liceret. in petitione magiſtratuũ lex erat p̃ſcribens legitimã ad petendum etatẽ. unde & annalis dicta: de qua sic ait Ci. in libris legũ. ciuitatem annali lege ſeruanto. hinc illud est apud hiſtoricos celebratiſſimũ de Cornelio Scipione: cui petenti edilitatẽ cũ obſiſterent tri. plebis negãtes rationem eius hñdam esse q; nundũ ad petendũ legitima etas foret: ſi me inqt oẽs quirites edilẽ facere uolunt ſatis annoȝ habeo. Cicero in qnta antonianaȝ auctor est ueteres illos romanos nullas habuiſſe leges annales. multoȝq; exempla commemorat: qui admodũ adoleſcentes ob magnam uirtutis indolẽ anteq̃ p leges annales liceret adepti ſunt ampliſſimos magiſtratus in quibus maximis rebus geſtis po. romani ipiũ auxerũt & nomen ornauerũt. pacatus quoq; panegyriſta refert nõ ſolũ in magiſtratibus ampliſſimis adipiſcẽdis: ſed ẽ in edilitatibus capeſſendis ſpectatã esse etatẽ petitoȝ. nec quenq̃ ait tãtũ ualuiſſe nobilitate uel gĩa uel pecunia: qui annos lege comiciali p̃ſcriptos feſtiatis honoribus occuparit. Nec iniuria id qdẽ. Nãq; illo adoleſcẽtiæ lubrico q nõ cadit ſaltẽ titubat. Germanicus tñ ob indolẽ uirtutis creat'ẽ queſtor annis qnq; añ tps annali lege p̃ſcriptum. illud attende: qđ a pacato lex comitialis eleganter appellat': qua finiuntur anni magiſtratus capiendi. quam ueteres mõ annalem modo annariam nominitauere. ¶ Poſt eã. ſ. queſturam: ¶ Statim transcendendo media sũma imis cõtinuauit: cũ inter quæſturã & cõſulatum sint intermedii magiſtratus edilitas: & p̃tura: olim tribuni plebis auctore liuio nõ patiebant' titũ flaminiũ petere ex q̃ſtura cõſulatum tanq̃ faſtidiret edilitatẽ atq; p̃turam: neq; p gradus honoȝ tenderet ad conſulatum. Nam ut ſcribit Gregorius ille cauſam appetit: qui ad sũmi loci faſtigia poſt poſitis gradibus p abrupta querit ascensũ: & ut diſtinctione unde quinquageſima decretoȝ traditur: ordinate ad ordines ascẽdendũ est. sed sicut apud p/auos titus flaminis ex queſtura petiit cõſulatum & impetrauit: ita germanicus omiſſa petitiõe edilitatis atq; p̃turæ a quæſtura ſtatim transcendit ad conſulatum. ¶ Exceſſu. obitu. ¶ Legiones. q̃ erant in germãia. ¶ Sibi' germanico. ¶ Pietate. erga tiberium patrem. ¶ Hoſte deuicto. germanis hoſtibus debellatis ſingulatiuus numerus pro pluratiuo. eloquutio est apud hiſtoricos & poetas frequentiſſima. ¶ Priuſq̃ honorẽ iniret. anteq̃ ſecundum conſulatum auſpicaretur.

¶ M. AN. ¶ Anteq̃ per leges liceret lege annaria cautum erat: quo eo quiſq; uite anno ſingulos gradatim honores caperet. ¶ Pietate: pio in adoptiuum patrem Tiberium amore & obſeruãtia. ¶ Ex hoſte: ex Germanis uictis: Euſebius de parthis quod miror eum triumphaſſe ſcribit nec eo ĩfitias armeniæ regem ab eo deuictum: ſed poſt uictoriam romam reuerſum non reperio.

Quod olim commodus imperator illum feris abiici iuſſit: qui legerat hunc tranquilli librum uitam Caligulæ continẽtem. quia eundem diem natalis habuerat: quem & Caligula: de quo ſcripturus tranquillus ſummatim breuiterq; percurrit. uitã obitum uirtutes patris germanici: cuius ſi filius talis extitiſſet: hodie inter optios principũ numeraretur: ſicut inter peſſimos

adoptatus: quæſturam quinquẽnium ante q̃ per leges liceret & poſt eam conſulatum ſtatim geſſit: miſſuſq; ad exercitum in Germaniam exceſſu Auguſti nunciatio legiões uniuerſas imperatorem Tiberium pertinaciſſime recuſantes: & ſibi ſummam Reipubli. deferentes incertum cõſtantia an pietate maiore compeſcuit: atq; hoſte mox deuicto triũpha uit. Conſul deinde iterum creatus: ac prius q̃ honorẽ iniret.

nũq̃ expuit antonia

Lex annalis

Satis annorum hẽo

pãegyriſta

Qui nõ cadit titubat.

Lex comitialis

Lex ãnaria

ordiate ad ordies aſcẽdendum

¶PHI. ¶Ad cõponendũ oriẽtis statum: oriẽs id tẽporis erat tumultuosus: unde ait ioseph⁹ libro. xviii. antiquitatũ: senatus ex decreto germanicũ mittit cũcta syriæ negocia correcturum: ea enim tẽpestate mortuus erat comagenæ rex anthiochus: & plebs aduersus nobilitatem scisia tumultuabatur: mittit itaq; utriq; pars legationem: romam nobilitas quidem statũ rei public emutare desiderans: multitudo uero regnum habere proprio more discupiens. ¶Expulsus: amandatus detrususq; poti⁹ ex maleuolentia tiberii: q̃ beniuolẽtia. ¶In puitiæ formã redegisset: scri. eutro. Tiberiũ bella per legatos gessisse archelao capadociæ rege romæ retento regnũ illius i prouinciæ formam redegisse & maximam ciuitatẽ appellari nomine suo iussisse: q̃ nũc cesarea dicitur cũ mazaca ãte diceret. ¶Diutino: longo & lento. ¶Anthiochiæ obiit: appianus in syriacis tradit sexdecim ciuitates nomine anthiochidas a seleuco nicatore conditas in memoriam paterni nominis: quarum illustrissima fuit anthiochia illa: q̃ sub libano monte condita erat: ab antiochia antiochena syria cognominata est: cuius meminit pli. dide his uerbis promontorium syriæ antiochenæ: intus antiochia ipsa libera epiphãeis cognominata oratione anne diuiditur. ¶Præter iiuores: inter signa extincti ueneno hæc in primis suspitiosa sunt: corpus liuoribus decoloratum: os sumabũdum: & cor flammis iexpugnabile: quæ omnia extiterunt in germanico: liuores autem sunt maculæ liuentes: quales faciunt flagella in ecclesiastico scriptum est: q̃ flagelli plaga liuorem facit in rhetoricis proditum est capite de argumẽto: si tumore aut liuorẽ decoloratum est corpus mortui significat eum ueneno necatum. ¶Cremati quoq; cor. plinius in. xi. negatur cor cremari posse in his: qui cardiaco morbo obierint: negatur & ueneno interemptis: certe extet oratio uitelii: qua reum pisonẽ eius sceleris coarguit: hoc usus argumento palãq; testatus non potuisse ob uenenũ cor germanici Cæsaris cremari. contra genere morbi defensus est piso. ¶Opera pisonis: iosephus in. xviii. germanicũ a pisone ueneno peremptum testatur. ¶Aut patrem. Tiberium: aut filium germanicum. ¶Nullo adhibito modo: sine tẽperamẽto & moderatione: plautus in penulo: modus omnibus in rebus soror optimus est habitu: nimia omnia nimiũ exhibent negocium hominibus per se. ¶Pene: paulum abfuit quin a populo discerperetur. ¶Capitis damnatus: quamuis dicat plinius pisonem defensum esse genere morbi: non tamen negat eum fuisse damnatũ: ille enim obiectum ueneficii crimẽ diluit illo argumẽto: non tamen euasit. ¶Corporis animiq; uirtutes: græci τὰ τῶν ἀφύσεων: uocant: quæ latini prima naturæ nominauerunt: quæ a uarrone eleganter primigenia nuncupantur: in quibus hæc in primis numerari solent: in corpore membrorum integritas ui res: pulchritudo: incolumitas: integri sensus ceteraq; generis eiusdem in animo uero iugenii bonitas: & q̃si uirtutum igniculi & semina: hæc prima naturæ affatim in germanico fuisse docet tranquillus: in quorũ conseruatione illustres philosophi summum bonum collocauerunt.

¶M. AN. ¶Orientis statum: antiocho comagenæ rege defuncto orta inter plæbem & nobilitatẽ discordia plæbeis regnum ut antea desiderantibus: præsidiariam administrationem nobilibus ab utriq; legati sunt: Romam missi utraq; legatione romæ susceptа decreto patrum germanicus mittitur cuncta syriæ negocia correcturus: iosephus est auctor. ¶Expulsus: ablegatus ad suspecta tiberii consilia omnia referas. ¶Armeniæ regem: orodem credo quem arthebanus pater non multo ante armeniæ regem constituerat ¶Cappadociam: archelaum cappadociæ regem: tiberius romæ penes se retinuit regnumq; ipsum in prouinciæ formam redegit. Eusebius est auctor. ¶Diutino: longo quasi dicat diu morbo conflictatus qui dã diuino legunt cardiaco. n. cõstat extinctum. ¶Antiochiæ: autiochia metropolis syriæ: ut strabo ait & ab antiocho epiphane dicta e quo nouissime instaurata & aucta est: epiphaneis quoq; olim cognominata: ut plinius scribit uterq; eam ad orontem fluuium posuit. ¶Et spumas: ut tam spuma quã liuor ueneni scelus argueret. ¶Cor incorruptum: nihil igne consumptum quod nõ solũ in iis: qui ueneno sed qui etiã cardiaco morbo perierint euenire cõstat: quo argumẽto plinius ait pisonẽ in iudicio defensum. ¶Aut patrem tyberium qui eum adoptarat. ¶Aegrum: morbo implicitũ: ut ad illud referatur qđ diutino dixit morbo pe

sexdecim anthiochiæ

Cor cardiacis non cremari

Primigenia naturæ

## De morte germanici.

BIit autẽ: ut opinio fuit: fraude Tiberii ministerio & opa. Cn. Pisonis: qui sub idem tempus Syriæ p̃positus: nec dissimulans offendendũ sibi aut p̃rem aut filium quasi plane ita necesse esset: etiam ægrũ germani cum grauissimis uerboq; ac rerum acerbitatibus nullo adhibito modo affecit: propter quæ ut Romam rediit pene discerptus a populo: a senatu capitis dãnatus est.

## De uirtutibus animi & corporis germanici.

OMnes Germanico corpis aiq; uirtutes: & quantas nemini cuiquam contigisse satis constat. Formam

riisse. ¶ Capitis damnatus est: plinius scribit a Vitellio pisonẽ accusatum idẽ hæc subicit genere morbi: de fensus est piso defensus dixit quasi damnatus non fuerit: nisi intelligas morbi genus in pisonis defensio nem allatum: q̃q̃ ne argumẽtũ qdẽ ipsum, pfuerit: qd pisonis opa germanicus perierit. Iosephus quoq; te stat: nã ĩ ptes iqt ueniẽs oriẽtis & ĩ meli° cũcta disponẽs a pisone ueneno pmitit. ¶ Formã & fortitudinẽ pul chritudinẽ & robur corporis ut tota laus sit a bonis corporis: nisi fortitudinẽ inibi animi uirtutẽ accipias.

Fortitudo

¶ PHI. ¶ Fortitudinẽ: fortitudo ut philosophi definiunt. est considerata periculorum susceptio & laborum perpessio cuius partes sunt magnificentia fidẽtia patientia perseuerãtia excessus fortitudinis temeritas uocatur: defectus timiditas est n. ipa

Virtus mediocritas ingenium

uirtus: ut græci dicunt. μεσότης. i. mediocritas. ¶ Ingeniũ: uno ingenii noie ut inquit Cicero in quinto de finibus appellatur docilitas & memoria easq; uirtutes: qui habent ingenioſi uocantur. ¶ Vtroq;: græco & latino. ¶ Conciliandæ gratiæ. liuius tradit miram in scipione africano dexteritatem fuisse ad animos hominum concilian

& fortitudinem egregiam; ingeniũ ĩ utroq; eloquentiæ dotrinæq; genere præcellẽs; beniuolentiã singularẽ cõciliãdæ q̃ hoium gr̃æ ac promerendi amoris mirũ & efficax studiũ formæ minus cõgruebat gracilitas crurũ; sed ea quoq; paulatim repleta assidua equectiõe post cibũ, hostẽ cõminus sæpe pcussit: orauit cãs etiã triũphales; atq; ĩter cætera studioꝝ monumenta reliquit & comœdias græcas: domi foriſq; ciuilis; líbera ac fœderata oppida sine lictoribꝰ adíbat. Sicubi clarorũ uiroꝝ sepulchra cognosceret: ínferias manibus dabat. Cæsorum clade uariana ueteres ac dispersas reliquías uno tumulo humaturus colligere sua manu & comportare primus agressus est; obtrectatoríbus etiam qualescunqne & quantascunque de causa nactus esset; lenis adeo & inoxius

dos: adco: ut etiam syphacem hostem Romanis infestissimum facunde alloquendo sibi conciliauerit.

Crusculũ

¶ Gracilitas crurium: crura obesa & carnosa notam habent impudentiæ intẽperatumq; significant: medio critas ut in omnibus ira in cruribus laudabilis ẽ: crus nimis gracile diminutiuo uocabulo cruſculum noiatur: martialis pectus cicade cruſculũq; formicæ. ¶ Equi uectione post cibũ. uectatio equi post cibum culpatur a medicis & in primis ab auicena scribente hominem cibo plenũ & saturũ equitate nõ debere: ne cibus corrumpatur in stomacho: atqui eqtatio auctore plinio stomacho & coxis utilissima ẽ: qd ita ĩtellige: si fiat tempestiuiter. ¶ Cominus: prope & cum gladio cum a manu ut aiunt ad manum uentũ esset ex hoc linq̃t germanicũ fuisse bonum imperatorem: & strenuum bellatorem: ĩ imperatore enim mun° animi exigitur ut inquit amianus: in milite uero fortitudo certaminum & robur corporis deposcitur. ¶ Et iam triumphalis: legendum est triumphalis non autem triumphales: ut sit sensus germanicum non solum in minori fortuna collocatũ: sed etiam in maxima & eo tempore: quo iam triumphauerat: orasse causas more patronorũ cum multi forenses causas aspernari soleant in fastigio dignitatum collocati tanquam minus cõgruentes sicut hortensius post consulatum summũ illud suũ studiũ in agendis causis remisisse traditur eloquentiã forensem in germanico sic laudat ouidius in primo fastorum. Quæ sit enim culti facundia sensimus oris ciuica pro trepidis cũ tulit arma res: si legimus triumphales intelligimus causas magnas & ad triumphum decernẽdũ pertinentes esse oratas a germanico prior lectio tersior est & uenustior. ¶ Comedias: germanicũ in poetica floruisse idem testatur ouidius dicens scimus & ad nostras cum se tulit impetus artes ingenii currant flumina quanta tui: huic enim germanico fastorum libros dedicauit: cui omnia illa quadrant: quæ in fastis leguntur. ¶ Sine lictoribus: in hoc se ciuilem & politicũ exhibebat: cum sine lictoribus & ministris tanq̃ ciuis: nõ tãq̃ princeps adiret ciuitates. ¶ Federatas: hoc est federe iunctas popu. romano. plinius alios federatos alios stipendiarios po. ro. fuisse prodidit. ¶ Inferias manibus dabat: ideſt sacrificabat umbris defunctorum: suut enim manes ut supra dictum est animæ mortuorũ: quos dei uocabulo addito deos uocabant: inferiæ ãt sunt sacra mortuoꝝ: quæ inferis soluuntur. Virgilius: uiuentes rapit inferias: quos ĩmolet umbris. ¶ Censorũ: interfectorũ. ¶ Dispersas reliquias. specimẽ pietatis in germanico laudabile hoc est q̃ sua manu colligere uoluit reliquias eorum & ossa: qui fuerant cesi illa maxima clade uariana cuius historia in augusto explicata est. ¶ Obtrectatoribus: criminatoribus & uituperonibus: quos neuius subdicti supercilii carptores appellat: quos cato elegãter uitiligatores nominauit: ex uitiis & litigatoribus nomine cõpo-

Fasti dicati germãico

Inferiæ

uitiligato° res uitilitigẽt locus plinii

sito: unde apud plinium in proemio na. historiæ ita legenda uidentur uerba hæc catoniana: scio ego quæ scripta sunt hæc si palam proferantur multos fore: qui uitiligẽt hoc est obstrigilẽt carpant criminentur: tanquã uitigilare uerbo antiquo & eleganti sit mordere obtrectare insectari: a quo uitiligatores dixit cato obtrectatores: potuit autem facillimo transitu uerbum illud uitigilent per inscitiam demutari atq; deflecti in illud inuiti legent: quod in omnibus plinianis codicibus irroboratum conualuit: sed doctis placet uitiligent: & in primis hermolao barbaro probatur: qui doctrinarum asylum est & plinianæ eruditionis thesaurus. ¶ Innoxius. minime nocens alias insons & innocens. ¶ Lenis: benignus & clemens:

¶ M. AN. ¶ Ingenium: facilitas & acumen. ¶ In utroq; eloquẽtiæ genere. romanæ & græce: & ut prior illa a corpore laus: ita hæc ab animo quæ longe uerior & certior est. ¶ Promerenda: concilianda: ut neque hominum fauorem illi defuisse: neque studia intelligas. ¶ Formæ minus congruebat: ut sit uerissimum illud horatii: nihil est ab omni parte beatum. ¶ Hostem: minus quod fortis est: & strenui uiri. ¶ Triumphalis: uel post quam triumphum egit causas orauit: ut sit sensus nõ solũ ab initio: sed ubi

etiam triumphum egit ne neceſſitudines in periculo deſtitueret cauſas orauit uel triumphalis cauſas coniunctim legito:quaſi dixerit non magni:ſed maximi ponderis cauſas egit:nã in triumpho decernendo ſæpius grauis incidit patribus dubitatio.& apud Valerium caput unum de iure triumphandi inſcribitur. ¶Græcas:græce ſcriptas. ¶Ciuilis:quæ in ciuem potius q̃ in principem ſolet cadere. ¶Fœderata:fœdere po.ro.aſtricta: ¶Sine lictoribus:ſine miniſtris:& hoc non paruum ciuilitatis argumentum. ¶Inferias:exequias:ut ſeruius interpretatur. ¶Clade uariana:quæ in germania:ut diximus accepta eſt tribus inibi legionibus amiſſis ¶Qualeſcunque:cuiuſcunque ordinis & fortunæ. ¶Quantacunque:de cauſa uel leui uel graui. Innoxius:nihil nocens.

ut Piſoni decreta ſua reſcindenti;clientelas diu uexãti;ñ prius ſuccẽſere in animũ induxerit q̃ ueneficiis quoq; & deuotiõibus ipugnari:ſe cõperiſſet:Ac ne tũc qdẽ ultra progreſſus;q̃ ut & amicitiam ei more maiorum renuunciaret;mãdaretq; domeſticis ultionem ſi quid ſibi accideret.

De fauore & dilectione omnium ad eum.

Varum uirtutũ fructũ uberrimũ tulit;ſic probatuſ & dilectus a ſuis:ut Auguſtus:omitto.n.neceſſitudines reliqs diu cũctatus an ſibi ſucceſſorẽ deſtiaret:adoptãdũ Tiberio dederit;ſic uulgo fauorabilis:ut plurimi tradant quotiẽs aliquo aduẽiret;uel ſicũde diſcederet;præturba occurrẽtiũ;proſequẽtiũue.nõnũq̃ cũ diſcrimine uitæ adiſſe; Egeemania uero poſt cõpreſſam ſeditionẽ reuertẽti pretorianas cohortes uniuerſas prodiiſſe obuiã;q̃is pronunciatũ eſſet:ut duæ tãtũmodo exirent:populi aũt Romani ſexum, ætatẽ;ordinẽ omnẽ,uſq; ad uiceſimũ lapidem effudiſſe ſe.

¶PHI. ¶Piſoni:cuius miniſterio uenẽo periit. ¶Decreta hoc referendũ ẽ ad illa decreta.q̃ ad componendũ orientis ſtati miſſus germanicus in ſyria factitauerat:quæ piſo utpote ſyriæ p̃poſitus reſcindebat:nec rata habere uolebat. ¶Reſcindenti:infirmanti ſubneruanti irrita facienti. ¶Clientelas:quas.ſ.ſibi beneficiis in ſyria cõparauerat germanicis:de his enim intelligendum eſt. ¶Succenſere:iraſci:ſucenſere ut inquit donatus ẽ ex cauſa iraſci:hinc illud apud filiũ fabianũ documẽtũ ſuccẽſere nephas patriæ. ¶Deuotionibus: execrationibus deteſtationibuſq; quales apd priſcos romanos fuerunt diræ nuncupatæ: qbus ateius tri.plebis.M.craſſum ad bellũ parthicum eũtem execratus eſt:ex quo illud apud lucanũ in tertio pharſaliæ craſſumq; in bella ſecutus ſæua tribunitiæ uouerũt p̃lia diræ:hæ execrationes talẽ habere ptãtem credũtur:ut nemini fas ſit:qui in eas inciderit euadere plutarchus & appianus de his ait oratius in epodo.diras uos agam dira deteſtatio:nulla expiatur uictima. ¶More maiorum renunciaret:legimus apud liuium libro uigeſimo quinto badium cãpanũ:quintio criſpino romano palã omnibus duobus & exercitibus audientibus renũciaſſe hoſpiciũ.nihil ſibi cũ eo ſociatũ nihil federatum:deinceps futurũ:herodotus quoq; i thalia refert quẽ admodũ amaſis ægypti rex amiciciã polycrati renũciauit miſſo ad eũ caduceatore dixitq; ſe ius hoſpitii cũ illo ſoluere. ¶Vltionẽ:uindictam mortis ſuæ. ¶Si quid ſibi accideret:hoc ẽ ſi moreretur fraude opaq; piſonis extinctus:in teſtis hæc clauſula peculiariter aſcribi ſolet:ſi quid ſeio humanitus acciderit. ¶Neceſſitudines:affinitates & cognationes. ¶Succeſſorẽ.ſ.germanicũ. ¶Adoptandum tiberio dedit:ſicut ſupra explicatum eſt.auguſtus germanicũ a tiberio adoptari uoluit.cum ipſe tiberium adoptarat:ut ille i ſua quoque eſſet poteſtate:qui ſe enim arrogandum dederit non ſolum ipſe in arrogatoris ſubiicitur:ſed ẽt liberi eius i eiuſdẽ ſunt poteſtate tanquam nepotes. ¶Fauorabilis:irroborauit conſuetudo corrupta:ut fauorabilem eum uulgo appellitent:qui fauorem prebet & opitulatur:cum ecõtrario ab his q pure & latine locuti ſunt fauorabilis dicatũr is:qui gratioſus eſt & impetrabilis ac fauoris plenus apud cunctos mortales. ¶Superſedeo exẽplis:cum res noñ egeat teſtimoniis:cum nullus ueterum ſecus acq; tradimus locutus e ſe repiatur. ¶Aliquo:ad aliquem locum. ¶Sicunde:ex aliquo loco. ¶Proſequentium:hoc eſt eorum qui deducebãt proſequebãturq; abeuntẽ. ¶Poſt compreſſam ſeditionẽ:quando.ſ.milites germaniciani auguſti obitu nuntiato imperatorẽ tiberium recuſabant & germanico ſummam reipu.pertinaciter deferebãt. ¶Prodiſſe obuiam:proceſſiſſe in occurſum:ſicut dicitur officii cauſa. ¶Sexum etatem ordinem:ſine diſcrimine uiri & fœminæ pueri & ſenes patricii & plebeii obuiam proceſſerunt germanico ex germania:reuertẽti:ex quo colligitur incredibilis quædam totius populi Roma. erga germanicum beniuolentia. ¶Vſque ad uigeſimum lapidem:ideſt miliarium.

¶.M.AN. ¶Piſoni:cuius opera poſtea ut creditur ſublatus eſt. ¶Reſcindenti:irrita facienti. ¶Clientelas:clientes ſuos. ¶Deuotionibus.magicis execrationibus:quod uel abſens magicis carminibus quiſq̃ deuoueri poſſit poetarum teſtimonia declarant:ouidius deuouet abſentes ſimulacraq; cærea fingit:Ver. magicis ſanos auertere ſacris experiar ſenſus:ſed hæc ad amorem attinent:uerum quæ ſequuntur ad uitam & q̃is fecerit omnis ſtella ſenẽ medios herbis abrũpimus annos ita lucanus:qbus apparet uitã quoq; magicis adimi poſſe carminibus. ¶More maiorũ:ueteri inſtituto. ¶Vltionẽ:ut ſuã mortẽ ulciſcerent. ¶Siquid accideret:ſi illius fraude periclitari accidiſſet. ¶Adoptandum tiberio:ut ſi nõ ſibi:tiberio ſaltem ſuccederet. ¶Fauorabilis:conciliandis promerendiſque fauoribus habilis. ¶Proſequẽtium:hoc ad

Succẽſere

Deuotiões Diræ

Renunciatio hoſpicii

fauorabilis

¶ Confecerunt. contrucidauerunt. ¶ Repete. imperatiuus est modus. & hoc fuit signum inter ipsos coniuratos constitutum: quo significabatur ut unusq; ex cõiuratis nõ semel feriret caiũ sed bis terq; repeteret uulnus. ultimus oium aq la caligulæ mortiferam intulit plagã: sed oĩs gloria chereæ indubitanter attribuenda est: nam licet cũ multis hoc opus effecerit: tamen ipse primus cogitauit quemadmodum res gereretur & primus alios congregauit: sapienterq; cũcta disponens rẽ prior aggressus est: operamq; dedit ne uxor ne filia supereſſent: sed tota domus una cũ caio extingueretur. ¶ Lecticarii: sunt serui: qui lecticadominum portant. ulpianus. legato continentur mãcipia pura lecticarii: qui solam matrem familias portabant. libro quoq; de legatis tertio traditũ est. quod seruis lecticariis legatis si idẽ lecticarius sit & coquus accedit legato. & quia ad octophorũ gestãdum opus erat octo lecticariis. ideo dixit põponius si ita legatũ ẽ lecticarios octo. Lecticarii

¶ Cũ asseribus. asseres ligna appellat: quibus ĩnixi lecticarii lectica baiulãt. iurisconsultus burdones appellare uidet asseres lectica rũ: de his existio intellexisse martialẽ illo uersu. ut canusianis multo sirus assere sudet. iuueealis quoq; ait. ferit hic cubito ferit assẽ duro alter. ¶ Germãi: scribit iosephus mortẽ cai primũ a germãis eẽ cognitã: q erãt armigeri corpis robusti: & magis ĩpetu ualẽtes q̃ rõne pollentes: quibus caius ob hoc carissimus erat: qd illos pecuniarũ muneribus sibi placauerat: euaginatis ergo gladiis pscrutantes cesaris pemptores: asprenatem: q primus occurrit interemerunt. post hunc barbarus norbanus fortissimus ciuiũ multis uulneribus iterficit tertius ateius ex ordine senatorio a germanis occidit: q furẽtes & subtiliter ĩquirẽtes eos q caiũ occidẽrãt etiã ĩnoxios una pimebãt. Burdones

¶ In hortos. lamianos uoluptatis cã cõpatos fuere cõplusculi: ut salustiani luculliani menecenatiani. inter quos erant etiam lamiani a lamiarum generosa familia nuncupati: de qua posterius in domitiano dicetur. Horti uoluptiari

¶ M. AN. ¶ Sabinũ: Cor. s. Cõscios cõiuratõis pticeps. ¶ Accipe ratũ: certũ ac firmũ signũ subintellige sed ad uuln⁹ alluſit uel certe militarẽ ẽ morẽ secutus anullo qd adhuc sciã traditũ ur q signũ acciperẽt ratũ dicerẽt. ¶ Signũ erat: ppetrãdæ cædis. ¶ Repete: uulnus itera. ¶ Clamitãtẽ: sũt q scribãt ĩ qbus ẽ iosephus nullam emisisse uocẽ sed q̃si prio uulnere dissimulato rẽtasse ĩ aptũ euadere. ¶ Lecticarii: q lecticã gestabãt. ¶ Quũ asseribus: Iu. duro ferit assere lũbũ. ¶ Et pcussoribus: cõiuratis. ¶ Innoxios: cõiuratõis & cædis exptes & ĩ his Anteiũ senatorẽ. ¶ Hortos lamianos: lamia gẽs clara & illustris haud unius poetarũ testionio. Iu. lamiarũ cadẽ adẽti Hora. Hæli uetusto nobilis ab lamo a lamo q Caietæ regnauit gẽs ipsa ortã di: Silius Italicus: & regnata lamo caietæ Ouidius atq; lamo ueterẽ lestrigonis.

Tumultuariũ studiũ

¶PHI. ¶Tumultuario. per tumultũ festinationẽq; confecto. sic tumultuarium studium & tumultuariam pnguam dicimus. ¶Cespite: terra herbosa. ¶Ab exilio. In quod missæ fuerãt a caio fratre. ¶Hortorũ. sub audi lamianorum: in quibus obrutũ erat cadauer caligulæ. ¶Inquietatos. scribit apuleius ilibro de demonio socratis laruas appellari umbras animasq; sceleratorũ: quæ terriculamẽta sunt inania: quibus homines terreri se & inquietari habẽt persuasissimum. ¶Cesonia. lupus unus tribunorũ a cherea missus est ad uxorem cai filiamq; perimẽdas: sic cesonia a lupo perempta est magnanimiter iugulũ porrigẽs: & super eam filia pariter extincta. ¶Deprenderet. ut ita cognosceret qui dolerent ex eius obitu tãq; amici q letarẽtur tam quam inimici. ¶Neque statim creditum est. dum in theatrum ḋ cai nece sermo puẽisset admiratio & icredulitas fcã ẽ alii ualde letabantur eius morte: nec tamẽ sinebant credere per timorẽ mulieribus & infantibus minie grata fuit mors cai propter spectacula quibus solitus erat pascere oculos spectatorũ. quidam audire de cede cai aut dicere fugiebãt metuẽtes: ne cũ uerũ nõ appareret penæ succumberent: quasi uota sue uolũtatis aperiẽtes. preterea sermo dispersus est in populo. q̃ res quidẽ a coniuratis tẽtata fuisset: nec tamen caius esset extinctus: sed ablatus a medicis curaret. ¶Senatus ī asserenda libertate. post caligulæ necem congregata est multitudo senatorũ. q iam fiducia utebantur quasi in eis esset res pu. cõstituta. chereas uero cũ signũ a cõsulibus militiæ more petiisset illi libertatis signũ dederũt: qd specimẽ fuit oẽs libertatis assertores uidicesq; sese pstare. ¶Iulia uocabat. adeo nomẽ cesarũ cepat eẽ detestabile: ut nec qdẽ ī curia iulia conuocari senat⁹ uellet abõinat⁹. ſ. nomẽ iulioꝝ tãq; oppssores eẽnt libertatis & id nom̃ foret ominosũ. ¶Diruẽda tẽpla. q̃. ſ. cæsarib⁹ tãq; diuis pluria iã pridẽ fuerãt dicata. ¶Quib⁹ cai. p̃nomẽ. scriptores fere semper caium cæsarẽ appellãt intelligi uolẽtes caligulã: quãdo uero mẽtionẽ facere uolunt de iulio cæsare idẽtidem eũ nominãt cæsarem dictatorẽ: & ita appellatione cai cesaris significatur caligula interdũ tamẽ & ipse cæsar dictator dicitur a scriptoribus. C. cæsar sine additamẽto dictatoris. olim caligula iratus est hereneo macro primipilari: qa ipsum caiũ salutauerat: tãquã caius dici nollet. Idẽ ut inquit seneca in li. cui titulus est. ī sapiẽtẽ nõ cadit in iuria: existimabat caligulæ nomẽ eẽ cõuitium & probrũ: neq; caligula appellari uolebat sed alumnus legionũ: quẽadmodum ergo hic caius caligula & caius cæsar dictator ferro cõtrucidati perierũt: similiter & tertius cæsar cui prænomẽ fuit caius ferro & biothanata morte occisus est: quo tẽpore cĩna & mario uictoribus lumina romanæ rei pu. extincta sunt: Nam cũ cor. cĩna. cõsul pernitiosas leges per uim ferret pulsus urbe ẽ ab octauio collega: & ab his quib⁹ pax & quies potior erat: q mox caio mario cũ aliis exulibus accersito bellũ patriæ itulit. urbẽq; circũsederunt quattuor exercitibus: quorũ duo dati sunt carboni atq; sertorio: cũ ianiculũ occupauissent recepti tãdẽ in urbẽ sunt. Cinna & marius: q uelut raptã eã cedibus & rapinis uastarunt: octauio cõsule occiso & oĩbus aduersæ ptis nobilibus trucidatis: iter quos hic caius cæsar de quo nũc ait trãquillus ī penatibus suis una cũ fratre. L. Iulio cæsare fuit interfectus. eiusq; caput in rostris positum. historia ab historicis memorat. augustinus quoq; ī tertio de ciuitate dei mẽtionẽ facit de nece istius cai cæsaris: quẽ tranquillus ait fuiſſe occisũ cĩnanis tẽporibus. illa. n. tẽpora merito cinana nuncupabãt: quibus cinna potẽter atq; crudeliter dominatus ẽ turbata repu. ciuili bello: deformata ciuitate cedibus nobiliũ atq; rapinis: ipse paulo post ab exercitu ĩtereptus dedit penas crudelitatis. hic nimirũ ẽ ille caius iulius cæsar: qui disputat de risu & facetiis apud ciceronem in secũdo de oratore. fuit. n. facetissimus orator de cuius morte sic scribit idẽ cicero in tertio de oratore. Neq; uero nõ longe ab eo cai iulii caput hospitis ethrusci scelere ꝓditũ. cũ. L. iulii fratris capite iacuit. de eodẽ sic ait ī bruto. festiuitate & facetiis Caius iulius lucii filius & superioribus & æqualibus suis omnibus præstitit: oratorq; fuit minime ille quidem uehemens: sed nemo unquam urbanitate: nemo lepore: nemo suauitate conditior.

Mors celonie

Libertatis signum

Cai⁹ dici nolebat Caligula ꝓ cõuitio

Cinana tẽpora

Duo cæsares fratres interfecti

¶M. AN. ¶Tumultuario. tumultuose instructo. ¶Erutũ: refossum. ¶Id fieret: ut legitime tumularetur. ¶Vmbris: manibus. ¶In qua occubuerat: obtruncatus erat. filia ex cæsonia & Caligula genita quam drusillam nominarant. ¶Illisa: afflicta. ¶Conditionem: formidolosam tempestatẽq; temporũ statum. ¶Eo pacto: uulgata fama. ¶In asserenda. Quia iulia: abominati Iuliæ gẽtis nomẽ. ¶Cõuocarẽt: Senatum. ¶Abolendam: obliuioni dandam. ¶Diruenda. templa illorum geniis erecta. C. prenomẽ tuliſſent ī ea familia. ¶Qui cinnanis temporibus: appianus. C. inquit & Lucius Iulius in uia deprehensi trucidantur: Cæterũ

Tumultuario rogo semiãbustũ leui cespite obruptũ ẽ. Postea p sorores ab exilio reuersas erutũ & sepultũ crematũq; satis cõstat prius q̃ id fieret hortoꝝ custodes umbris inquietatos In ea quoq; domo ī qua occubuerit nullã noctẽ sine aliquo errore trãsactã donec dom⁹ icẽdio cõsũpta sit. Periit una & uxor Cesonia gladio a cẽturiõe cõfossa: & filia pieti illisa.

¶De gestis per senatum post mortem eius.

Onditionẽ tẽpoꝝ illoꝝ ẽt p hæc æstimãr quis possit. Nã neq; cæde uulgata statim creditũ ẽ: fuitq; suspitio ab ipo Caio famã cædis simulatã & emissã: ut eo pacto erga se hoinũ mẽtes deprẽderet: neq; cõiurati cuiq̃ ipiũ destinauerũt. Et senat⁹ ī asserẽda libertate adeo cõsensit: ut consules primo nõ in curia: qa iulia uocabat: sed ī capitolium conuocarent. Quidam uero sniæ loco abolendã Cæsarum memoriã ac diruenda tẽpla censuerunt. Obseruatum aũt notatũq; ẽ in primis Cæsares oẽs quibus Caii prænomẽ fuit ferro piisse iã inde ab eo qui cinanis tẽporibus fit occisus.

Caligula ꝓ cõsule designato

¶Caligula. ꝓ cõsule designato. Cæsonia. uxor. Drusilla. filia. Cæsonia. Milonia. Caligula. Cæsonia. Milonia. Drusilla. Cæsonia. Milonia. Drusilla. Cæsonia. Milonia. Drusilla

satis constat ab una gente Iulia neq; ulla Romanarũ alia Cæsaris cognomen receptum.

# CAI Suetonii Tranquilli Liber Quintus Diuus Claudius Cæsar.

¶VITA Claudii imperatoris: Quintus Philippi Beroaldi Cõmentarius.

Estus aureli us de claudio cæsa re scribit hæc. Claudius drusi tiberii fratris filius: caligulæ patruus iperauit annos. xxiii. Istic cũ senatus censuissẽt gentẽ cæsatũ exterminari: deformi latebra latens a militibus repertus: qui uecors erat: & mitissim uidebatur: imperator effectus est: hic uentri coniugis imperiis subiectis fuit. Scripturus suetonius uitã Claudii exorditur

¶PHI.

## De patre Claudii & gestis eius.

PAtrem Claudii Cæsaris Drusum olim decimũ mox Neronem prenomine Liuia cum Augusto grauida nupsisset: intra mensem tertium peperit: fuitq; suspitio ex Victrico per adulterii consuetudinem procreatum: statim certe uulgatus est uersus τοῖς σῶν υἱοῦσι καὶ τρὶς μῆνα πᾶσι λίαν. Is Drusus i quæsturæ præturæque honore dux rhetici: deinde germanici belli oceanum septentrionalem primus romanorum ducum nauigauit trans que thenum

a patre: q omni præconio bonitatis ornatus longe filio dissimilis fuit. ille. n. prudentissimus & uirtute alienus: qui nunq; profecto ad ipium peruenisset: si romanis sicut carthaginẽsibus mos fuisset eligẽdi imperatorẽ nõ secũdũ gen⁹. sed secũdũ uirtutẽ sed bõi maliq; idiscriminati ipant fauẽte fortuna: uerũq; ẽ illud cõstãtini dictũ imperatorẽ esse fortunæ est. sed iam commentationes ceptas pagamus amputata longiore prefactione. ¶Olim decimum mox neronẽ a prenomine nero drusus nũcupatus. decimũ aũt prenomen fuisse priscorum indicat epigrãmatarius poeta illo uersu: quintum pro decimo pro crasso regule macrum. legimus apud historicos brutũ illũ qui fuit unus ex cesaris interfectoribus nominatum fuisse decimum brutũ: quãuis in quibusdam codicibus non decimus brutus legatur sed decius: neronem autem lingua sabina significare fortẽ diximus i tiberio. ¶Grauida. supius dixit tranquillus: quẽadmodũ pater tiberii uxorem liuiam drusillam & tũc grauidam & ante iam apud se tiberium enixã petẽti augusto cõcessit. ¶Intra mensẽ: liuia postea q̃ nupsit augusto ante tris mẽses exactos pepit drusum. apud gellium cap̃ est qd significet intra Kal. ubi docet interdum intra calendas accipi non antea Kal. sed in calendis ideſt eo ipso die: quo calende sunt. interdũ intra calendas dici sicut intra modum hoc est citra calendas & citra modum. & intra frequens est locutio: ut dicamus intra mensem p̃, citra mensem. ¶Ex uictrico. cesare augusto. τοῖσ εὐτύχουσι καὶ τρὶς μῆνα πᾶσι λίαν. hoc est felicibus etiam trimestres filii: tanquam mirum non esset: si impatori fortunato natus esset filius trimestris: cum genitales mẽses sint septimus nonus & decimus: sed hoc dicto latenter: uoluit significare augustum liuiam feciſſe pregnantem ex consuetudine adulterii: ãtequam eã duxisset uxorẽ. ¶Rhetici. relege quæ diximus in tiberio de bello rhetico. ¶Oceanum septẽtrionalẽ. hecateus oceanum septẽtrionalem appellat amalchium: quod nomen lingua scythica significat cõgelatum: a cibris uocatur mare mortuum. ab germania incipit clarior fama eius appiri: ubi efficit sinum qui codan⁹ uocatur refertus insulis. herodotus ait mare scyticum hoc est oceanum septẽtrionalem gelu stringi & concrescere: in quam culpam lapsus uideri potest iuuenalis illo uersu ultra sauromatas fugere hic libet & glatialẽ oceanum. philosophi uero rerum naturalium trutinatores asserunt oẽ mare esse incongelabile.

Impatorẽ eẽ fortũæ est

Intra calendas.

Mare mortuũ

Mare i cõgelabile

¶MARCI Antonii Sabellici ad Augustinum Barbadicum sereniſſi. Venetiarum Principem Paraphrases in Claudium paræneſis quinta.

M.AN.

Patrem Claudi Cæsaris fortuna cledo. Ro. populi potiusq; hominum consilia Claudium ad imperii fastigium perduxit iucundissime princeps: nam tantum abest ut obscure in priuata fortuna præse tulerit qualis futurus esset imperator quod quum soror eius audisset fore ut quandoq; rerum potiturus esset: palam tam iniquam. ro. po. sortem sit detestata: & Antonia mater portentũ hois eum appellare sit solita: nec absolutũ a natura sed tantũ incohatũ: ac si quem socordie argueret stultiorẽ filio suo Claudio eẽ diceret. Augusti p̃terea ad Liuiam epistolæ haud obscure demõstant nihil eo adolescẽte amentius fuisse sed fatũ ut dixi cui humana rõne occurri non põt ita uenire uoluit ut populus ille oĩum gentiũ uictor unius uiri socordiæ tã turpiter seruiret q̃ oĩbus olim gentibus glorioſe iperasset: magnũ fortunæ ludibriũ & quo res humanæ suæ fragilitatis ualeãt admoneri: sed e a clades nihil ad tuũ principatũ Dux inclytæ &. n. optimã administrationis formã a maioribus traditã non solum ad hũc diẽ incorruptã seruasti: sed uariis ẽt clementiæ & æqtatis exẽplis auxisti plurimũ ut unde merito cõsecutus es: ut nemo sit q te in optimoq; principũ numero apta predicatione nõ cẽsent reponendum sed iam qualem Claudius principem egerit: ex his quæ sequũtur cognoscetereq; alieni imperii fortunã tecũ miserare. ¶Intra mensem tertiũ: ab eo. s. quo augusto nupsit elegãterq; intra dixit: refertur. n. & ad numerũ & ad spacium ut intra. xx. dies. intra muros: infra ad dignitatẽ & locum ut infra philosophi officium, infra rectum. ¶Victrico: Augusto. ¶Consuetudinẽ: quod ante cõciliatas nuptias liuiæ consuetudine teneret: id triumuir Antonius illi per epistolas idq; grecum carmen incerto auctore illi exprobrauit. ¶τοῖς εὐτύχουσι τρὶς μῆνα πᾶσι λίαν fœliciter agẽtib⁹ & filii trimestres. ¶Oce

anum septẽtrionalem: Germãnicum itelligas nam gallicum prius Cæsar dictator nauagirat. ¶Sermõe latino: quod ipsum quoq; ad prodigium attinet. ¶Aestiuis castris: ad hibernor ũ differentiã. ¶Honorariũ: Cenotaphion honoris nõ usus gratia excitatum. ¶Sibi & posteris: ut Germanici cognomen ferrent.

¶PHI. ¶Fossas effecit. sepe imperatores ad discutiẽdũ torporẽ militarẽ milites occupatos detinẽt i fossa faciẽda. aliisq; similib⁹ hoc fecit drusus. olim corbulo quoq; iter mosa rhenũq; trium &. xx. miliũ spacio fossã pduxit ut ita miles ociũ exueret. Drusi næ a noie drusi. fosse in germania effectæ sũt noiata drusinæ ¶Hostẽ: germãos. multi ãt populi germanorũ a druso sub actisũt: q missus in eã puitiã primos dõuit usipetes ide bructeros supauit spoliisq; macromanoq; isignib⁹ quẽdã editũ tumulũ i trophei modũ excoluit. ide ualidissimas natiões cheruscos sueuos & sicãbros pariter aggressus ẽ qbus supatis p rheni ripã quiquagita ãplius castella disposuit: pterea hercyniã silua in id tẽpus inacessa patefecit ea deniq; i germania uirtute drusi pax ea trãqllitas facta ẽ: ut mutati hoies: alia terra celũ ipsũ mitius molliusq; solito uideret. Spes ¶barbaræ mulieris: ipsã germaniam itelligimus sub hitu muliebri barbarico appuisse druso uictori: eũq; admonuisse uerbis latinis ut pote cognobiliori bus: ne ultra se isectari uellet. aꝑ lucanũ effigies urbi'ro. describis iulio cesari se offerentis rogãtisq; ne ultra pgrederet. ¶Ouãdi ius. sẽ us ẽ drusũ ouationem pegisse &, p triũpho pceisse ornamẽta triũphalia: q̃ multis data sũt citra triũphũ. ¶Expeditõe repetita. cũ rediisset iterũ ad germanicũ bellũ. ¶Morbo obiit. liui⁹ autumat drusum mortuum esse ex fractura equo super crus eius collapso periit autem iter salam fluuium & rhenũ ut in dicat strabo libro septimo. ¶Appellata scelerata. ad calamitatẽ infortuniũq; indicandum ẽ obitu drusi scelerata dicta sunt castra: sicut olim porta romæ scelerata est appellata: qua fabii egressi ad annem cremeram ad unum omnes cesi sunt a ueiẽtibus. & cãpus quoq; romæ sceleratus dictus prope portam collinam: quo uirgines uestales ob incestum uiuæ defodiebãtur. Fuit & uicus romæ sceleratus dictus a tullia tarquinii superbi uxore: q̃ ibi cum iaceret pater seruius tullius a genero occisus: iussit mullionem supra eũ agere carpentũ: quo uehebatur: auctores liuius uarro & festus põpeius. ¶Scribarum decuriis. ordinibus scriptuariorũ. ita olim dicti sunt qui nunc scribe uocantur: quorũ ordinem honestum appellat cicero: quita men aꝑ græcos ut inquit emilius probus honoratiores fuerũt: quã apud romanos. Namq; apud illos ad id officium nemo admitebatur nisi honesto loco & fide & prudentia cognita: quod necesse est omnium consiliorum eum eẽ participem. græci scribam gramatea uocant: qua dictione usus est apuleius libro ultimo de asino aureo scribarum archigrammatea. hic ait plutharchus eumenem cardianum fuisse archigrãmatea alexandri magni. uulgo cancellarii uocantur. quam dictionem latinitate donauit flauius uopiscus. scribẽs a carino imperatore factũ esse prefectũ urbis unũ ex cancellariis suis mercuribus in horoscopo constitutus facit scribas. preterea scribæ regũ: uel quibus dictandi cõmititur officium nascentur habentes horoscopũ in. xvii. parte libræ. In martio campo. In iulii cæsaris dictatoris tumulo conditum fuisse cadauer drusi docet liuius. ¶Honorarium. tumulum honoris causa factũ uocat honorarium. & hunc in germania factũ fuisse intelligas non romæ: perinde ac cenotaphiũ. est enim cenotaphium inane sepulchrum: quod iurisconsultus ex uirgilii auctoritate religiosum locum esse demonstrat. quando funus sit cadauere iam sepulto uocatur imaginariũ ab imagie defũcti: quæ funebri põpa perinde honoratur: ac si demortui corpus pẽs foret. Iulius capitolius, pdidit funus imaginariũ factũ fuisse pertinaci iperatori. Idẽ referens spartianus ait in seuero funus ptinacis imagini duxit eũq; inter diuos sacrauit. ¶Miles. milites. singularis nũerus, p plu ratiuo. ¶Decureret. decursionẽ faceret more militari: liuius. in. xxxx. mos erat lustrationis sacro pacto decurrere exercitũ & diuisas bifariã duas acies cõcurrere ad simulachrũ pugnæ: talis decursio nũc significat a tranquillo instituta a militibus i honorẽ defuncti drusi i germania. uegetius i. ii. iter militares exercitationes memorat cãpi decursionẽ ad quã cũ exeunt milites tubicine uocãte opant: & rursũ tubicine admonẽte cessant. ¶Supplicarẽt: supplicatões solẽnes tẽplatim facerẽt in honorẽ drusi. ¶Marmoreũ arcũ. quales dicati solẽt ipatorib⁹ ob uictoriã ex hoste partam: quales duos romæ cõspeximus i quib⁹ trophea fabrefacta ui sunt. ¶Germanici cognomen. L. florus i quarto druso quod nunq; alteri senatus cognomẽ ex prouicia dedit. traião quoq; ut inquit plinius panegyrista cũ germaniæ presideret germanici, nomen ex urbe missum fuit. Domitianum & ipsum germanici cognomentum usurpasse suo mox loco explicabitur.

Gesta germanici

fossas noui & imẽsi operis effecit: quæ nunc adhuc Drusinæ uocantur. Hostẽ etiam frequenter cæsum: ac penitus in intimas solitudines actũ non prius destitit insequ: q̃ species barbaræ mulieris, hũana amplior uictorẽ tẽdere ultra. sermone latio ꝓhibuisset: Quas ob res ouãdi ius: & triumphalia ornamẽta ꝓcepit. Ac post ptura cõfestiinito cõsulatu: atq; expeditione repetita supremum diẽ morbo obiit i æstuiis castris q̃ ex appellata sũscelerata: Corpus eius p municipiorũ coloniarũq; primores suscipientibus obuiis scribarũ decuriis ad urbẽ deuectũ, sepultũq; ẽ i martio campo. Cæterũ exercitus honorariũ ei tumulum excitauit: cisca quẽ deinceps statuto die quot annis miles decurreret: galliarũq; ciuitates publice supplicarent. Preterea senatus iter alia cõplura marmoreum arcum cum tropheis uia appia decreuit: & germanici cognomen ipsi posteriq; eius. Fuisse autẽ creditur nõ minus

Mors drusi

Scelerata porta

Cãpus scelerat⁹

Vicus scelerat⁹

Scriptuarii

Scribæ archigrãmateus

Cãcellarii

Honorarius tumulus

Cenotaphium

Imagiarium. funus

Decursio militaris

Cognomen germanici

¶.M.AN.¶Glorioſi:gloriæ cupidi.¶Opima ſpolia:quæ a Romulo primum mox a Cornelio coſſo.nouiſſime a Marcello ſunt relata.

glorioſi q̄ ciuiliſ animi. Nā ex hoſte ſup uictorias opima quoq; ſpolia captaſſe:ſūmoq; ſæpius diſcrimine duces germanorū tota acie inſectatus:nec diſſimulaſſe unq̄ priſtinū ſe reipſtatū q̄ndocūq; poſſet reſtituturū. Vñ exiſtīo nōnullos tradere auſos ſuſpectū eū auguſto: reuocatūq; ex ꝓuincia & qa cūctaret iterēptū ueneno. Quod eqdē magis ne prætermitterē rettulit:q̄ qa uerū aut ueriſimile putē. Quū Auguſtꝰ tā tope & uiuū dilexerit ut cohæredē ſp filii s iſtitueri:ſic quō dā i ſenatu ꝓfeſſus ē:& defūctū ita ꝓ cōcione laudauit:ut deos precatus ſic ſimiles ei Cæſares ſuos facerēt:ſibiq; tā honeſtū quādoq; exitū darēt q̄ illi dediſſent:nec cōtētus elogium tumulo eius ueſibus ꝯpoſitis a ſe exculpſiſſe: ēt uitæ memoriā proſa oratione cōpoſuit. Ex Antonia minore cōplures q̄ dē liberos tulit:uerū tres oīno reliqt:Germanicū: Liuillam: Claudiū.

## De natiuitate Claudii & eius infantia.

CLaudius natus eſt Iulio Antonio Fabio Affricano cōſulibus calēdis Auguſti lugduni eo ipo die: quo primū ara ibi Auguſto dedicata ē. appellatuſq; tiberius claudius druſus mox fre maiore i Iuliā familiā adoptato Germanici cognomē aſſūpſit. ifās āt relictꝰ a pre: ac ꝓ oē fer pueritiæ atq; adoleſcētiæ tps uariis & tenacibꝰ morbis cōflictatus ē:adeo ut aio ſimul & corpore hebetato: ne ꝓgreſſa qdē ætate ulli publico priuatoq; muneri habilis exiſtimaretur. Diu etiam atq; poſt tutelam receptam alieni arbitrii: & premis eius funeribus plures:honores exhibitos.cum antem funebres laudationes auctore quintiliano frequenter mandarentur magiſtratibus:non potuit maior magiſtratus contingere druſo quam auguſtus omnium maximus. ¶Cæſares ſuos filios quos caium & lucium domi adoptauerat: ut ſupra retulimus. ¶Tā honeſtū exitū. hannibal apud ſilium optat ſibi dari obitū tam honeſtum:quam datus eſt paulo emylio canēſi clade occumbenti ſic.n.ait li.x.punicorū. cū fata uocabūt. tale ꝓcor nobis ſalua chartagine letum. ¶Elogiū. hic pro epitaphio accipimus elogiū:cū alibi pro omni teſtificatiōe dicatur nō minus uituperationis quā laudis:ſicuti ante explicatius docuimus. ¶Verſibus cōpoſitis. plato li.xii.de legibus epitaphia quatuor cātū heroicis uerſibus cōfici debere preſcribit:quibus laudes defuncti cōprehendātur. Cicero quoq; platonicas leges emulatus idem tradit li.xi.de legibus. ¶Ex antonia minore. hec ē illa antonia quā nunq̄ expuiſſe. pli. ſolinuſq; notificāt. ¶Lugduni. gē italē ſolū claudii fuit lugdunū ciuitas galliæ notiſſima:a qua lugdunēſem dici galliā ante dictū eſt. ¶Ara ab auguſto dicata. diximus ſupra ex auctoritate ſenece quēadmodū lugdunū colonia fuit numacii planci:& olim tota incendio deflagrauit:ubi fuit tēplum ab uniuerſis galliæ populis cōmuni ipenſa extructū dicatūq; auguſto cæſari:aderat & ara dignitatis eximiæ gentiū ſexaginta numero inſcriptū habēs titulū: earūq; ſingularū ſinguæ ſtatuæ erectæ. poſt hāc arā altera erat ara ingēs locata. ¶Fratre maiore. germanico caligule patre. ¶In iuliā familiam. quādo adoptatus fuit a tiberio: qui & ipſe p adoptionē inſertus fuerat iuliæ gēti. ¶Tenacibꝰ: ñ facile deſinētibꝰ. ¶Hebetato. morbꝰ plerūq; cā eſt ut una cū corpe aius hebeteſcat & deprauet. nā cū ſit corpus ai organū ſicut philoſophi dixerūt nō pōt aius ſuū ſatis offīn facer orgāo male coagmēto. ¶Mūeri. offō. ¶Poſt tu. fce. poſtq̄ exemit ſe p etatē ex aliēa tutela. receptū qñq; ſignificat liberatū & aſſertū ut illd marōianū medioq; ex hoſte ꝛcepi:& illd fruges ꝛceptas ¶M.AN. ¶Diſſimulaſſe:celatum habuiſſe. ¶Priſtinum rei.pu.ſtatum:qualis ante Cæſarem dictatorem fuiſſet de qua re datas ab eo ad Tyberium litteras atq; auguſto proditas alio Tranquillus loco ſignificauit ¶Suos Cæſares:quos in familia adoptaſſet. ¶Germanicum:caligulæ patrem. ¶Liuillam: hæc illa eſt de qua ægra Auguſtus ſub ipſum uitæ exitum eos qui ex urbe uenerant rogaſſe dicitur: Claudium de cuius uita iam hinc perget auctor dicere. ¶Lugdum:unde comatæ galliæ pars nuncupata eſt. ¶Ara auguſto dedicata eſt: Strabo auctor eſt ad araris & Rhodam confluētem templum ait ab uniuerſis gallis communi deſignatum impenſa ibiq; aram præcipuæ dignitatis titulo.lx.gentium iſcriptam. ¶Fratre maiore: germani-

¶PHI. ¶Glorioſi. generoſos i primis animos extimulat gloria inſtar ſtimuli & incentiui: de qua ait Flaccus. Tu ſola animos mentemque peruris gloria: a filio non minus uere q̄ graphice gloria dicta eſt fax mētis honeſtæ: multi ſolam gloriā uirtutis uberrimū fructum eē exiſtiimant: cuiꝰ cupiditat e qui nō tāgitur: is mihi ſaxeus uidetur & ſtolido fatuitati s ſtupore cōfectus. ¶Ciuilis. p̄diti ciuilitate. ¶Opima ſpolia. de opimis ſpoliis quæ dux duci detrahebat conſecrabatq; in templo iouis feretrii ſuperius diximꝰ: & affatim ſcripſimus in quarto ꝓpertii cōmentario & hoc referē dum ē ad animum glorioſum. ¶Diſſimulaſſe. hoc ad ciuilem druſi animū referendum eſt q̄a perte ꝺclarabat ſe: ſi unq̄ poſſet reſtituturū rem publicam i priſtinam libertatem: quæ tūc a cæſaribus oppreſſa tenebatur: qd ſpecimen maximum ē in homine ciuilitatiſ. ¶Ex ꝓxuicia: germania. ¶C oheredē. ātiq ꝓticulones dixerūt coheredes ab eo quod partes patrimōii ſumant. ¶Defūctum: laudauit Liuius ſcribit laudatum fuiſſe druſum a cæſare auguſto uictrico & ſu-

Gloria ſtimulꝰ

Particulones

Votū anniballis de morte antonia nunq̄ expuiſſe

ara dicata a.lx. gētibus

Corpuſ ai organum

eo. ¶ Adoptato: a Tyberio augusti iussu. ¶ Hebetato: ibecilliore facto. ¶ Progressa ætate: ætatæ iã adita. ¶ Post tutelam receptã: postq̃ sub tutore esse desiit.

Recep/tum

¶ PHI. ¶ Sub pedagogo: d pedagogis. in uniuersũ hoc ꝓcepit qntilianus ut sint eruditi: aut se nõ esse eruditos sciant. hac tẽpestate. Nõ pauci pedagogi: de malis loquor: aut plagosi aut stupratores sunt discipulorꝫ. & cũ hoĩum genus maxime ipiosũ sit ferula uice sceptri intumescunt atq; interi seuientes stulticiã suã pdocent. talis fuit claudii pedagogus indoctus truculẽtus.

Pedagogi plagosi

¶ Superiumẽtariũ: eadẽ forma dicit iumẽtarius: qua armẽtari⁹ & significat eum q preest iumentis merito cõquerebat claudius sibi appositũ fuisse tanq̃ custodẽ rectorẽq; eũ: qui iumẽta regere cõsueuisset nõ aũt hoies: q barbariã doceret nõ elegantiã: q seuitia uteretur non humanitate.

Supiumẽtari⁹

¶ Quibuscũq; de causis. etiã leuissimis cũ pena delicto maior esse nõ debeat. ¶ Ob eandẽ ualitudinẽ. qua afflictabat aĩo corporeq; hebetato. ¶ Cũ fratre: germanico caligule patre. ¶ Memorie patris: ritu exẽploq; maiorũ: q in funere patrũ gladiatoria spectacula edere solebant. ualerius lib. ii. dictorꝫ factorũq; memorabiliũ testis est gladiatorꝫ munus primum rome datum esse in foro boario appio claudio quinto fuluio cõsulibus: dederũt aũt marcus & decius filii bruti funebri memoria patris cineri honorando. ¶ Palliolatus: indutus palliolo. est aũt palliolũ genus uestis formata ꝑ diminutionẽ a pallio dictione: uidet q magis muliebris esse quã uirilis. Iuuenalis. dorida nullo cultã palliolo. Martialis hanc uolo quæ facilis q̃ palliolata uocat. idẽ succida palliolo uelera quinq; petit. attamen iurisc̃onsultus titulo de auro & argento legato numerat palliola inter uestimẽta uirilia a paliolo aduerbiũ fit palliolatim. plautus palliolatim amictus sic incessi ludibundus. ¶ Nouo more: cũ id uestimẽti genus usurpari nõ soleat ab his: q presidẽt spectaculis. ¶ Togæ uirilis die: quo. s. togã uirilem induit: qui dies est tyrocinii: de quo supra diximus affatim. ¶ Sine solemni officio: sine põpa & magnificẽtia in talibus diebus usitata. ¶ Quicq̃ dignitatis. p experimẽta publicationẽq; liberaliũ disciplinarum: qnæ ornamẽta & dignitatẽ maximã mortalibus idẽtidem cõciliare cõsueuerũt. scribit tacitus neminẽ priscis tẽporibus magnam potẽtiã sine eloquentia consecutum: idem testis est ueteres romanos sibi ipsis persuasisse neminem sine eloquentia aut assequi posse in ciuitate aut tueri conspicuum & eminentẽ locũ: Claudius tñ adeo erat per ualitudinẽ hebes & socors ut nec qdem p eruditionẽ assequeretur ullam dignitatẽ: fortassis quia in imperatore: & in eo qui imperaturus est aliud queritur q̃ litteratura. ¶ Portentũ ut nõ tã portentosus uideret q̃ ipsum portentum. ¶ Absolutum perfectũ: absoluere enim interdũ significat pficere. hinc ille iocus est augusti cæsaris: qui cũ multi seuero cassio accusante absolueretur: & architectus fori ipsius expectationẽ opis diu traheret: ita iocatus est: uellẽ & cassius meum forũ accusasset. ¶ Socordie argueret: stulticiæ accusaret. uetus est & latina locutio. plautus eccũ uideo: qui me miserã arguit stupri dedecoris: socordiã pro ignauia posuerunt. cato pro stulticia posuit: tanq̃ per cõpositionẽ sine corde significet. ¶ Stultiorẽ claudio: tãq̃ claudius exẽplum esset unicũ absolutæ cõsummatæq; stulticiæ. ¶ Augusta: liuia drusilla quæ augustæ cognomẽto decorata est post augusti matrimoniũ. ¶ Despectissimo: uilissimo contentissimo despicatissimo.

munus gladitorũ in funere parentum

Palliolatus

Palliolatim

dignitas ex disciplinis

Absoluere

Socordia

¶ M. AN. ¶ Pedagogo: ductore custode moderatore. ¶ Barbarũ: & iccirco inhumanũ & ĩtractabilẽ. ¶ Iumentarium: qui iumẽta egisset. ¶ Eandem ualitudinem: corporis & animi imbecillitatem. ¶ Palliolatus palliolo amictus ut parum mẽtis compos. erat. n. pallium nõ patrius sed peregrinus habitus. ¶ Nouo more: nouo exẽplo quum nemo antea tali habitu ludis presedisset. ¶ Sloẽni: legittimo & cõsueto: experimenta noua opuscula. ¶ Publicauit: in apertũ rettuilt edidit. ¶ Nec se qdẽ: q̃q̃ uariarũ disciplinarum præ se ferret cognitionẽ. ¶ Dignitatis: in re publica administrãda. ¶ Portentũ hominis: portẽtosum hominẽ. ¶ Socordiæ: ignauiæ. ¶ Auia augusta: liuia drusi mater. ¶ Audiuisset: ex mathematico aliquo seu aruspice seu cõiectore. ¶ Detestata: aduersata. ¶ Auũculus maior: si qdẽ minor Antonia claudii mater: ex Antonio triumuiro & octauia Augusti sorore nata ẽ: ergo Augustus maior auũculus quia maternæ auiæ frater. ¶ In utranq; partẽ: bonam. s. & malã. ¶ Cũ tyberio: filio tuo. ¶ Neptoti tyberio: claudio nam tyberius claudius drusus ab initio nominatus est. ¶ Cõsentit uterq; nostrum. ambobus cõuenit. ¶ In illo: claudio ἄρτιος inter ὁλοκλήρους totus perfectus. ¶ Articulos: temporũ momẽta & oportunitates. Teren. uide ut in ipso articulo oppressit ἐλλατῶσαι minui. ¶ Eum & sic enim legẽdum nõ eum etiam ut cæteri habent aliter. n. ordo nõ pcedit βεβλαφόταικαὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὸν ἀνάνου ἀρεῖον τῆς

Recep/tum

sub pedagogo fuit: quẽ barbarꝫ & olim supiumẽtariũ ex industria sibi appositũ: ut se quibuscunq; de causis q̃ sæuissime coerceret ipse quodã libello cõqueriť. Ob hãc eãdẽ ualitudinẽ & gladiatorio munere: qd̃ simul cũ fratre memoriæ patris edebat palliolatus nouo more pr̃sedit: & togæ uirilis die circa mediã noctẽ sine solẽni officio lectica ĩ capitoliũ lat⁹ ẽ.

## De opera eius circa liberales disciplinas.

Disciplinis tñ liberalib⁹ ab ætate prima nõ mediocrẽ operã dedit: ac sæpe expimẽta cuiusq; etiã publica uit: uerꝫ nec sic quidẽ qcq̃ dignitatis assequ: aut spem de se cõmodiorẽ ĩ posterꝫ facer̃ potuit. Mater Antonia, portentũ eũ hois dictitabat: nec absolutũ a natura sed tantum inchoatũ: ac si quẽ socordiæ argueret: stultiorẽ aiebat filio suo Claudio. Auia augusta ꝑ despectissimo semper habuit: non affari nisi rarissime: non monere nisi acerbo & breui scripto

idest offensus est circa animi & corporis integritatem τὰ τοιαῦτα σκιοπτέω κιμῶκ τυρίζευν εἰωθότα: hæc cauillari: & ridere consuetis. ¶ Estuabimus: solliciti & anxii erimus & præpudore afficiemur.

aut p internũcios solita. Soror Liuílla quũ audísset quãdoq; iperaturũ: tã iníquã tã ídignã sortẽ populí Romaní palã & clare detestata ẽ. Nã & auũculꝰ maior Augustus qd deo í utrãq; ptẽ opíatus sit: quo certíꝰ cognoscaẽ capita ex íplíꝰ epístolis posuit.

¶ Aut per internũcios. tanq; fastidiret cum nepote stulto cõsociare sermonẽ. ¶ Audísset. a mathematicis. ¶ Tã indignã sortẽ. quod essent futuri sub imperio fatui & ísipientis. ¶ Detestata: execrata. dolebat enim q; populus romanus futurus esset subí perio principis tam fatui tamq; socordis detestatio apud iurisco sultos significat denunciationẽ factã cũ testatione. ¶ Auũculus maior. supra diximus auũculũ maiorem siue magnũ dici auiæ maternæ fratrem: qui ẽ in quarto affinitatis gradu ex transuerso: ut scribũt iurisconsulti. augustus auunculus maior erat claudii. cum frater esset octauiæ: ex qua nata erat antoina claudii mater. ¶ In utrãq; partẽ. & laudationis & uituperatiõis. ¶ Capita. uulgo dicimus capitula. ¶ Collocutus sum. uerba sunt ex epistolis augusti. ad uxotem liuiam. ¶ Nepoti tuo tiberio. hũc claudiũ significat q; appellatus ẽ tiberius claudius drusus. ¶ Martialibus. in honorẽ martis ultoris: de quo dictũ est in secundo. ¶ Vterq; nostrũ: Ego & tiberius liuiæ filius. ¶ ἄρτιος græce dicitur integer. & ὁλοκλήρος totus perfectus & integer. sensus est augusti si claudius ẽ integris sensibus & ualidus aío & corpore nihil eẽ dubitãdũ: qn̄ pducẽdus sit ad gloriam hisdem gradibus: p quos germanicus frater fuerat pductus. ἐλαττοσφαῖ ideſt minui & hebetari: siue ἠλαττκεσθαί hoc ẽ errare. ¶ Βεβλαφθαι græca sunt uerba quorũ ẽ ad uerbũ iterpretamãtũ nocumẽto affectũ esse circa corporis & animæ itegritatẽ. ¶ τὰ τοιαῦτα σκῶπτειν. i. talia deridere & subsanare solitis. ¶ Estuabimus. agitabimur uexabimur anxietate & curis. oratius: estuat & nitæ discõuenit ordine toto: translatio sumpta a fluctibus maris estuantis. ¶ Articulis: momentis. ¶ μὴπροῦπόκειμένον. i. ne subiacẽtẽ nobis. ¶ Cõsulis. cõsultas inquiris. ¶ Tricliniũ sacerdotũ. hoc pp salios dictũ existimo: qui erãt sacerdotes dicati marti: & soliti erãt celebratis ludis lautissimas cenas cõficere. unde auctore porphirione ẽ í prouerbio saliares cenas dicere opiparas & copiosas. apuleius. saliares se cenasse cenas crederet. preterea cenæ põtificum epulis exquisitissimis erãt instructissime. macrobius pontificum cenam memorat: í qua triclinia lectis eburneis strata fuisse: quibus pontifices cubuerut: & edulia esculẽtioria multifaria fuisse testatur. curare autem triclinium is dicitur: qui ẽst triclinio ut oia diligẽter í cena apparentur. græco uocabulo uocatur architriclinus & sympo siarches. ¶ Admoneri. tanquam a rectore & magistro. ¶ Sibi affini. inrra scribet tranquillus appium syllanum fuisse consocerum claudii. preterea fuit. M. syllanus nepos neptis diui augusti. ¶ Ex puluinari. tanquam ex loco religioso & nobiliori: de puluinari supra diximus non pauca. ¶ In prima fronte. ex hoc colligitur eum qui spectabat ludos ex puluinari: fuisse inter ceteros cõspicabilem: ut pote in primis ac honorationibus spectaculis sedentem. igirur cum in talibus locis non sint collocandi homines fatuitate alia ue qualabe monstrabiles: merito noluit augustus claudium ut pote fatuum atq; ridiculosum spectare ex loco conspicuo & eminentiori. ne esset causæ risus spectatoribus.

Saliares cenæ architriclinus sympo siarches

Detestatio auũculꝰ maior

¶ Epístolæ augustí ad líuíam de testímonío claudíí.

COllocutus sũ cũ Tíberío ut mãdastí mea Líuía: qd nepotí tuo Tíberío faciũdũ eẽt ludís martialibꝰ. Cõsẽtít ãt uterq; nr̃m semel nobís eẽ statuẽdũ qd cõsiliũ í íllo sequamur. Nã sí est ἄρτιος (ut íta dícam) ὁλοκλήρος quid est quid dubítemus: quí per eosdem artículos & gradus pducendus sít: per quos frater eíus perductus sit. Sí autẽ ἐλάττωσθαι sẽtímus eũ etíã βεβλαφθαι καὶ εἰς τὴν τοῦ σώματος καὶ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀρίστην τῆς præbẽda matería derídẽdí et íllũ: et nos & nõ ẽ hoíbus τὰ τοιαῦτα σκώπτειν εἰώθασιν. Nã semper æstuabímꝰ: sí de sín/gulís artículís temporum delíberabímus μὴπρὸς πόκειμένην οὐμεῖν posse arbítremur eum gerere honores nec ne: In p̃sentía tamen qbꝰ de rebus cõsulís curare eũ ludís martialibꝰ tríclíníũ sacerdotum nõ dísplícet n obís: sí ẽ passurꝰ se ab síluaní fílío hoíe sibí affíní admoueri ne qd faciat: quod cõspící & derideri possít: spectaẽ cũ circa circẽses ex puluínarí nõ placet nobís. Expositꝰ. n. í pría fõte spectaculoq; conspiceẽ.

¶ Articulis temporum: quotiens aliquid erit agendum μὴπροῦπόκειμένον ipræsubiectũ & nobis. ¶ Posse arbitremur: totius consultationis ratio utrum quem talem haberent putandũ esset: posse nec ne gerere honores. ¶ Cõsulis: petis ame cõsiliũ. Ludis martialibus quos credo Augustus in dedicatione templi Martis ultoris celebrauit. ¶ Ab siluani filio: syllani potius legerim. nam & M. Syllani filia Claudilla dicta ẽ qd nomẽ arguit syllææ fãiliæ claudiæ & affinitatẽ. ¶ Puluíarí qd puluíar eẽt diximus. ¶ In prima fronte: unde ab omnibus possit conspici. ¶ Latinarum: diebus latinis feriis. ¶ Cur non præficitur

urbi.sensus est si talis habendus est: ut sine maiore nostro rubore cū fratre albam sacroꝝ causa uenire possit nō uideo qua ratione nō etiam ciuitati eum p̄ficere po⁹umus: absentibus.n.magistratibus qui ciuitati per eos dies praeesset cteabaꝫ. Pōponius iure consultus quotiens inquit rei pu. magistratus perficiscūtur unus relinqꝫ q ius dicat q p̄fectus olim cōstituebaꝫ: postea latinaꝝ feriaꝝ cā itroductus ē: & quotannis obseruaꝫ.

¶ PHI. ¶ In albanū mōtē: ubi in honorē iouis lacialis fiebat sacrū: & p latinas ferias oēs latini populi carmē accipe soliti erant historia traditꝫ in dionysio i. iiii. ¶ Præficiꝫ urbi. q. d. pōt p̄fectus urbi: q̄ dignitas amplissima est cōstituī: si idoneus ē ad celebrā/das latinas ferias albano mōte cū fratre germanico. ¶ In mōtē .s. albanū: ubi cōsules soliti erāt sacrū facere ioui latiali. ex quo i/telligimus augustū hæc scripsis/se eo tēpore. quo cōsul erat ger/manicus claudii frater: q cū eēt facturus in mōte solēne sacrū in dictis latinis feriis: q̄rebaꝫ liuia ab augusto: an una mittēdus eēt claudius cū germanico fratre cō sule. ¶ Inter spem & metū: inter duas cōtrarias affectiōes: est .n. spes opinatio boni futuri: met uero egritudo futuri mali. tale est illud maronianū spēq; metū q; inter dubii. ¶ Fluctuemus: ista fluctuū agitemur. iuxta il/lud magno curarū fluctuat estu. ¶ Antonie: matri .s. ipsius clau/dii. ¶ Tyberiū adolescentē. clau dium .s. tyberiū appellatū. ¶ Cū suo sulpitio & athimodoro: hos inutiles & minus idoneos fuisse significat ad claudiū excolēdum & uirtutibus expoliēdū sed potius accō/modatos ad corrūpendū: trahūtur a cōuersantibus mores ut inqt seneca: & ut auctor est Aristoteles: q iusto temperantiq; se deuinxerit melior euadet. Si itaq; exui uitiis lōge a uitiorum exemplis recedendū est. cor/ruptor fraudulentus. circūscriptor: aleator: asotus: explodendi eliminandiq; sunt: cum uel solo tactu & uisu nocituri sint. uiue cum catonibus uiue cum leliis: uersare cum probatis dege cum litteratis: quorum cōuer/satio tibi futura est & ornamento & emolumento. nam sicut ille qui in sole ambulat coloratur: sic qui cōui/uit cum bonis colore bonitatis inspergitur carendum est non solum crimine turpitudinis sed etiam suspi tione: quæ de nobis exoriri solet. cum inter malos uersamur: q̄q̄ impoluti incorruptiue uerum ait cipria/mus. nemo est satis tutus periculo proximus. ¶ Minus μετεωρος: idest minus subleuatus minusq; sto lidus. nam græci meteoron sublimen uocant. inde meteora Aristotelis & Alberti magni: quæ corrupto uo cabulo uulgus semidoctum appellat metaura. in his enī rebus sublimibus tractatur. ¶ αὐτυχεῖ. i. feliciter agit ualde nimis inter studiosos. ¶ ἡτῆσσ ψυχῆσσ. i. satis cernit animi ipsius generositas. ¶ Tyberiū: clau/dium .s. ¶ Peream: uerbum est impcatorium. ita oratius. peream male si non optimum erat. ¶ ασαφῶσ. i. obscure & idocte. ¶ σαφῶσ. apte & nitide. est autem sensus: eū qui in coti diano sermone: q maxime per/spicuus esse debet obscure loquaꝫ: nō credibile est eundē apte loq posse in declamatiōe: q̄ suapte natura ar/tificiosior est & subobscurior. ¶ Auguralis sacerdotii: de sacerdotio augurali & numero augurū diximus su/pra ex auctoritate liuii: quoꝝ numerus erat īpar. ¶ Imptitū: decoratū factūq; participē. ¶ Inter tertios: tertii heredis ita secūdis substituunt sicut secūdi primis: ut iā diximus. ¶ Extraneos: heredes: qui testatoris iuri nō sunt subiecti: extranei appellantur. itaq; liberi quoq; nostri qui in potestate non sunt: heredes a nobis in stituti: extranei heredes dicūtur: seruus quoq; a domino institutus extraneorū numero habet. scribunt iu/risconsulti extraneis heredibus deliberandi potestatem esse de adeūda hereditate uel nō adeūda. ¶ Parte sexta: sextante. ¶ Legato: inter legatario:. augusti fuit claudius sed in legato haud quaq; opulēto & opimo. ¶ M. AN. ¶ De tota re: de tota claudii uita & īstitutiōe: Fluctuemus in motu & sollicitudīe simus. ¶ Anto niæ quoq; nīæ: claudii matri μετεωρος: suspēsus. ¶ Misellus claudius αὐτηψσι ἐν τοῖσ σωφρονάσι σαι σαι λιαν feliciter ita ualde īter studiosos. Aiax oīno isan' itellige ut ille ἡτῆσσ ψυχῆσσ αὐτοῦ εὐτενεια aiæ eius generosit a s. ¶ Tertiis līis: ad eandem liuiam. ¶ Tyberium: claudium subaudi ασαφῶσ per/plexe & obscure σαφῶσ perspicue. ¶ Cōstituerit. q. d. illū nullo maiore p̄ditū honore relinq̄re. ¶ Inter ter

Spes
Metus

Saluber rimū do cumen/tum

Meteo/ra
Merau/ra

Extra/nei here des

In albanū montē ire eū non placet nobis: aut esse Romæ la tiarū diebus. Cur.n.nō præficiꝫ urbi si pōt fratrē suū sequi in montem. Habes nostras mea Liuia snias: qbus placet se/mel de tota re aliqd cōstituī: ne semp inter spem & metum fluctuemus. Licebit autem si uoles. Antoniæ quoq; nostræ des hanc partē epistolæ huius legendam: rursus alte ris litte ris Tiberiū adolescētē: ego uero dum tu aberis quottidie in uitabo ad cœnam ne solus cœnet cū suo Sulpitio & Athe/nodoro: qui uellem diligētius & minus πετεῶροσ deligeret sibi aliquem: cuius motū & habitū & incessum imitaretur mi sellus, ἀτυχεῖ τοισ σωφρονάσι σαι λιαν ubi non aber/rauit eius animus satis apparet ἡτῆσσ ψυχῆσσ ο αὐτοῦ εὐ/γενεια Item tertiis litteris Tiberium nepotem tuum pla/cere mihi declamantem potuisse peream nisi mea Liuia admiror. Nam qui tam σαφῶσ loquatur: qui possit quum declamat ασαφῶσ dicere quæ dicenda sunt non ui/deo. Nec dubium est quid post hæc Augustus constituerit & reliquerit eū nullo præter auguralis sacerdotii honore ī/partitum: ac ne hæredem quidē nisi inter tertios ac pene ex traneos: ne parte sexta nuncuparet legatoq; non amplius q̄ octingentorum sestertiorum prosecutus.

De honoꝝ cōsulatus eidem p Tiberiū negato & secessu ei⁹.

tios:qui ſecundis hæredibus ſuſtituebãtur:quippe quibus nulla pene ſpes erat hæreditatem aliquãdo' ade undi.¶Parte ſexta:ſolo ſextante qui ex duodecim bonoꝝ partibus duas hẽt.¶Patruus:druſi qui claudiũ gẽuit frater.¶Legitimos honores: nõ imaginarios ut erat triumphalia dediſſe ornamẽta: ſed publica mu nera obeunda.¶Id ſolum:ad ea.ſ.quæ petebantur:munuſcula ſe mittere ut puero & huicqui adhuc parũ ſaperet:reſcripſit.¶In ſaturnalia:ad ſaturnaliorum luxum.

TIberius patruus petentí honores conſularia orna/menta detulit:ſed inſtantius legítimos flagitantí íd ſolũ codícillís reſcripſit quadragínta aureos ín ſa/turnalía & ſigillaría míſiſſet ei. Tunc demum abiecta ſpe di gnitatís ad ocium cõceſſit modo í hortís & ſuburbano:mo do domo modo ín cãpaníæ receſſu delíteſcens:atq; ex con turbenío ſordídíſſimorum hominum ſuper ueterem ſegní/cíæ notam ebrietatís & aleæ quoq; ínfamíam ſubíit.

De gratía & fauore eius apud homines.

GVm interm(q̃q̃ hoc mõ agẽtí) nũq̃ aut officiũ ho/minũ:aut reuerẽtia publica ꝺfuit. Eq̃ſter ordo bís patronũ eũ ꝓferẽdæ ꝓ ſe legatiõís elegit ſemel cũ

¶PHI.¶Tiberius.q princeps fuit poſt auguſtũ: frater Druſi & ita patruus claudii.¶Legiti/mos.ſ.honores aliud ẽ cõſulatũ gerere alíd ornamẽta cõſularia impetrare.cũ cõſulatus ſit legiti mus honos & magiſtratus.con ſularia uero ornamẽta:ꝓ idulgẽ tiã príncipis ẽt illis denẽ:q nun/q̃ ad cõſulatũ aſpirauerũt:ſicut ín/ſignia q̃ſtoria & ornamenta ꝓto ria:decreta narciſo & criſpio fuiſ ſe legimus.¶In ſaturnalia & ſi/gillaria:ad celebrãdã ſaturnalio rũ & ſigillarioꝝ feſtiuitatẽ:ſciẽdũ eſt ãt ſigillarioꝝ celebritatẽ adie ctã eẽ ſaturnalibus:& ita in ſeptẽ dies ꝓpagatã fuiſſe letitiã ſatur/naliciã. cũ prius ſaturnatia q̃nq; tantũ dierum numero terminarentur.hinc Martialis ſaturnaliorũ dies mõ quinq; noĩat mõ ſeptẽ.ſic.n.ait ſeptẽ ſaturni uenerat añ dies.ſcribit Macrobius ſigillaria luſum ꝑbere reptã ti adhuc infantiæ oſcillis fictilibus.illis.n.diebus ſigilla:hoc eſt parua ſimulachra fingebantur ac uenalia pa/rabanẽ:q̃ homines pro ſuis capitibus offerre ſolebãt in ſacellum ditis araꝫ ſaturni coherẽs.ideo ſaturnalibꝰ talíum commertiorum celebritas cepta ſeptem occupat dies:qui erãt feriati.ſicut autem ſaturnalibus cerei miſſitabantur.ita in ſigillaribus ſigilla:quæ arte fictili fingebanẽ:totoq; hoc tempore alea impune exerceba tur.& ſicut ſaturnalicia munera appellarunt:quæ ſaturnalibus miſſitabantur.ita ſigillaricia uocauerunt q̃ in ſigillaribu mittebantur:ſparcianus.ſaturnalicia & ſigillaritia frequenter amicis inopinantibus miſit Hadri anus Imperator & ab his libenter accepit & alia inuicem dedit.ſigillaria dicimus dieſ ipſos atq; feſtiuitatem ſicut ſaturnalia & ita in hoc loco accipitur.preterea ſigillaria dici locum ipſum in quo ſigilla fingebant & ue nalia proponebantur teſtis eſt gellius:qui ſic ait in qnto apud ſigillaria forte ĩ librarĩa ego &.L.paulus poe/ta uir memoria nr̃a doctiſſimus conſideramꝰ obſeruauimꝰ,mẽtionẽ fieri de ſigillaribus apud iur iſcõſulros ĩ hoc ſignificatũ uidelicet pro loco in urbe roma.in quo non ſolum ſigilla ſed etiam uaſa uenalia proponebã tur.ſic.n.ait ſceuola libro de legatis tertio.paterfamilias ita legauit. lances duas læues quas de ſigillaribus emi:dari uolo is de ſigillaribus læues quidem non emerat.lances ãt emptas habebat:q̃ friuola q̃ futulis quã ridicula deus bone eſt Accutſii interpretatio.qui ſigillaria exponit pro genere uaſorum.mox tanquam ali/quid luculentius excogitaſſet ait eſſe genus uenditorum eſt ne hoc interpretari leges an inquinare.talia in terpretamenta candidatos legum inficiunt haud dubie non inſtituunt.quæ neſcire melius eſt:cum ſint de/docenda potius q̃ docenda:habet tñ hic egregius enarrator ſectatores non paucos:adeo addictos: ut nefas eſſe exiſtiment piaculumq; committi:ſi uel unguem latum ab ipſius interpretatione diſceſſerint:tanq̃ unus & unicus ſub omni celo ſit iuris ciuillis illuſtrator:qui non tm̃ cutem ſed ſanguinẽ & medullã legũ poſſit er/ruere.pecunias ãt ut ad rẽ redeamus.in ſigillaria dari ſolitas docet ſpartianus cũ de antonio caracallo ſcribẽs ait:q̃ a parentibus gratia ſigillariorum acceperat:ea uel clientibus uel magiſtris ſponte donauit id munus ſi gillaricium dicebatur.Seneca libro primo epiſtolarum ego ſum felicio:cui ſolebas ſigillaricia afferre. mẽdo ſi:codices habent ſigillaria.flauius uopiſcus.teadit aurelianum inſtituiſſe uxori & filiæ annuum ſigillarici/um.¶Ex cõtubernio ſordidiſſimorun:ſcribit hieronymus dominarum mores ſæpe ex ancillaꝝ moribus iudicari:ita qui cum ſordidis & aleatoribus uiuit inter ſordidatos & aleones numerari ſolet:quærit ariſtote les in problematis:cur qui iuſto & temperanti & bono uiro ſe iunxerit melior in his bonis animi euadet: q uero cum ſano traxerit moram nihilo fiet robuſtior:quia.ſ.bona corporis animo imitari non poſſumus:bo na autem animi poſſumus:claudius igitur dum uerſatur cum ebrioſis & aleatoribus infamatus eſt.¶Præ ter ſegnitiæ notam & ſuggillationem:tanquam & ipſe ebrietati indulgeret & alee.¶Bis patronum. ut pa/trociniũ ſuſciperet ordinis eq̃ſtris in legatione. perferẽda:tanq̃ idoneus eſſet:qui fieret orator impetrabilis.¶M.AN.¶Et ſigillaria:quæ ſaturnalibus dono mittebanẽ ſpartianus ſaturnalicia & ſigillaricia frequen ter amici inopinantibus miſit dabatur autem in primis pueris quod idem auctor alibi demõſtrat q̃ a parẽ tibus ſigillarioꝝ gratia acceperat id uel clientibus:uel magiſtris ſponte donauit:erãt itaq; ſigillaria puæ ima gines fictilibus deſcriptæ a ſignis dicta.Mar.in apophoretis gloria tã parui ñ ẽ obſcura ſigilli & rurſus ſum fragilis ſed tu moneo ne ſperne ſigillũ.¶Modo domo:uſitatius domi.¶Super ueterem notam: ſegnitiæ & ignauiæ infamia.¶Aleæ:luſus.¶Patronũ:ut ſuam ad conſules cauſam ageret.¶Oppreſſum ſeianum gratularentur: ſic Liuius ut uictoriam philippus ipſi populoque romano gratularetur.¶Spectacu/

De ſigil/laribus pulchra

Sigilla

Sigilarĩ cia

lis:inter spectandum. ¶ Aduenienti:theatrum iugredienti.

ret hanc ab eo accipere artem ualunt.¶Euocare manes.Euocatio manium est:quam per artem magicam facit ulyxes apud homerum in.xi.odisseæ.Consimiliter apud filium scipio euocat manes hoc est umbras defunctoꝝ magico sacrificio.appion quoq; grammaticus prodidit se euocasse umbras ad percontandum homerus qua patria quibusue parentibus genitus esset:de hac manium euocatione intellexit tibullus sic scribens de saga femina.hæc cantu finditq; solum; manesq; sepulchris elicit.fiebat autem peculiariter inferorum euocatio sanguine in fossa uictimaꝝ meile uino lacte commixtis.hinc ab oratio dictum cruor ĩ fossam confusus ut inde manes elicerent animas responsa daturas.nero sacro magico tentauit euocare mães hoc est animam maternam:eamq; complacare sed non potuit.¶Scelerati uoce præconis.scribit helius lãpridius in eleusinis sacris proclamari solitum ut nemo ingrediatur:nisi qui se innocentem nouit.hinc trãslatum est illud poeticum procul o procul este prophani conclamat uates.præterea nullus qui iniciatus nõ foret ingrediebatur apud athẽnienses templum cereris:unde cum olim duo iuuenes acarnanes per initiorum dies non incitati templum cereris imprudentes religionis ingressi essent:deducti sunt ad antistites & tanquam ob infandum scelus interfecti.de eleusinis sacris quæ initia peculiariter noĩant habũde diximus supra.Nero ex conscientia cõsceleratissima non ausus est intereé sacris cereris:cum econtrario marcus antõinus impator ut se innocentem probaret cereris tẽplum adiit:& ut refert Iulius capitolinus: sacrarium solus ingressus est.¶Amitæ necẽ.scribit tacitus neronis amitam lepidam olim certamen acerrimũ aduersus agrippinã exercuisse:utrum amita an mater apud neronem preualeret.tandẽ illi mors fuit indicta quamuis multum narcisus aduersaretur.sed hec de qua loquitur trãquillus nimirũ altera ẽ quæ domitia uocabatur:inter quã & agrippinam infensa quoq; emulatio exercebatur:cuius libertus fuit paris histrio.¶Ex duritia alui.alios inquit celsus astricta alios resoluta aluus exercet.Igit aluum soluere is debet cui astricta est:sicut aluum firmare is cui fusa.succurẽdum enim semper est parti maxime laboranti.Contrahitur autem aluus plerũq; in senectute ut auctor est hippocrates in aphorismis.memoratu digna sunt quæ scribit plinius in uigesimo sexto.cuius uerba subscripsi.plurimum negotii humano generi aluus exhibet:cuius causa maior pars mortalium:uiuit alias enĩ cibos nõ trãsmittit:alias nõ cõtinet:alias nõ capit:alias nõ conficit:eoq; mores uenere:ut homo maxime cibo pereat.¶Cubantẽ.egrotãtem.oratius.cubat hic in colle quirini:ubi exposuit porphirio egrotat.¶Lanuginem eius.barbã pubescentis neronis.scribit macrobius:post annos ter septenos uestiti a iuuene genus flore prĩo lãuginis.Martialis.iam mihi prima latet longis lanugo capillis est lanugo quedam quasi lana;qua in primis cotonea mala conuelãtur.a lanugine inclinatur lanuginosus.plinius lanuginosum uocat araneum.

Euocatio manium

Cruor ĩ fossam

procul este prophani

Plurimũ negocii exhibet aluꝰ

Lanugo

Lanugio sus

¶M.AN¶Per magos sacros:q; ille hæc tẽtauerit Pli.uerba declarãt:ptẽrea ĩquit umbrarum inferorũq; colloquia quæ omnia ætate nostra priceps Nero uana falsaq; compit.Lucanus auctor est ita maioribus p suasum posse umbras herebi ui magica euocari ex eius pharsalide ẽ id carmen.fata pemptoꝝ pendẽt iam multa uirorum quẽ superis reuocasse uelit si tollere totas tentasset campis acies & reddere bello cessisset leges herebi:Apulei auctoritas haud uno loco Lucano astipulatur.¶Exorare:precibus flectere ac placare.¶Peregriatõe græciæ.quũ pegre ĩ græciã ẽ pfectꝰ.¶Eleusinis sacris:eleusinæ cereris græci: Ἐλεσ ίο φῶ

ꝑiĉ uocãt. ¶ Amitæ necẽ: dõitiæ dõitii ꝓris sorori: tacitus hæc turius & caluisi⁹ atĩeto domitiæ nerõis amitæ liberto apiũt. ¶ Lãuginẽ ei⁹: barbã tũ primũ pubescẽtẽ q̃ nero nõ dũ deposuerat. ¶ Grãdis natu: iã an⁹. ¶ PHI. ¶ Simul hãc excepero. uerba amitæ in morbo blandiẽtis neroni. tanq̃ tunc libẽter moriturã: cum uidi ſet neronẽ deposita prima lanugine iã matuꝝ imperio ad uirilitatẽ peruenisse talia aũt uerba ex usu sunt quotidiano & affectionibus domesticis. Hãc lanuginẽ barbæ. ¶ Se posiſturum: tanq̃ ſignificare uellet nullam in ſe mortis differendæ cauſam futuram. ¶ Largius usq; ad animæ effusiõem. ¶ Supresſo. occultato. ¶ Abſcederet ut omnia amitæ bona ad ipſum pertinerẽt. ¶ Octauiam. quæ filia fuit claudii quã pater despondit. ¶ Domitio neroni: post matrimonium agrippinæ. ¶ Popeiam ſabinam. erat romæ ſabina popeia: quæ nomen aui paterni ſumpſerat illuſtri memoria põpeii ſabini cõſularis & triumphali decore prefulgentis. huic omnia alia fuere preter honeſtum animum. ſermo comis: nec abſurdum ingeniũ: modeſtiam ꝑferebat: & laſciuia tñ utebat. famæ nũq̃ pepcit maritos & adulteros nõ diſtinguẽs. raro in publicũ ꝓgrediebat: idq; uelata parte oris ne ſaciaret aſpectũ: uel qa ſic decebat. ¶ Patre q̃ſtorio. hic dictus é titus olius. ¶ Equiti romano. ruffo criſpino: ex quo filiũ genuerat. ¶ Statiliã meſſalinã. altera hæc eſt meſſalina ab illa ipudica claudii principis coniuge. ¶ Tauri bis cõſulis. ab hoc ſtatilio tauro temporibus auguſti amphiteatꝝ romæ extructũ eſt: fuit & alius ſtatilius taurus huius meſſalinæ frater ut opinor: q ob opes & hortos egregios: qbus agrippina ihiabat accuſatus uim uitæ ſuæ attulit. Habemus inqt. M. Varro multa noia a pecore. ex quo Statilii Tauri: Annii captæ: Põpõii uituli cognoiati. ¶ Abneptẽ. quarto cognationis gradu ſunt ſupra abauus abauia: ifra abnepos abneptis. ¶ Atticum ueſtinũ. Neroni odium aduerſus ueſtinũ ex nimia ſodalitate ceperat: dum hic ignauiam principis penitus cognitam deſpicit: ille ferociã amici metuit acceſſerat altera odii cã: quod ueſtius ſtatiliã meſſalinam ſibi matrimonio iũxerat. haud neſcius inter adulteros eius & cæſarem eſſe. unde nero non crimine nõ accuſatore exiſtente tribunũ cũ cohorte militũ imittit ad ueſtinũ trucidandũ: qui eo die munia cõſulis impleuerat. cõuiuiũq; celebrabat. qui ubi audiuit ſe a tribuno euocari ſtatim exurgens claditur cubiculo preſto eſt medicus. abſcinduntur uenæ: uigens adhuc balneo infertur. calida aqua merſat: nulla edita uoce: q̃ ſemet miſeraret. ¶ In ipſo honore. cõſulari. ¶ Dimiſit ut ſterilẽ. nero fato quodã abhorrebat ab octauia eãq; exturbat ſterilẽ dictitãs. exin popeæ cõiũct⁹ é. cã aũt ſterilitatis ut ſupra relatũ eſt: diuortiũ fieri licebat: quod primus inſtituit ſpurius carbilius ruga: cum liberi ex uxore ſterilitatis uitio non gignerentur. ¶ Relegauit. in cãpaniam pulſa fuit octauia addita militari cuſtodia. cũ crebri quæſtus nec occulti p uulgum fierent. a nerone reuocata mox in in ulã pandateriã relegata. & ut inqt eleganter tacitus: nõ alia exulſeia uisentiũ oculos maiore miſericordia affecit. paucis de hinc interiectis diebus mori iuſſa eſt. itaq; infœlix octauia reſtringit uinculis uenæq; eius p oẽs artus exoluũtur & quia preſſus pauore ſanguis tardius labebat ꝑferuidi balnei uapore enecatur: pp hanc octauiã ſcripta eſt a ſeneca tragedia: quæ iſcribit octauia. ¶ Sub crimine adulterioꝝ. popea neronis mariti potẽs quendã ex miniſtris octauiæ ipulit ſeruilẽ ei amorem obiicere: deſtinatuſq; reus eſt eucherus alexandrinus tibicen. acte ob id de ancillis queſtiones: q̃dam ui tormentoꝝ uictæ adulterium annuerũt: plures ꝑſtiterunt ſanctitatẽ dominæ tueri. In queſtiõe. ſ. tormẽtoꝝ. ¶ Anicetũ pedagogum. adhuc alludens dixit iuuenalis pmordet anicetus ipſe. ſupra diximus hunc anicetũ patratorem fuiſſe necis agrippinæ. hũc igitur nero pollicitatiõibus onerat ut fateri uelit ſe adulterium cũ octauia cõmiſiſſe: qui inſita uecordia plura ẽt q̃ iuſſus erat fingit: fateturq; adulteriũ octauiæ apud amicos: quos uelut cõſilio adhibuerat nero: mox in ſardiniã pellit: ubi nõ iops exiliũ tolerauit & fato obiit. auctor tacitus. ¶ Indicem. qui uelut conſcius facinoris indicaret adulteriũ cũ octauia cõmiſſum ipunitate ꝓpoſita. tales. n. ſunt indices ut tradit aſconius ſenatoria pſona nõ põt indiciũ ꝑſiteri ſaluis legibus. ¶ M. AN. ¶ Hanc: barbã ſiue lanuginẽ. ¶ Mori uolo. q. d. ſimul hac uidero te factũ uirum libens moriar. ¶ Largius: ad iteritum usq; eius aluũ exinanirẽt. ¶ Inuaſit. occupauit. ¶ Abſcenderet: ad alios deueniret. ¶ Tauri: ſtatilii de quo ſupra is. n. ex legato amphitheatꝝ romæ au. pricipatu erexit. ¶ Atticũ ueſtinũ: acceſſerat repẽs cã q̃ ueſtinus ſtatiliã meſſalinã ſibi iũxerat: haud neſcius iter adulteros eius & Cæſarem eſſe

ſimul hãc excepo mori uolo: cõuerſus ad ꝓximos cõfeſtim ſe poſiturum uelut irridẽs ait: præcepitq; medicis ut largius purgarent ægram: Nec dum defunctæ bona inuaſit: ſupreſſo teſtamẽto ne quid abſcederet.

Item de parricidiis eius in uxores affines & neceſſarios: & coniunctos ſuos commiſſis.

Vxores præter Octauiã duas poſtea duxit: Põpeiã Sabinam quæſtorio patre natã & equiti Romão ante nuptã: deĩde ſtatiliã Meſſalinã Tauri bis conſulis ac triũphalis abneptẽ: Qua ut potiretur uitũ eius Attĩcũ Veſtinũ cõſulẽ ĩ honore ipſo trucidauit. Octauiæ cõſuetudinẽ cito aſpernatus corripientib⁹ amicis ſufficere illi debere reſpõdit uxoria ornamẽta. Eãdẽ mox ſæpe fruſtra ſtrãgulare meditatus dimiſit ut ſterilẽ: ſed ĩprobante diuortium populo nec parcente conuitiis etiam relegauit: deniq; occidit ſub crimine adulteriorum adeo impudenti falſoq; ut in quæſtione pernegãtibus cunctis Anicetum pædagogũ ſuũ

popea sabina

Famæ nõ pepercit

Statilius taurus

Abneptis

Mors ueſtini

diuortiũ ex ſterilitate

mors octauiæ

Octauia tragedia

Index

de ueſtini morte eodem loco Tacitus. ¶ Octauiæ: q̃ Claudius princeps ex Meſſalina tulerat. ¶ Impuden
ti: turpiter aſſimulato. ¶ Anicetũ: hic ille ẽ: cuius cõſilio uſus ẽ nero ĩ Agrippina mĩe ſolutili nauigio pden
da: tacitus nõ anicetũ ſed euce⁊ natiõe Alexãdrinũ Canere p tibias doctũ adulterii reum ait deſtinatum.

índicẽ ſubiecerít: quí dolo ſtupratam a ſe fateretur: Popeiã duodecimo díe poſt díuortium Octauíæ ín matrímoníũ ac ceptã díſexít unice: & tamẽ ípſam quoq; íctu calcís occídít qd ſe ex aurigatione ſero rcuerſum grauída & ægra conuí/ ciís íceſſerat. Ex hac filiã tulít Claudiã Auguſtã: amíſitq; ad modũ ínfantem. Nullũ adeo neceſſitudínis genus eſt: quod non ſcelere perculerít: Antoníam filíam Claudíí recuſantẽ poſt Pompeiæ mortẽ nuptías ſuas quaſi molítrícem noua rum rerum ínteremít. Símíliter ítem cæteros. aut affínítate alíqua ſíbí aut propínquítate coníunctos ín quíbus Aulum Plautíum íuuenem: quem cum ante mortem per uím con/ ſpurcaſſet: eat nũc íquít mater mea: & ſucceſſorem meum oſculetur íactãs dílectũ ab ea: & ad ſpem ímperíí ímpulſum

¶ PHI. ¶ Popeã. hæc eſt illa po pea: quæ balnea⁊ ſoliũ aſinío la cte tempabat: quo cutẽ erugari & tenereſcere: & candorẽ cuſto/ díri putant. ob hoc greges aſi/ na⁊ popeã comitabant: ut illo lacte corpus totũ maceraret: cu tẽq; extenderet. auctor pli. in. xi. &. xxviii. hæc ſoleis ex auro in/ duebat: pedes iumento⁊ delica tio⁊. autumãt eruditi ab huius popeæ noíe popeana medicamẽ ta dici: quo⁊ meminit poeta ſa/ tyricus. ¶ Ictu calcis. tradit taci/ tus popeã obiiſſe mortẽ fortuita mariti iracundia: a quo gtauida calcis ictu afflicta eſt: qdam ſcri/ ptores ,pdiderũt ueneno extin/ ctã eſſe. corpus popeiæ nõ igne

Lacte aſi nino eru/ gatur cutiſ popeana Ictu calcis periit

crematũ eſt ex romano more ſed regũ externo⁊ conſuetudine repletũ odoribus. tumulo iulio⁊ illatum ẽ exequiæ publicæ ductæ ſunt. laudauit ipſemet nero defunctã ,p roſtris. Qui mulierem pregnantẽ calce p/ cuſſerit: moriente feía ex eo ictu & ipſe pcuſſor moriat. animã. n. ,p anima cenſet lex iudaica eſſe repetẽdã. Quod etiã referẽ a ioſepho in quarto antiqtatũ. ¶ Cõuitiis ineeſſerat. Iurgiis & maledictis fuerat inſecta/ ta. cõuitiũ a uicis dictũ exiſtimat feſtus uel mutata. i. littera quaſi conuociũ: cui aſtipulat ulpianus ſcribens conuiciũ dici uel a concitatione uel a conuentu hoc eſt a collatione uocum: cum in unum uoces complu/ res conferuntur. Conuitium. n. appellatur quaſi conuocium. Labeo ait conuicium eſſe ĩiuriam & proprie accipitur pro maledicto contumelioſo. Laurentius uallenſis ab hoc uerbo conuitio conuitiũ deriuari opi natur: quaſi uitandum & uituperationis cauſa factum ſit. ¶ Auguſtam. Nero ut auctor eſt tacitus natam ſi bi ex popeia filiam uocauit auguſtam. nata autem eſt apud antium coloniam. & ſenatus uota publice ſuſce perat ,p utero popeiæ: quæ exoluta ſunt: & additæ ſupplicationes templumque fecunditati. ¶ Admodum infantem. Quartum intra menſem defuncta eſt infans auguſta: rurſuſq; exortæ adulationes cenſentium honorem ut diuæ & puluinar edemq; & ſacerdotem. Nero ut leticiæ ita meroris immodicus egit. ¶ Per/ culerit. ſubuerterit uexauerit afflixerit. alias percuſſerit. liuius. genu femur perculit. ¶ Atoniam. ſupra dictum eſt Claudium ex petina uxore ſuſcepiſſe filiam nomine antoniam quæ a nerone interempta ẽ: cũ illi nubere recuſaſſet fuit hec antonia uxor cor. ſyllæ: cuius noíe olim delati ſunt apud neronem pallas & burrus. tanq; conſéſiſſent uocare ĩ lum ad imperium. ¶ Ceteros. ſ. interemit. ¶ Affinitate. affinitatẽ uiri & uxoris cognationem: ſicut affines utriuſq; cognatos dici ſcribit iuriſconſultus: ab eo quod duæ cognatio/ nes: quæ diuerſæ inter ſe ſunt cognatione per nuptias copulãtur: & altera ad alterius finem accedit. ¶ Pro/ pinquitate. conſanguinitate. & neceſſitudine: quã iuriſconſulti uocant proximitatem. ¶ Cõſtupraſſet. ue luti ſtuprator: alii codices habẽt cõſpurcaſſet: quod ſignificat ſpurca libidine poluiſſet: ſpurcare. n. eſt feda re atq; uitiare. plautus. ſpurcatur naſum odore illutibili. Idem ſpurcas noctes ipuras & impudicas uocat. Antiqui ſpurcum uinum dicebant cum aqua admixtum tanquam non amplius purũ foret. Celſus iuriſ/ conſultus titulo ad legem aquiliam cũ eo agi poſſe aquilia ait. qui uinum ſpurcauit uel effudit uel acetum fecit uel alio modo uiciauit. ¶ Succeſſorem meum: agrippina olim apud neronẽ accuſata eſt: quod deſtiaſ ſet rubelium plancum ad res nouas extollere: coniugioq; eius etiam ĩperium rurſus inuadere. erat enim ut auctor ẽ tacitus per maternã originem plãcus ex familia iulia pari ac nero gradu a diuo auguſto. agrip pia ĩpetrato filii collo ultionẽ ĩ delatores obtinuit. plãcus ipſe ad preſens ſilẽtio trãſmiſſus eſt q paulo poſt admonitus litteris neronis cũ uxore & paucis familiariũ cõceſſit ĩ aſiã ibiq; fuit interẽptus a cẽturiõe p me dium diei nudus exercẽdo corpi. caput interfecti relatũ eſt ad neronẽ qui capite conſpecto dixiſſe fert: cur nero depoſito metu nuptias popeæ ob eiuſmodi terrores dilatas maturaĩ parat: octauiãq; cõiugẽ amollri. ¶ M. AN. ¶ Popeiã: ſic. n. legendũ & nõ põpeiã ut hñt oẽs fere Tráqlliani codices quos dũtaxat uidimus tacitus cur íquit Nero depoſito metu nuptias poppeæ ob eius terrores dilatas maturare paraẽ. ¶ Octauiã q; coniugem amoliri & rurſus exturbat Octauiã: ſterilẽ dictitãs exin poppeæ cõiũgiẽ: Pli. popea certe Do/ mitii Neronis cõiunx quigentas p'oĩa ſecũ fœtas trahens quũ de aſinaꝛ natura interi loqueretᵉ. ¶ Ictu cal/ cis: tacitus poſt finẽ ludicri poppea mortẽ obiit fortuita mariti iracũdia a quo grauida ictu calcis afflicta eſt neq;. n. uenenum crediderim q; quidã ſcriptores magis odio q̃ ex fide tradiderunt. ¶ Claudiã auguſtam: tacitus poppeam non claudiam auguſtam infantẽ nominatã ſcribit. ¶ Antoniam: claudii qui princeps fu it & petiæ filia quæ pompeio & fauſto ſylle nobiliſſimus iuuenibus nupſerat de antoniæ conſpiratione & morte plura tacitus. ¶ Conſtupraſſet: irrumationi adhibuiſſet q; flagitium ut patratum ſuſpicemur uer/

Conuitiũ unde

Templũ fe cunditati

affines uñ

proximitaſ Spurcare Spurcũ ui/ num

Mors plan ci

ba quæ sequuntur efficiunt: eat inquit mater mea & succeſſorem meum oſculetur quaſi dicat nunc maxie quum eius os est irrumatione coinquinatum.

priuignus ¶PHI. ¶Priuignū criſpinū: diximus dudū popeā ruffi criſpi uxorē fuiſſe ex quo filium hunc criſpinū genuerat. quem priuignū nerōis fuiſſe dicit tranqlluſ & ab ipſo uitrico interēptum uitricus. n. & priuignus noīa ſunt relatiua: priuignos enī & priuignas uocamus filios filiaſue uxoris nīa ex alio uiro ut docet modeſti. iuriſcōultus. ¶Ludere ducatus. ludus puerorū ut fingant p ludibria poteſtates & ludant ꝓpoſituras quas ducatus appellat. ſcribit capitolinus in galieno pueros fingere p ludibria poteſtates. a duce ſiue a ducēdo ducatus dī principatus. Iulius capitolinus qd tm̄ laboras cū eius loci iā ſis ut ducatū poſſis accipe: flauius uopiſcus in aureliano habuit multos ducatus multos tribunatus. ¶Ludere. ludo & alea puerili. quaſi ob hæc uideret uelle īperare. ¶Nutricis. ipſius neronis. ¶In ꝓcuratione egypti. auguſtus decreta ꝓcuratorū egypti perinde haberi iuſſerat: ac ſi magiſtratus romani cōſtituiſſent. ¶In aduentū ſuū. cū nero ſuſcepiſſet pegrinationem alexādrinā uulgaſſetq; ſe in egyptū ituꝝ: egyptii extruxerāt nouas balneas: qbus neronē ſuo aduentu honorificenter accipent: qbus cū filius nutricis auſus eſſet lauare fuit interēptus: tanq; nullā habuiſſet rōnem īperatoriæ maieſtatis: cuius utēſilia a reliquorū uſu ſeiuncta eſſe ſolēt. unde legimus apud hiſtoricos capita le fuiſſe ſi quis conſediſſet ī ſella pſaꝝ regis. ¶Senecā ad necē. ſeneca claritudie ſtudiorū memorabilis puericiæ neronis educator indignā eruditiōis mercedē a diſcipulo recepit: qui doctori ſuo pinde ac cōſcio coniuratiōis piſonianæ p tribunū ꝓtoriæ cohortis ſiluanū indici mortē iuſſit. erat id tpis ſeneca in ſuburbano rure ad quartum lapidem ab urbe ſubſiſtēs: qui accepto hoc nuntio impauidus ſecuit uenas brachiorum & poplitū & nouiſſimo momento ſuppeditante eloquētia aduocatis ſcriptoribus pleraq; tradidit: quæ ad poſteros non peruenerunt. cæteꝝ cum lentitudine mortis diu cruciaretur uenenum hauſit ſed fruſtra: cū iam artus frigeſcerent: & clauſi forent corporis meatus aduerſus uim ueneni. poſtremo illatus balneo & uapore eius exanimatus ſine ullo funeris ſolemni crematus eſt. ita. n. codicillis ipſe præſcripſerat. fama fuit deſtinaſſe principes coniurationis piſonianæ ut poſt occiſum neronem piſo quoq; interficeretur: tradereturq; imperium ſenecæ claritudine uirtutum ad ſummū faſtigium delecto: hinc uideꝝ illud dictum a iuuenale. libera ſi dentur populo ſuffragia quis tam ꝓditus ut dubitet ſenecam preferri neroni: corrigendus eſt error hoc in loco multorū: cū pleriq; oēs exiſtimēt hunc ſenecā fuiſſe cōditorē tragœdiarū: qd ne credas & ratio & auctoritas euidēter oſtendunt. Namq; in tragedia cui titulus eſt octauia. inducitur mater Neronis agrippina: quā filius iuſſerat occidi: ꝓdicens futuram filii deſerti & cunctis egentis necem. non potuit autem Seneca magiſter neronis talia ſcribere: cum ante neronem ipſe perierit. Præterea ſydonii apollinaris auctoritas liberat nos ab opinione hac falſa & inueterata. qui in hēdecaſillabis apertiſſime docet ex duobus ſenecis alterū fuiſſe philoſophū ac neronis ꝓceptorem: alterū poetam tragediarum cōditorem. uerſus ſido nii ſunt hi. Non quod corduba prepotens alumnis. facūdū ciet hic putes legendum. quorum unus colit hiſpidū platona. Incaſſumq; ſuū monet neronem. orcheſtram quatit alter euripidis. pictū fetibus eſchylon ſequutus. ¶Cōmeatum. abeundi facultatem & in ociū litterarū ſecedendi. ¶Boniſq; cedēti. apud cor. tacitum ſeneca cū uariis criminationibus premeretur in colloquio neronis ait hæc. cū opes ultra ſuſtinere non poſſim preſidiū peto iube eas per ꝓcuratores tuos adminiſtrari ī tuā fortunā recipi: nec me in paupertatem ipſe detrudam ſed traditis quorū fulgore preſtringor. quod remporis hortorū aut uillarum curæ ſeponitur in animū reuocabo. ¶Burro prefecto. burrus prefectus cohortium pretoriarū militaribus curis: ſeneca uero preceptis eloquētiæ lubricā neronis etatē moderabantur. olim nero deſtinauerat amouere burꝝa prefectura tāq; agrippinæ gratia prouectū: ſed ope ſenece dignatio burro retēta ē cuius mors infregit ſenecæ potentiā. periit aūt ueneno fraude neronis dato. nam cum tumeſcentibus faucibus egrota et burrus: a nerone q̄ſi remedium adhibituro miſſum ē medicamē noxium quo illitum fuit illius pallatum. burrus ītellecto ſcelere cum ad uiſēdum eum priceps ueniſſet aſpectum eius auerſatus: ſciſcitāti hactenus rñdiſſe fertur. ego bene me hēo. burrū antiqui dixerūt ruffū. unde burrata potio appellat lac mixtū ſapa a burro hoc eſt ruffo colore. hic rubens cibo ac potiōe ex prādio burrus noīatur hic cognomia fuerūt burrorū apud romāos. & hocē qd intelligi uoluit qntilianus in. i. cum ait ꝓceptorē ſubtilē ſcrutaturū mille origies noium ſecretioꝝ. unde inqt ſint burri. galbæ. plāci. pāſæ. ſcauri: & ſimilia Enni° ut teſtatus ē cicero in oratore burrū dicebat: cū pyrrhū ſignare uellet. quidā codices tulliāi nō burrum habēt ſed purrū.

¶M. AN. ¶Ruffinū criſpinū ex Ruffo criſpo equite. ro. & Sabina poppea genitū. ¶Ludere: ſe mō ducē mō impatorē p luſū aſſimulare quaſi ad ſucceſſionē impii alluderet qa Cæſaris priuignus. ¶In ꝓcuratiōe: quū ægyptū ꝓcuraret. ¶Lauiſſet. tuſcus quaſi nullā rō nem Neronis affuturi habuiſſet. ¶Senecam: Anneū: Senecā ſtoicce diſciplinæ philoſophū ſua ætate ſūmū uaria de eius ſcriptis iudicia: cæteꝝ ingeniū ꝓbāt

Príuignū Ruffum Criſpínum Pompeía natum ímpubérem adhuc: quía ferebatur ducatus & ímperia ludere mergendum marí dum píſcaretur ſeruus ípſius demandauít. Tuſcum nutrícis fílium relegauít: quod ín procuratione ægyptí balneís ín aduentum ſuum extructís lauíſſet. Sænecam præceptorem ad necem cōpulít quamuís ſæpe cōmeatum petentí boníſq; cedentí perſancte íuraſſet ſuſpectum ſe fruſtra periturumq; potíuſquam nocíturum eí. Burro præfecto remedíum ad fauces pollícitus toxícum míſit;

oēs:Gellius & Fabius fūt auctores:is refectis uenis hauſtoq; ueneno ut tacitus ait calidæ aquæ balneo il/
latus piit:de calūnia & mortis rōne idē auctor plura illud nō p̄tereūdū puto pcrebuiſſe phamā Subriū fla/
uium cū Ceturiōibus occulto cōſilio agitaſſe:ſi piſo & ſocii Neronē obtrūcaſſent impiū ſenecæ demādare
¶Præfecto:prætorii.¶Toxicum miſit:tacitus conceſſit uita burrus incertum ualitudine aut ueneno ua
ſitudo coniectabatur q̄ in ſe tumeſcentibus paulatim faucibus & impedito meatu ſpiritum finiebat:plu/
res uim Neronis quaſi remedium adhiberetur illi tum pallatum eius noxio medicamine aſſeuerabant.

Libertos diuites:& ſenes olim adoptionis mox dominatio
nis ſuæ fautores atq; rectores ueneno parti cibis partim po/
tionibus indito intercepit.

¶PHI.¶Libertos diuites.cor.
tacitus.eodē anno libertoq; po/
tiſſimos ueneno interfeciſſe cre
ditus ē.doryphoq; quaſi aduer/
ſatum nuptiis popeie pallātem
qđ immēſam pecuniā longa ſe/
necta teneret.¶Adoptiōis fau/
tores.pallantē libertū in primis
auctoritate ſuaſioneq; obtinuiſ
ſe:ut nero adoptaret a claudio
auctor eſt cor.tacitus.¶Partim
potionibus.M.tullius in oīone
p̄ cluētio oſtendit uenenū cele/
rius poſſe in potiōe epotū q̄ i ci/
bo comeſum pmanere in uenas
atq; in oēs partes corpis.& faci/ Venenū i
lius fallere in poculo q̄ in cibo. poculo
¶Indito.imiſſo ipoſito.¶Inter
cepit.e medio ſuſtulit interemit
q̄.¶Foris.nō ſolū i domeſticos & neceſſarios graſſatus eſt nero:ſed ēt foris hoc eſt in eos:qui nulla p̄ximi Cometes
tate illū contingebant:& erant exteri & extrarii.¶Stella crinita.cometes.de quo hæc tacitus.ſidus come/ nerōianus
tes effulſit.de quo uulgi opinio eſt tanq̄ mutationē portendat.Idē alibi fine anni uulgātur p̄digia iminen
tium maloq; nūtia:uis fulguq; nō alias crebrior:& ſydus cometes ſanguine illuſtri ſemp neroni expiatum
de hac ſtella crinita ſic ſcribit pli.in.ii.terrificū magna ex pte ſidus in noſtro euo circa ueneficiū:quo claudi⁹
cæſar imperiū reliquit domitio neroni:ac deinde principatu eius aſſiduū ac ſeuū.ſeneca quoq; li.ul.q̄ſtio/
num tradit hæc.ſex mēſibus hic cometes:quē nos neronis principatu letiſſimo uidimus ſpectandū ſe præ Cur come
buit in diuerſū illi claudiano circūactum.Idem poſt paulū.nā intra ſextum menſem dimidiam celi partem tes in mor
tranſcurrit hic p̄ximus cometes qui ſeptentrione motus ſui initiū fecit & p occidentē in meridiana p̄ēit te regum
erigens curſu obliquo.de cometis quas nīi crinitas ſtellas appellant affatim diximus in primo cōmētario.
ſydus eſt terrificū & portēdens regnoq; euerſiones.cuius rei cā traditur ab alberto magno li.i.meteoroq;:q Mors bio
ait q̄tendū eſſe quare dī cometes ſignificare mortē principū & bella futura:ubi dicēdū q̄ ſignificat & paupe thanata
ris & diuitis deſtructiōem.ſed tñ circa mortē regis pp famā & illuſtre nomē plus obſeruat̄.p̄terea cā come/ biothanati
tæ prima ſignificat martis fortitudinē:q decernit p̄cipue mortē uiolentā:quā iulius firmicus eleganti noca
bulo ſubīde uocat biothanatā a quo & biothanati dicti qui uiolēta morte extinguūt̄.¶Et babilo aſtrolo/
go.apud tacitū mentio fit cuiuſdā babili:cui egypti præfectura a nerone permiſſa eſt.¶Expiare.tanquam Cōiuratio
infortunium imminens poſſit in alteq; tranſferri per expiationem & diis ſatiſfieri poſſit alieno ſanguine. piſoniana/
¶Promulgatis.patefactis i uulgatis editis.terētius uia patrū p̄mulgata.¶Piſoniana.coniuratio piſonia pilōis mo/
na a Caio piſone nomen accepit:qui calfurnio genere ortus ac multas inſigneſq; familias paterna nobilita res
te cōplexus claro apud uulgū rumore erat per uirtutē aut ſpecies uirtutibus ſimiles facundiā tuēdis ciui/
bus exercebat:largitionē erga amicos.apud ignotos comis erat.illi corpus procerum decora facies.idem
magnificētia clarus & aliquādo luxui indulgebat.cōiurauit hic cum multis nobilibus contra neronē:qui Soter ſer
deſtinauerant ut poſt occiſum principē piſo imperaret.ſed dum res prolatatur detecta ē cōiuratio p mili/ uator
chū ſeuini libertū:qui poſtea a nerone p̄miis ditatus cōſeruatoris ſibi nomē aſſumpſit græco eius rei uoca
bulo ut inquit tacitus.nā ſoter dictus ē:q latine dici poteſt ſeruator.Cicero tamē in uerrinis ſotera inquit
latine uno uerbo exprimi nō poſſe:is ē nimirum ſoter:qui ſalutem dēdit.piſo obiit abruptis brachiorum
uenis.de hoc piſone locutum eſſe iuuenalē arbitror ſic ſcribentem.nemo petit modicis:q̄ mittebātur ami
cis a ſeneca:quæ piſo bonus:que cotta ſolebat largiri.¶Vinciana.hec coniuratio a uincio auctore nomen
ſortita eſt.uincii ruffini equitis Romani meminit Cor.tacitus:q lege cornelia de falſis a nerōe dānatus ē.
¶Bñuenti.bñuētū i.ii.regiōe italiæ ē:q̄ ciuitas quōdā appellata e maleuētū.auctores pli.&liui⁹.¶Tripliciū Bñuentū
cathenaq; ad firmiorē obligationē:cū ſimplicib⁹ ſingulariiſq; cathēis uicere cōiūratos nō ſufficeī exiſtiaret. Maleuētū
¶M.A N.¶Libertos:idē auctor pallātē claudii libertū q̄ imēſā pecuniā longa ſenecta teneret ab eo occiſū
ſcribit de Pallātis diuitis Pli.ut alio loco diximus:& Iu.ego poſſideo plus pallāte & licinis.¶Adoptōis:ut
nero a claudio adoptaret:Pallas.n.Agrippiæ nuptiis fauerat quū caliſtus poſt Meſſaliæ mortē loliam pau
linam claudio ducendam cenſeret.¶Foris:extra neceſſitudines.¶Stella crinita:Plinius noſtro inquit
æuo circa ueneficiū quo Claudius Cæſar imperium reliquit Domitio Naroni ac deinde principatu eius
aſſiduum prope ac ſeuum niſi cometam hūc ab eo de quo alio loco diximus diuerſum fuiſſe dixit.¶Per

cõtinuas noctes:ob id Pli.assiduum dixit.¶Cæde illustri:illustrium uirorum morte.¶Pisoniana:ab auctore coniurationem ipsam pisonianam appellauit:quum multi alioquin uiri clari cum eo coniurassent & in his militaris ordinis Centuriones quidam & Fennius Ruffus prætorianæ cohortium præfectus.¶Vinciana:hæc quoq; a conspirationis principe nuncupata.

¶PHI ¶Vltro faterent.subrius flauius tribunus in coniuratione pisoniana noiatus.postq; urgebat:cõfessionis gloriã complexus:interrogatusq; a nerone quibus causis ad obliuionẽ sacramenti accessisset:dixisse,pdit hæc uerba digna mẽoratu.amauerã te inquit dũ amari meruisti odisse cepi postq; parricida mris & uxoris auriga & histrio & incendiarius extitisti.¶Nõnulli ẽt imputarẽt.exprobrarẽt obiicerentq; beneficii loco.& hoc i primis referendũ est ad sulpicium aspex cẽturionẽ:q pcontanti neroni cur in cedẽ suã conspirassẽt breuiter rñdit.nõ aliter tot flagiciis eius subueniri posse.¶Dãnatoq; liberi:cõtra legẽ & ciuilẽ & diuinã hoc factitatũ.nãq; ut scribit calistratus iurisc̃õsultus crimen paternũ nullã maculã filio infligere põt nec alieni criminis successor cõstituit idq; etiã diui fratres rescripserũt.ecclesiastica quoq; sñia ẽ:qđ filius nõ portabit iniqtatẽ patris.iter exẽpla syllãæ crudelitatis hoc cũprimis memorat:q a re publica liberos ,pscriptoq; submouit cũ teste seneca nihil iniquius sit:q̃ aliquẽ heredẽ paterni odii fieri.¶Enecti.nero pticipiũ pteriti facit a necaui necatus a necui nect⁹:oratius spẽ mẽtita seges bos ẽ enectus arãdo.Ci.in prima tusculana.enectus siti tãtalus.,pprie aũt necatus ferro:enectus uero alia ui pemptus dr̃:ut tradit priscian⁹ in.ix.¶Cũ capsariis pedagogos & capsarios fuisse inter seruos docet ulpianus titulo de manumissis uindicta:ubi capsariũ interpretat eũ esse:q portat libros uel alũnus uel capsarius.i.qui portat libros:si in hoc manumittat ut ,pcurator sit dũmõ nõ minor annis decem & septẽ sit.de capsario seruo intelligi uoluit iuuenalis illo uersu:quẽ sequit custos angustæ uernula capsæ.alias capsarii significãt illos q mercede seruãda in balneis uestimẽta suscipiũt:quoq; meminit paulus iurisc̃õsultus lib.i.digestoq; titulo de officio prefecti uigilũ:uulgo capsarios uocitamus:qui p̃positi sũt capsæ numariæ argẽtarioq; & numulariorq;.¶Vno prãdio.similiter plinius scribit uno cõuiuio interẽptos ẽ cũctos cõuiuas & tribunos & cẽturiones suillis fungis:qđ genus uenenis ẽ accõmodatissimũ.¶Diurnũ.diaria dicimus uictũ diurnum.diogenes ap græcos cognominatus est hemerobios a diurno uictu.diaria appellauerũt cibaria i singulos dies data:quoq; meminit oratius illo uersu:urbana diaria rodere mauis.& iurisc̃õsulrus titulo de alimẽtis legatis.ubi ait ulpianus diariis relictis neq; habitationẽ neq; uestiariũ neque calciarium deberi:cũ de cibo tantum testator senserit.¶Ad stationẽ.stationes p̃ter alia significata appellamus loca publica:in qbus otiosi stare & sermocinari & docere cõsueuerũt:de qbus itelligit poeta satyricus ubi ait.cõuentus stationes omne theatq; de rutilo.& Au.gellius.libro.xii.quesitum esse memini i plerisq; Romæ statiõibus ius publice docẽtiũ aut respondentiũ.nero obiecit tanq̃ capitale crimen orfito:quod domum suam conuertisset in usũ trium tabernarũ:quæ erant circa foq;:easq; locabat in usum stationũ.¶Ciuitatis.quidam codices habẽt ciuitatibus ut sit sensus:locatas fuisse tabernas ad usum stationũ ciuitatibus hoc est peregrinis'& a'iarq; ciuitatum hoibus romam uenientibus.quod si legas ciuitatis:referes ad ciues romanos.¶Cassio lõgino.de hoc iuuenalis longinum & magnos senecæ p̃diuitis hortos.hũc cassium lõginum olim nero prohibuit ab officio exequiarq; cõiugis popeæ.quod primum indicium mali fuit:& cũ nullum crimen cassio obiectari posset:obiectatum hoc est:quod inter imagines maioq; etiam imaginẽ C. Cassii coluisset ita inscriptam:duci partium.de quo satis ac super in primo cõmentario.itaq; senatus cõsulto damnatus in exilium est cassius deportatusq; in insulam sardiniam:fuit & alter cassius longinus & ipe iurisconsultus pronepos seruij sulpicii:qui consul fuit cum quartino temporibus tiberii:diemq; suum obiit principe Vespasiano imperatore.

¶M.AN.¶Vltro:spõte:nõ quæstiõe coacti.¶imputarẽt:beneficii loco obiicerẽt.¶Illi pditæ illius uitæ ¶Succurrere:opẽ ferre quãdo morbus animi alia rõne q̃ morte curari nõ posset.¶Capsariis:uulpianus capsarios dictos ait eos qui mercedis gratia seruanda i balneis uestimẽta suscipiebãt sed hic ,p iis qui capsarum custodes totiusq; supellectilis nobiliũ adolescentium essent accipias oportet:Iu.custos angustæ uernala capsæ.¶Vno prandio:ad illud ẽ referẽdũ quod multos ueneno sublatos dixit.Diurnũ uero cibũ ad famẽ.¶Orphito:Orphiti Tacitus nõ uno loco meminit.¶Ad stationẽ:ad usũ stãdi cõmorãdiue nõ uẽdendi ut prius quũ tabernæ fuerãt uñ orta ẽ reo calũnia:ẽ p̃ter significatũ iã dictũ statio loeus i quo ut uulpianus ait tuto naues stare possũt quidã ita distiguũt ut sit stario i qua naues ad tps cõsistũt port⁹ ubi tuto

Vox plẽa libertatis

Fili⁹ nõ portabit iniquitatẽ patris

Necatus Nectus

Capsarius

Suillis fungis cõuiue interẽpti

Stationes

Longinus

dixere causam.Quum quidam crimine ultro faterentur:nõ nulli etiam imputarent tanq̃ aliter illi non possent nisi morte succurrere dedecorato flagitiis omnibus.Damnatoq; liberi urbe pulsi enectiq; ueneno aut fame.Cõstat quosdam cum pædagogis & capsariis uno prandio pariter necatos:alios diurnum uictum prohibitum quærere.

Item de cæde multoq; passim facta:& aliis gestis eius.

NVllus posthac adhibitus delectus aut modus interimendi quoscunq; libuisset quacunq; de causa sed ne de pluribus referam.Saluidieno Orphito obiectum est:quod tabernas tres de domo sua circa forum ciuitatis ad stationẽ locasset.Cassio longino iurisconsulto

hyemaſ poſſūt. ¶ Ciuitatis:ad ciuiū ſtationē uel ciuitatibus ut qdā hñt.i.pegrinis. ¶ Caſſio lōgino:tacit⁹ obiectatū inquit Caſſio ē qd inter ima gines maiorū.C.Caſſii effigiē coluiſſet iſcriptā: duci partium.

ac luminíbus orbato quod in uetere gentíli ſtemmate.C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet', Peto Thra ſeæ triſtíor & pædagogi uultus morí iuſſis non amplíus q̄ horarum ſpacium dabat. At ne quid more interueniret me dícos admonebat: qui cunctantes continuo curarent(ita enim uocabat)uenas mortís gratía incídere. Creditur eti/ am Polyphago cuidam ægyptíi generis crudam carnem: & quícquíd daretur mandere aſſueto concupíſſe uíuos ho/ mines:laniandos:abſumendoſque obiícere. Elatus inflatuſ/ que tantís uelut ſucceſſibus negauit quēq̄ príncipum ſcíſſe

¶ PHI. ¶ Luminibus orbato. ſi ſol in horoſcopo fuerit & ſatur nus in imo celi conſtitutus peri culum cecitatis infligit: ut ait fir micus maternus in ſeptimo ma theſeos.ſcito maximos uiros iā ſeneſcētes captos eſſe luminib⁹: iter quos numeratur pedianus aſconius hiſtoricus clarus & ora tionū tu lianæ doctiſſimus iter pres:q ſeptuageſimo tertio eta/ tis anno oculos amiſit. Timoleō quoq̄ corinthius cum etate iā p uect⁹ eſſet ſine ullo morbo ami/ ſit lumina oculoꝝ. ¶ Gentili.ſtē mate. ſtēmata cognationū dire/ Genitura luminib⁹ orbatoꝝ Aſconius Timoleō Capti lu minibus Stemma

ctio limíe ī duas líeas ſepanť:q̄ altera ſupior:altera īferior ē:ut docet iuricōſultus. & ut auctor ē donat⁹ mul ti gradus ſunt & uelut rami ꝓpinquitatis in affinitate & cognatiōe diſpoſiti. ¶ Peto thraſeæ.petus thraſea patauinus libertatis ꝓpugnator brutoꝝ emulus neroni ob uirtutē inuiſus fuit:acceſſerunt & aliæ ſimulta tis cauſæ inter neronē & thraſeā:quod ſenatu egreſſus eſt cū de agrippina tractareť:quodq̄ iuuenali ludi/ cro paꝝ expectabilē operā præbuerat:qđ dum popeæ honores decernūtur ſpōte abſens funeri nō iterfue/ rat.eidē preterea ab delatore capitone coſſutiano obiectū eſt qđ nunq̄ ꝓ ſalute principis immolauiſſet:ita/ q̄ thraſeæ dānato datum eſt mortis arbitriū:qui flētes ſuos faceſcere ꝓpere iubens arriā uxorem mōuit re tinere uitā.tū intra cubiculū abruptis utriuſq̄ brachii uenis poſtq̄ cruoré fudit humum ſupſpargens liba/ mus īqt ioui liberatori:& ita uir maximus extictus eſt. Cuius gener fuit heluidius: de quo mox ſuo loco dicemus.de quibus dixit poeta ſatyricus.quale coronati thraſea heluidiuſq̄ bibebant.tanta fuit uirtute p cellens petus thraſea:ut Cor.tacitus eius mortē ſcripturus non timuerit ſic p̄fari. Trucidatis tot inſignibuſ uiris ad poſtremū nero uirtutē ipſam excidere cōcupiuit interfecto thraſea peto & barea ſorano. ¶ Peda/ gogi uultus.ſ.obiectus eſt ꝓ crimine capitali.tāq̄ repreſētaret uultū ſeueriorē triſtic rēq̄ pedagogi ſui: quē exiſtimo fuiſſe demetriū cynicæ ſectæ ꝓfeſſorē:qui doctor fuit ipſius thraſeæ:cū quo pauloāte quam mo/ reretur de natura animæ & diſſotiatiōe ſpūs corporiſq̄ diſputauit. Aurelianus a populo Romano dictus ē pedagogus ſenatoꝝ. ¶ Horarū ſpatiū.legimus ſenecā poſt denuntiatā ultimam mortis neceſſitatem po/ poſciſſe teſtameti tabulas:ſed a cēturione quē miſerat nero denegatum eſt tp̄s cōdendi teſtamenti.de hoc horrario breuiq̄ ſpatio mortis meminit Cor.tacitus.his uerbis ꝓximam necem plautii laterani cōſulis de ſignati Nero adiunxit adeo ꝓpere:ut nō cōplecti liberos:non illud breue mortis arbitriū ꝓmitteret. ¶ Cū ctantes.morté prolatātes differentes ue. ¶ Cōtinuo.ſtatim. ¶ Curarent.uerbum eſt medicoꝝ.dicere ſole bat aſclepiades officiū medici eſſe ut cito.ut tuto ut iucunde curet.ſed hoc uerbo intelligi uolebat nero ut uenas ſecarēt:tanq̄ hæc foret optima curatio. ¶ Venas icidere.mors q̄ ſit inciſione uenaꝝ exiſtimatur hīe minus cruciatus minuſq̄ tormentoꝝ q̄ reliquæ mortes:cū paulatim labēte ſanguine uita deficiat.hinc le/ gimus ſolitos ſecare uenas qbus dabať eligendæ mortis arbitrium.multiq̄ in cōiuratione piſoniana no/ minati ſecuerunt uenas. ¶ Poliphago.poliphagi uocabulo græco dñr qui multum commedūt.latine dici poſſunt manducones guloneſ comedones.& ſūt multi tibi capaciſſimi:ſicut p̄phagi dicti populi cūcta co medentes. phagonem id genus hominum appellat eleganter flauius uopiſcus: qui ait aurelianum im/ peratorem uehementiſſime delectatum eſſe phagone: qui uſque eo multum comedit: ut uno die ante menſam eius aprum integrum centum panes ueruecem & porcellum comederet. ¶ Crudam carnem: diogenes cynicus carnes crudas eſitaſſe fertur:q cūolim bouis pedem crudum ediſſet bile correptus atq̄ inde defunctus ē ut quidam prodiderūt:qđ ēt memorat laertius apud Ariſtotelē in ſeptimo ethicorū ſcri ptū legimus īmanes eſſe & efferatas gentes circa pontū:quæ crudis carnibus delectantur ὠμοφάγους καὶ ὠμοσιτοῦς:dicitur a græcis cruda comedens. ¶ Mandere.dicimur proprie mandere ea quæ ſunt durio/ ra & dentibus reluctantur a mādo manſus deriuatur:quintilianus cibos māſos appellat dentibus cōminu tos cōmāducatoſq̄ ac prope liquefactos:qui facilius digeruntur. ¶ Homines laniandos:tanq̄ hic eſſet an/ thropophagus:ita enim nominātur humana carne ueſcentes:quorum plura genera fuiſſe apud ſcytas au/ ctor eſt plinius:in ſicilia uero & italia fuerunt gentes:quæ humanis corporibus ueſcerentur uidelicet cyclo pes & leſtrigones. ¶ Succeſſibus:proſperitatibus:lucanus ſucceſſus urgere ſuos.

Peto thraſeæ:idē Cornelius:alias inqt cauſas ſubtexit interfecto thraſea peto & barea ſorano olim utriuſq̄ ifenſus & accedētibus cauſis i thraſeā qđ ſenatu egreſſus ē quū de Agrippina referreť: quod q̄ iuuenili ludicro paꝝ iexpectabilē opam præbuerat. ¶ Polyphago cuidā:haud ꝓpriū id nomē eſſe dixe ris ſed appellatiuū atq̄ a re ipſa factū πολύ multū κιφάτ ὦ cōmedo. Plinius p̄phagos.i.oīa mandentes & anthropophagos.i.humana carne ueſcentes in aphrica ad meridiem ſupra ſyrtes poſuit. ¶ Crudam car/ nem:ob id ὠμοφαγοῦς ἢ ὠμοσιτοῦς non inepte dixiſſet.

Peto thraſea petus thraſea arria uxor thraſeæ libamus ioui

Quid licet principi

¶PHI. ¶Quid sibi liceret.tanq̃ principi oĩa ẽt infanda liceãt.olim regi iudices cãbisæ regi psæ dixerunt quãdã inueniri legẽ qua liceret regi facere qcquid libeat.iulia quoq; nouerca antonii caracalli priuigno dicenti uellẽ te uxorẽ si liceret:respõdisse fertur si libet licet:an nescis te impatorẽ esse?& leges dare nõ accipe quo audito furor incõditus ad effectũ criminis roborat⁹ ẽ nuptiasq; cũ nouerca celebrauit: quasi sciret se leges dare:cũ uere id ifandũ matrimoniũ solus ꝓhibuere debuisset.i hãc sniam a liuio sciẽter & uere dictũ est reges dñi reꝝ tẽpoꝝq; trahunt cũcta nõ sequunt.attamẽ q̃ iusta sunt & honesta ea licẽt pricipi: uere pricipãti.ex quo haud imerito laudatur antigonus:q; dicente quodam oĩa regibus esse honesta & iusta.ita p iouem inqt barbaroꝝ regibus:nobis aũt ea dũtaxat honesta sunt:q̃ honesta. & ea sola iusta:q̃ iusta. ¶Sepe iecit. emisit imedium. ¶Ordinẽ.senatoriũ. ¶Sublatuꝝ.ablatuꝝ de medio atq; necatuꝝ. ¶Equiti romano: equitibus romãis ordiniq; equestri. ¶Libertis. libertinoꝝ potẽtiã olĩ iprimis mirari sũt britani cũ uidissẽt duces exercituũ obedire polycleto neronis liberto: quem princeps miserat ad spectandũ britaniæ statũ. ¶Quéq̃: senatoꝝ.s. ¶Ne resalutatione qdem insolẽtiæ imodicæ signũ ẽ: qñ quis nõ dignatur resalutate salutatores:ex quo martialis taxat quẽdã:q; nec quidẽ resalutare dignabat. ¶Auspicãdo ope isthmi.ichoando felicibus auspiciis:supra dictũ ẽ neronẽ isthmũ corinthiacũ pfodere tentauisse:qđ opus dũ auspicato incipit clara uoce optauit:ut id sibi ac romano populo faustũ foret & fortunatũ:nulla facta ordinis senatorii mẽtiõe qđ haud dubie signũ fuit pricipis male aĩati in senatũ.destitit aũt nero a fodiẽdo isthmo: qa egyptii philosophi dixerũt fore:ut cõmixta maria eginã insulã delerẽt.quidã aiunt iõ destitisse ab iceptis:q; in nouationes aliquas circa impiũ timuerit.iccirco celebrat dictũ apollonii tyanei tanq̃ ueritissimũ:q de isthmi fossione pdixit fore:ut scinderet:uel forsã nõ scinderet.cepit.n.nero scindere:sed nõ pscidit.fodere sed nõ pfodit. ¶Bñ res uerteret.pspe ac feliciter ꝓueniret.puerbialis eloquutio.a cõtrario dixit maro:qđ nec beneuertat mittimus hedos.id aũt dictũ ab hectore & aiace tractũ autumat seruius.nã hector dedit aiaci gladiũ:quo se postea aiax iteremit.hector uero balteũ accepit ab aiace:quo circa muros patriæ tractus ẽ.postea & illud comicũ natum ẽ.dii bñ uertant:qđ agas.sepe.n.res eueniunt aliter q̃ uolumus.& iõ teste dõato uortunus colebatur:qui præest rebus uertentibus:sup quo deo copiose prodidimus in cõmentariis propertii ἐμοῦ φανὸν τῶσ.hæc sic ad uerbum interptantur.me moriente terra misceat igni.huius aũt uersus græci meminit seneca lib.ii.de clementia:ubi ait.multas uoces magnas sed detestabiles in uitam humauam p ueniisse:celebresq; uulgo fieri:ut illã:oderint dum metuãt:cui inquit græcus uersus similis est:qui se moruat orbe mori solatia leto exitium cõmune dabit.Nero uero cupiens uidere romã incendio flagrantẽ im mo inquit ἐμοῦ ξῶντοσ.i. me uiuẽte.s.terra misceatur igni. ¶Angustiis flexurisq; uicoꝝ.cor.tacitus.ob noxia urbe arctis itineribus huc & illuc flexis atq; enormibus uicis.qualis uetus roma fuit scribit liui⁹ romam:postea q̃ a gallis incensa fuerat promiscue ac ꝓperanter iteꝝ edificatam quæ festinatio exemit curam dirigendi uicos:dũ omisso sui alieniq; discrimine in uacuo edificant ea fuit causa ut forma urbis esset occupatæ magisq̃ diuisæ similis. ¶Incendit urbem.nero urbis romæ incendiũ uoluptatis suæ spectaculum fecit:& ob id incẽdiarius dictus fuit a subrio flauio tribuno.initium autẽ incendii ab ea parte circi ortũ est:q̃ palatino cælioq; montibus contigua erat:ubi p tabernas:quibus id mercimoniũ inerat quo flamma alit: discurrere cepit ignis:qui statim ualidus & uento adiutus longitudinẽ circi corripuit.incendiũ aũt hoc adxiiii.ca.sextiles cepit:quo die senones galli urbem antiquitus inflamauerunt. ¶Stuppa & teda:hæc sunt instrumenta & nutrimẽta incendioꝝ stupã a stipando inclinari autumat seruius.de stupa hæc plinius.qđ proximum cortici fuit stupa uocat deterioris lini lucernaꝝ fere luminibus aptior:& ipsa tñ pectit ferreis aheferentiũ abundãtior succo q̃ reliqua:flammis ac lumini sacro um etiam grata.inde faces tedæ nuncupantur.scribit tacitus alios palam faces iecisse atq; sibi esse auctorem uociferasse:siue ut rapinas licentius exercerent.siue id iussum fuerit.

Si libet licet

Dictũ antigoni bracteatum

Cã desistẽdi ab isthmo fodiendo

Bñuertat

Vertunus

Incẽdium romæ

Incẽdiarius nero

Stupa

Stuparius malleus

Teda

¶M.AN. ¶Quid sibi liceret.q.d.neq; ius neq; fas oportere ab eo respici quo Anaxarchus sophismate Alexandri animũ clyti cæde ꝓstratũ ut Plutarchus ait erexit. ¶Iecit:in aptũ dedit. ¶Libertis:suis. ¶Quẽ q̃:senatorum. ¶Resalutatione:mutuo salutiõis officio:impartio te hac re & hãc tibi rẽ dicimus. ¶Auspicãdo:rite icohãdo. ¶Ope isthmi:corithiaci isthmi effossiõe.ἐμοῦ θᾶ νῦν τὸσ τᾶι ἀμὴ χόντ ω ωῦρί.i.

## De incendio urbis per eum facto.

Sed nec populo aut mœnibus patriæ pepercit dicẽte quodã in sermõe communi ἐμοῦ θανόντοσ τᾶ ια μὴ χᾶτ ὦ πῦρι immo inquit: ἐμοῦ ζῶντοσ plane ita fecit nam quasi offensus deformare ueterum ædificiorum & angustiis flexurisque uicorum incendit urbem tam palam

me morlente terra cremetur igni. ἐμοῦ ζῶντος me uiuo. ¶Incendit urbem tam palam. Tacitus de incendio dicturus sequitur. inquit clades forte an dolo principis incertum: nam utrumq; auctores prodiderunt.

ut plæriq; consulares cubiculares eius cum stupa tædaq; in prædiis suis deprehensos non attigerint: & quædam horrea circa domum auream: quoꝝ spacium maxime desiderabat: ut bellicis machinis labefacta atq; inflammata sint: quod saxeo muro constructa erant: per sex dies septemq; noctes ea clade sæuitum est ad monumentoꝝ bustorumq; diuersoria plebe cōpulsa. Tūc præter imensum numeꝝ insularum domus priscorū ducū arserūt hostilibus adhuc spoliis adornatæ deorūq; ædes ab regibus ac deide punicis: & gallicis belīs uotæ dedicatæq;: & qcqd uisēdū atq; mēorabile ex antiqtate durauerat. Hoc icēdiū e turre mœcenatica prospectās: lætusq; flāmæ: ut aiebat pulchritudine halosim Ilii decantauit i illo suo scœnico hītu. Ac ne nō hic quoq; quātū posset prædæ & manubiarum inuaderet pollicitus cadauerum

¶PHI. ¶In pdiis suis: i hoc loco urbana predia haud dubie significāt. ¶Horrea: alibi docuimus horrea dici nō solū granaria: sed & receptacula rerū aliarū huiꝰ rei meminit orosius sic horrea quadro structa lapide: magnæq; illæ ueterū insulæ: qs discurrens adire flama non potuit: magnis machinis labefactate atq; inflāmatæ sunt. ¶Bellicis machinis: bellicæ machiæ sunt multiiugæ: iter quas baliſtæ catapultæ arietes testudines arietariæ & onagri numerant. ¶Labefacta: disiecta concussa. ¶Sex dies: cōcordat cū tranquillo tacitus: qui ait sexto demum die finem incendio factū. ¶Clade: i cēdio. ¶Ad monumentorū diuersoria: solaciū populo exturbato ac profugo fuit: cāpus marcius ac monumenta agrippæ. ¶Bustorū: generaliter ad sepulchra confugisse plebeios significatur: potest & priuatim referri ad busta gallica: fuit enim romæ locus iuxta æquimelium dictus busta gallica: ab eo qđ gallorū ossa ibi coaceruata ac cōsepta fuerūt post urbem recuperatā: itaq; aceruati cumuli gallorū fecere locū insignē nomine bustorū gallicorū: auctores liuius & uarro. ¶Insularū earum domorū: quæ ab aliis seiunctæ sunt: de quibus supra Cor tacitus: domorū ac insularum & tēplorū: quæ amissa sunt numerū inire haud promptu fuerit. ¶Hostilibus spoliis adornatæ: in foribus ducum illustrium romanorū: & eorū: qui hostes profligassent spolia hostilia affigi solita scribit plinius in .xxxv. quæ nec empotori refringere licebat: quæ etiam dominis mutatis domus ornamēta erant: liuius in .x. quorum domos affixis hostium spoliis insignes inter alias feceritis: hīc ait tibullus & domus hostiles præferat exuuias. ¶Deorū edes. cor. tacitus delubra deū & porticus amenitati dicatæ latius procidere: templū lunæ: qđ seruius tullius: & magna ara fanūq; quæ præsenti herculi arcas euander sacrauerat edesq; statoris iouis uota romulo: numæq; regia & delubrū uestæ cū penatibꝰ. po. romani exhausti. ¶Turre mecenaciana: dissentire uidetur a tranquillo. cor. tacitus: qui ait eo tēpore neronē fuisse ancii: qui nō antea in urbē regressus ē: quā domui eius: qua' palatium & mecenatis hortos continuauerat ignis propinquaret: fuerūt āt horti mecenatis & turris i exquiliis: quē locū ex pestilente saluberrimū repurgando fecisse mecenatē testis ē oratius i sermōibꝰ: finis aūt incendio factus ē apud imas exquilias sexto die: cū ex. xiiii. regionibus q̄tuor solæ abicendio integræ mansissent. attamē orosius idem memorat quod suetonius: uidelicet neronē prospectasse incēdiū ex altissima illa mecenatiana turre. ¶Halosin: græci halosin appellāt captiuitatē. unde halosis ilii significatur captiuitas troiæ. incendiū āt troianū ceciniſſe tūc neronē testatur quoq; Cor. tacitus scribēs q̄ rumor peruaserat ipso tēpore flagrantis urbis neronē iniſſe domesticā scenam: & cecinisse troianū incēdiū: p̄sentia mala uetustis cladibꝰ assimulātē. qđ trāqllus halosin ilii uocat: id orosius iliadē appellauit sic scribēs icēdiū ex altissima turre mecenatiana, pspectās letusq; flāmæ ut aiebat pulchritudie tragico hītu iliadē decātauit. eutropiꝰ & eusebiꝰ tradūt neronē icēdisse urbē romā: ut spectaculi eiꝰ imaginē cerneret: q̄lis oli troia capta arserat: idicat seruiꝰ qđ huic loco cōuenit neronē cōposuisse troica: ubi ait i qnto cōmētario: paris secūdū troica nerōis fortissimus fuit: nimirū ob id dixit. Iu. i scena nūq; cātauit horestes: troica ñ scripsit. ¶Scenico: tragico: quo i scena agēs histrioniā uti peculiariter cōsueuerat. ¶Necnō. i. ut. ¶Hīc: ex hoc icēdio. ¶Cadauerū: multi iteriere: q̄is patēte effugio ob suorū caritatē quos eripere liberareq; nequerāt: possumus ēt nō idocte cadauera referre ād domicilia, pstrata. cūm solū hoium: sed ēt oppidorū cadauera p similitudinē dici posse dmōstret seruiꝰ sulpiciꝰ cuiꝰ hæc sūt uerba ex epla ad ciceronē cōsolatoria: en nos homūcli indignamur si qs nīum iteriit aut occisus ē: quoꝝ uita breuior eē debet: cū uno loco tot oppidorū cadauera, piecta iacent. ¶M. AN. ¶Stupa tedaq;: istrumētis ad id scelus ppatrādū aptissimis. ¶In pdiis: suis domibꝰ: siue locis: q̄ i urbe possideret & urbanū pdiū & agreste dicit. ¶Nō attigerit: mulctare sint ausi. ¶Bellicis machinis: istrumētis ad muros & edificia discutiēda exqsitis. ¶Labefacta: cōcussa. ¶Saxeo muro: non lateritia materia: ¶Sex dies: sexto demū scribit tacitus die apud imas exqlias finis incendio factus. quū initiū eodē auctore sumpsisset in ea parte circi maximi quæ palatino: cœlioque monti contigua est ignis interim ita longe: late que grassatus pater ut ex quattuordecim regionibus in quas diuisa fuit Roma quattuor intactis tres solo tenus deiectæ sint: reliquis septem pauca tectorum uestigia superfuerint. ¶Monumentorum bustorumq;: idē auctor solatium ait populo exturbato: ac pfugo cāpū martis: & monumta: Agrippæ hortos: quin etiam & suos patefecit nero. ¶Priscorū ducū: regū & imperatorū an potius illustriū romanorum

Horrea

Busta gallica

Spolia refringere non licet

Horti mecenatis

Halosis

Troica neronis

Locus iuuenalis

Cadauera oppidorū

SVspecto igit' ciuili bello ac ducibus copiisq; in ita liã premissis interim Alexandriã trãsiit: ut claustra ægypti obtineret: hic quũ de firmitate impii captu rus auspicium: ædem Serapidis summotis omnibus solus i trasset: ac propiciatio multũ deo: tandem se cõuertisset ue benas coronasq; & pãificia: ut illic assolet: Basilides libert⁹

cibus. in primis Munitiano & Antonio primo. ¶ Vt claustra ægypti. Cornelius. tacitus Titũ instare iudeæ uespasianum obtinere claustra ægypti placuit: sufficere uidebantur aduersus uitelliũ pars copiarum: & dux Mutianus: & uespasiani nomen. ¶ Hic. alexandriæ in ægypto. ¶ Aedem serapidis: De serapide Augustin⁹ in. xviii. hæc prodidit memoratu digna. Apis rex argiuorũ transuectus in ægyptum: cum ibi mortuus esset

De serapide

factus est serapis oium maximus ægyptioq; deus. Cur ãt serapis appellatus: sit rationẽ Varro reddidit. quia .n. archa in qua mortuus ponitur: qđ omẽs iam sarcophagũ uocant: soros græce dicitur: & ibi eũ sepultũ ue nerari ceperunt sorosapis. uel sorapis primo. deinde ut fieri assolet una littera cõmutata serapis dictus est.

Sorosapis

Idẽ traditur ab Eusebio libro decimo præparationis euangelicæ. & a Ruffino in undecimo historiæ ecclesiasticæ. ¶ Quidam serapin prodiderunt esse iouẽ: Cuius capiti modius suppositus sit: quia cũ mensura cũcta iudicet moderari. Habebat ãt serapis alexãdriæ tẽplũ opere fornicato constructũ: in quo simulachũ ipsius

Simulacrum serapidis

dei erat uastum: ut dextera unũ parietem: alterum leua pstringeret: quod ex oĩbus generibus metallorum lignorũq; compositũ ferebat'. Erat & fenestra quedam pexigua dolis: & ea arte composita: ut radius solis ingrediens os & labra serapis illuminaret. ita ut spectãte populo salutatus osculo serapis uideret' a sole: serapi esse solem esse osirin esse oĩa. Et multiiugis nominibus appellari testatur Marcianus in hymno heroico. De origine serapidis copiose scribit Cor. tacitus: qui ait eũdem dici esculapiũ q; morbis medeatur. Quidã plutonem existimauerũt esse. Macrobius tradit serapis & solis unam esse & indiuiduã naturam. Edes ãt serapidis eleganter dicitur serapiũ: sicut templum Isidis isium. Et in hoc significato dictũ est illud a lampridio inuita alexandri. Isium & serapium decenter ornauit additis signis Et Deliacis & omnibus mysticis: sed de hoc

Serapiũ Isium

alexandrino serapidis tẽplo idest serapio sic scribit Marcelinus in. xxii. inter quæ eminet serapium: qđ licet minuatur exilitate uerboꝝ: atriis tñ colũnariis amplissimis: spirantibus signorum figmentis. & reliqua operũ multitudie ita ẽ exornatũ. ut post capitolium quo se uenerabilis roma in eternũ attollit: nihil orbis terrarũ ambitiosius cernat. ¶ Se conuertisset. hoc ex ritu religionis factitatũ: in qua adorantes se uertigine religiosa cõuertebant: qđ in proximo cõmentario dictũ est explicatius. ¶ Verbenas. uerbena ut inqt Seruius, p

Laus serapii

prie est herba sacra sumpta de loco sacro capitolii: qua coronabant' fetiales: Et pater patratus federa facturi uel bella indicturi. Abusiue tñ etiã uerbenas uocamus oẽs frondes sacratas: ut est laurus oliua uel myrth⁹. Terẽ. Ex ara hic uerbenas sũme. Nã myrthũ fuisse menãder testat': de quo id trãstulit Terẽtius Donatus uero uerbenas ait eẽ oẽs herbas & frõdes festas ad aras coronãdas: ex aliquo loco puro decerptas dictasq; autumat eẽ q̃si herbenas. Pli. uero in. xxii. noĩe sagminũ & uerbenaꝝ significari pdidit gramẽ exarce cũ sua terra uulsũ. Verbena sp & legati cũ ad hostis clarigatũ mittebãt' usi. i. res raptas clare repetitũ: unus uticq; uerbenarius uocabat'. Idẽ in. xxv. uerbenacã peculiariter uocat herbã: quã græci Ierobotanen q̃si sacrã herbã dicũt

Verbene

Aliq peristereõ q̃si colũbariã. Hæc ẽ inqt quã legatos ferre ad hostes iudicauim⁹. magi circa hãc insaniũt: aiũt q; si aqua spargat' tricliniũ q̃ maduerit letiores cõuictus fieri. Liuius li. x. secũdi punici belli idẽ qđ Plinius signat uidelicet uerbenas & sagmina idẽ significare. eẽ ãt genus herbæ ex arce sumptũ: ubi obiter declarandũ

Verbe/herbẽæ

priuas uerbenas & priuos silices a liuio dici singulos qa ueteres priua dixerũt q̃ nos singula dicimus: quo uerbo lucilius usus ẽ. abdomina tynia priua dabo cephaleaq; carnẽ. ¶ Panificia. panes significat. dictũ ẽ panificiũ a pane faciẽdo ut autumat Varro. uñ & panifex q panẽ facit dict⁹. Cor. celsus in secũdo tradit panificia q̃ ex frumẽtis fiũt gñris ualẽtissimi eẽ. Id ãt ualẽtissimũ uocat: ĩ quo plurimũ alimẽti ẽ. ¶ Vt illic assolet. talia

Clarigatũ quid

exigebat religio serapidis alexãdrini. ¶ Basilides libertus. nomẽ hoc omẽ regni & principatus fecit uespasiano. Basileus. n. rex significat'. uñ basilidis omẽ, p omĩe impii uespasian⁹ accepit. Cor. tacitus. ait sacerdoté ipsũ noiatũ eẽ basilidẽ: q uespasiano denũciauerit ĩ tẽplo carmeli dei cũcta illi ex aĩ snia euẽtura. Idẽ hãc historiã luculẽter explicat his uerbis. Altior ide uespasiano cupido adeũdi sacrã serapidis edẽ: ut sup rebus impii cõsuleret arceri tẽplo cũctã iubet: atq; igressus intentusq; numini respexit pone tergũ e primoribus egyptioꝝ noĩe basiden. quẽ, pcul alexãdria pluriũ dieꝝ itinere: & egro corpore detineri haud ignorabat: pcontat' sacerdotes nũ illo die basilides tẽplũ inisset. pcontat' obuios utꝝ ĩ urbe uisus sit. dẽiq; missis militib⁹ explorat illo tpis mometo octogita milib⁹ passuũ abfuisse: tũ diuinã speciẽ & uim respõsi ex noĩe basilidis interptatus est.

Verbeas

Priuas

Pãificia

Pãifex

ualẽtissimum

basilides

Neruici

¶ M. AN. ¶ Hic: uologesus. ¶ Ducibus: Liciniũ mutianũ cum sexta legiõe: & xiiii. uexillariorũ millibus p missum tacitus scribit. ¶ Claustra ægypti: sic idẽ tacitus titũ inqt instare iudeæ uespasianum obtinere claustra ægypti placuit: quasi claustris. n. ægyptus arabico dorso claudit'. ¶ Serapidis: colebat' serapis religiose

in ægypto: Macrobi⁹ serapi atq; isin cultu pene attõitæ uenatiõis obseruat oẽm tñ illã ueneratione soli se sub illius noie testat ipẽdere: qbus uerbis apparet serapi & solẽ eũdẽ eẽ oratus serapis a Nicocreõte cypriorũ rege qs esset: rñdit his uersibus: εἰμὶ θεὸς τὸ δὲ σὰς μάθειν οἷος κατ' ὠκεανὸν κεφαλὴ γαστὴρ δὲ θάλασσα τὰ δὲ οἱ πόδες εἰσὶ τὰ δοῦατα δ' ἐν αἰτέρι κεῖται δίμματὲ πηλαυτες λάμπρον φαος ηελοιο. ¶ Verbenas: herbas sacras plinius sagmina i remediis publicis fuere: & in sacris legatiõibus q̃ uerbenæ certe u: roq; noie idẽ significat hocẽ gramen cũ sua terra euulsũ: terẽtius quoq; Myrtum uerbenam appellauit. ¶ Panificia: panes quum alioqnin panificium sit proprie tñ est ipsa panis factura ¶ Basylides libertus: tacitus basylidem e primoribus ægyptiorum fuisse ait: sed siue libertus siue alterius fortunæ fuerit: certe nomen ostentũ fecit βασυλευσ. n. rex dicitur unde basilides.

optulisse ei uisus est: quẽ neq; admissum a quoq̃: & iampridẽ propter neruorũ ualitudinẽ uix ingredi lõgeq; abesse cõstabat: ac statim aduenere litteræ fusas apud Cremonã Vitellii copias: ipm in urbe interemptũ nunciãtes. Auctoritas & quasi maiestas q̃dam ut. s. inopinato & adhuc nouo principi deerat: hæc quoq; accessit. E plæbe qdam luminibus orbat⁹ itẽ alius debili crure sedentẽ p tribunali pariter adierunt orãtes opẽ ualitudinis demõstratã a Serapide p quietẽ: restituturũ oculos si ispuisset: cõfirmaturũ crus si dignaret calce cõtigere: quũ uix fides eẽt rẽ ullo mõ successurã: ideoq; ne experiri quidẽ auderet: extremo hortãtibus amicis palã p cõcione utrũq; tentauit: nec euẽtus defuit. Per idẽ tps tegeæ i arcadia instinctu uaticinantiũ effossa sunt sacrato loco uasa operis antiqui: atq; in iis assimilis Vespasiano imago.

De restitutione collapsæ reipublicæ p eũ facta.

Alis tantaq; cũ fama in urbẽ reuersus acto de iudeis triumpho cõsulatus octo ueteri addidit: suscepit & censuram: ac & per totum imperii tempus nihil habuit

¶ PHI. ¶ Propter neruorũ ualitudinẽ: qui neruis laborãt nerui ci dñr. Victruuius in. viii. aq̃ neruicos & podragricos efficiunt: sulphurosi fontes neruorũ labores reficiũt. ¶ Longe. octoginta milibus passuũ aberat. ab alexãdria basilides id tpis. ¶ Apd cremonã. qñ antonius primus flauianorũ dux apud cremonã cecinam cũ uitellianis copiis ꝓfligauit. & tũc cremona incẽdio deflagrauit: ubi cũcta manibus rapiẽtium passim direpta sũt. ¶ Ipsũ: uitellium. ¶ Maiestas deerat: ut ait filius. Armat maiestas eterna ducẽ. Et ut inqt Valerius maiestatẽ recte quis dixerit longũ & beatũ honorẽ esse sine honore. Maiestas honor sine honore.

¶ E plebe quidã. multa quidam miracula: ut inqt tacitus alexandriæ euenerunt: qbus celi fauor & quedã in uespasianũ iclinatio oñderet. quidã oculorũ tabe notus genibus eius aduoluit reme diũ cecitatis gemitu exposcẽs: tã q̃ monitus a deo serapide: ꝑcabaturq; principẽ: ut genas & oculorũ orbes dignaret expuere oris excremẽto. alius manu eger eodẽ deo auctore ut pede ac uestigio uespasiani calcaret orabat: Vespasianus primo irridere aspernari famãq; uanitatis metuere. postremo estimari a medicis iubet: an talis cecitas ac debilitas humana ope superabiles foret. medici uarie disserẽtes id fortasse cordi deis eẽ dixerũt. & diuino ministerio principẽ electũ. deniq; patrati remedii penes cæsarẽ irriti ludibriũ penes miseros fore. Vespasianus iussa exequit multitudine ad spectaculũ erecta. statim cõuersa est ad usum manus: ac ceco reluxit dies. Miracula facta per uespasianũ

¶ Sedentẽ. uespasianũ. ¶ Pro tribunali. in tribunali tanq̃ ius diceret. ¶ Per quietẽ. in somniis. ¶ Oculos. illius q luminibus erat orbatus. ¶ Crus. tacitus dixit nõ crure sed mãu egrũ fuisse. ¶ Successurã. habiturã successum ꝓsperũq; exitũ. ¶ Hortãtibus amicis. maxie medicis: q differebãt ñ excussã eẽ uĩ luminis illi orbato lumibus & redditurã aciẽ: si pellerẽt obstãtia: alteri uero deprauatos artus itegrari posse si salubris uis adhibet. ¶ Vtrũq; ispuit oculũ egri. & calce cõtigit crus debilitati. ¶ Nec defuit euẽt⁹. ait tacit⁹ utrũq; miraculũ ab his: q iterfuer: nũc quoq; memorari: postq̃ nullũ mẽdatio preciũ. ¶ Tegeæ i arcadia. tegea oppidũ ẽ arcadiæ: uñ tegeaticus mercurius a papinio dictus illo uersu & cũ uenalia uolucer tegeaticus umbra. oli lacedemonii bellũ intulere tegeatibus ferẽtes secũ cõpedes. tãq̃ eẽnt redacturi illos i captiuitatẽ. uerum congressi prelio ac fugati quicunq; uiui sunt capti: eisdẽ quas ipsi attulerãt cõpedibus cõpediti campũ tegeatẽ metiti fune coluerũt. Cõpedes illæ qbus cũ uincti fuerunt lacedemonii ad memoriã usq; herodoti incolume manserũt circa templũ minerue apud tegeã suspẽsæ. Tegea op. Tegeaticus Cõpedes aduincien dos tegeatas

¶ Vasa operis antiqui. qualia sunt archetypa & qualia uascularii artifices antiqui fictitauerunt: ut mentor agragas boetus & mys: qui in argento celando inclaruerunt. cum in auro celando inclaruisse neminẽ miretur plinius. Archetypa

¶ Acto de iudeis triumpho. ne credas' uespasianum statim ut romã rediit de iudeis triũphasse: id. n. repugnat sniæ historicorũ: qui prodiderunt uespasianũ expectasse filiũ titum a iudaica uictoria reuertentẽ: cum quo cõmunem triumphũ obres bñ gestas agere statuit: quãuis utrisq; senatus propriũ decreuisset. põpa iudaici triumphi graphice pscripta est a iosepho libro. vii. belli iudaici: in quo inter cætera lex iudeorũ gestata fuit: quã in palatio conditam seruari precepit uespasianus. Lex iudeorũ lata in triũpho

¶ Veteri: primo consulatui: quẽ adhuc priuatus gesserat per duos nouissimos anni menses.

¶ M. AN. Neruorum ualitudinẽ: contractionem: aut imbecillitatẽ. ¶ Apud cremonã: ubi Antonius cũ mesiacis legionibus uitelianos duplici prælio fuderat. ¶ Demonstratam: opem. ¶ Restituturum: in itegrum redditurum: id. n. per quietem fuerat a Serapide demonstratum. ¶ Calce: pedes. ¶ Auderet: uespasianus

¶Tentauit:experiri uoluit. ¶Euentus effectus. ¶Instinctus:suasu:monitu:impulsu.

¶PHI. ¶Antiqus. Carius uel ut nonius exponit meli⁹. ¶Nutantem.labantē uacillantem tiubātem. ¶Stabilire primo deinde ornare.imitatores de⁹ nos sui eē uoluit:q ut inquit ambrosius in primo exameri primo fecit postea uenustauit. ut & nos primo faciamus aliqua postea uenustemus:ne simul dum utq; adorimur neutrum'possimus implere. ¶Victoriæ fiducia uictoria suapte natura insolentes fere semper uictores facit. hinc saluſtius syllanos milites postq uictoriam adepti sunt nihil reliqui uictis feciſſe prodidit:cū secundæ res ēt animos sapiētum fatigent. ¶Ignominiæ dolore. antiquius'q̄ prope afflictam nutantemq; remp.stabilire'primo:deinde & ornare:Milites pars uictoriæ fiducia:ps ignominiæ dolore ad oēm licentiam audaciāq; processerāt.Sed & puinciæ ciuitatesq; liberæ:nec nō &'regna quædā tumultuosi? inter se agebāt.Quare uitellianoq; quidem & auctorauit plurimos & coercuit:participibus autē uictoriæ adeo nihil extra ordinē indulsit:ut etiam legitima præmia sero persoluerit.Ac ne quā occasionem corrigendi disciplinam prætermitteret:adolescentulum fragrantē unguento:quū sibi p impetrata præfectura gratias ageret nutu aspernatus uoce etiam grauissima increpuit maluissem allium oboluisses:literasq; reuocauit. Classiarios uero qui ab ostia & puteolis romā pedibus per uicos cōmeant petētes cōstitui aliqd sibi

Primo faciēdū mox uenustādū

qui facti fuerant ignominiosi & ignominiæ nota affecti sub prioribus principibus. ¶Exauctorauit.missos fecit a militia militaribusq; insignibus priuauit. ¶Indulsit.per indulgentias imperatorias benignius tribuit. ¶Legitima præmia.quæ ueteranis ex lege militari cōstituta sunt:& quæ imperator promisit se daturū.

Vnguētati molles

¶Disciplinam.militarem. ¶Fragrantem unguento.olentē unguenti odorē:unguentū aūt deliciarum cā non ualitudinis paratum intelligimus:de quo supra satis ac super:qui unguento fragrant molles & effeminati iudicantur.unde olim festiuiter aristippus dixisse fertur:qui delectatus unguento:male inquit istis effeminatis eueniat:qui rem tā bellam infamauerunt.olim censores romæ edixerūt nequis uenderet unguēta exotica:sic.n.appellauere:quæ peregrina intelligi uoluerunt.Lycurgus unguentū eiecit ab urbe sparta/

Vnguēta exotica

na ueluti corruptelam. unguētatum apes infestant & pungūt:cū ipsæ sequantur oīa pura. Luxuria auctore plinio mixturā fecit odorū & ita reperta sunt unguenta dicimus fragrantē unguento & unguentū. apuleius cinnama fragrās & balsama rorans calua ꝓcesserit.summa aūt cōmendatio ungnentoq; est: ut transeuntē feminā odor inuitet etiam aliud agentē.unguenti uoluptas merito aliena dicitur a plinio:qm̄ odorē qui gerit ipse nō sentit. ¶Prefectura. generali uocabulo prefectura oīs dicitur a p̄ficiendo:unde prefectura urbis & p̄fecturæ militares dictæ.ægyptus diuiditur in prefecturas oppidoq;:quas nomos uocant.thracia diuisa

Odorē qui gerit ñ sētit

est in stratageas quinquaginta:ita.n.uocant prefecturas.hic militaris prefectura significatur:qualis est prefecti legionū prefecti castrorū & prefecti fabrorū. ¶Nutu.nutus est capitis:unde dictū numen autumat uarro.ueteres inter nutare & annuere & nictare hoc interesse uoluerunt:ut nutare capitis sit annuere nariū uel labioq;.nictare oculorū.plautus in asinaria:nec illa ulli homini nutet nictet annuat.plinius in primo epistolarum eleganter docet nutū dici quādo annuimus renutum uero qñ recusamus:sic.n.ait.Nam ego quoq; simili nutu ac renutu respondere uoto tuo possum.& ita in hoc tranquilli loco nutus pro renutu accipietur.

Prefectura

Nomistatageæ

Nutus, Nictare. Renuē

¶Increpuit:castigauit incressuit. ¶Maluissem alliū oboluisses.snia ꝓfecto imperatoria & memoratu digna ad luxuriam molliciemq; castigandā:nam cum odor alii in primis molestus eē soleat & olfactū infestare eorum:cum quibus sermocinamur:attamen dixit grauiter & seuere uespasianus uoluisse se potius ut ille oleret allii odorem illū aspernabilem q̄ quod unguento fragraret:tanq̄ magis uiro conueniret esseteq; res magis uirilis odor allii q̄ unguēti:siquis autem ut obiter hoc quoq; attingam:cupit ut odore allia careant:ea seri iubebit cum luna infra terram sit:colligi uero cum in coitu:& ita docente columella in.xii. neq; acerrimi

Vt odor allia careant

saporis existent neq; mandentium hanelitus inodorabunt:menander e græcis auctor est allium edentibus si radicem betæ in pruna tostam supererint odorem extingui.apud plautum tranio in mustelaria asperatur allii fetotem. at te iupiter diiq; omnes perdāt oboluisti allium germana illuuies.Refert aristoteles in problematis:si quis allium ederit:eum quoq; urinam redditurum allium redolentem.ab allio alleatum derīuatur:quod pulmentarii & intinctus genus est:de quo ait idē plautus.sine me alleato fungi fortunas meas.ulpicum græci appellauere genus allii grandius inter pulmentaria ruris.auctores plinius & columella.

Anhelitus in odorant

quidam ulpicum uocant allium punicum.græci autem ἀφρόσκορόδον appellant. hoc ideo de ulpico allio posui ut intelligeres illud plautiuum ex penulo.tu autem plenior allii ulpici q̄ romani remiges. græci σκορόδον allium uocant.obolere autem est tetrum odorem redolere.ita plautus.oboluisti allium germana illuuies. ¶Litteras:diploma significat:quo prefectura impetrata continebatur. ¶Classiarios. nauales milites. ¶Per uices commeant.ultro citroq; uicissim eunt & redeunt instar ueredariorum cursorumq; causa negotiorum publicorum.

Alleatū. Vlpicū

Scorodon

Oboleī

¶M.ANTO. ¶Antiquius:utilius.melius:Cicero hoc quidem proprium est amiciciæ: sed antiquior & pulchrior:& magis a natura ipsa profecta. ¶Ignominiæ:quia multi & a Galba & a uitelio ignominiose exauctorati fuerant. ¶Participibus: per quos fuerat uictoriam adeptus. ¶Indulsit:indulgenter concessit. ¶Legitima:præmia:non modo donatiuum aliquod sponte dederit. ¶Aboluisses flagrasses:oluisses.

¶Litteras:qbus illū præfectū designabat.¶Per uicos cōmeant publico ne an priuato negotio ñ dicit:sed publico accipe:&.n.si ex cōmeatu p uices domū cursitasset haud ausi eent calciarii noie aliqd publice petere.

calciarii noie quasi parū eēt sine responso abegisse iussit:post hæc excalciatos cursitare:& ex eo ita cursitāt:Achaiā:Liciā:Rhodū:Byzantiū:Samū libertate adempta.Itē Thraciā:Cilíciā:& Comagenem ditionis regiæ usq; ad id tempus in prouinciaꝝ formam redegit.Cappadociæ ꝓpter assiduos barbarorum ꝯcursus legiōes addidit:cōsularēq; rectorē ꝑposu ít p eqte Romāo.Deformis urbs ueteribꝰ incēdiis ac ruinis erat:uacuas areas occupare & ædificare si possessores cessarent:cuicūq; pmísit.Ipsa restitutionē capitolii aggressus ruderibus purgandis manus primus admouit:ac suo collo q̄dā extulit:ærearūq; tabularū tria mília:q̄ simul conflagrauerant restituenda suscepit:undiq; inuestigaris exemplaribus

¶PHI.¶Calciarii noie.qui pedibus more cursorum inter iugiter facciunt calciamenta multa cōsumūt:unde illi petebant sibi constitui aliquid premii noie calciamenti.calciarium.n.calciamētū significat:sicut uestiarii nomine uestitus intelligit:quāuis aliquando pro repositorio uestium accipiat.Vlpianus titulo de alimentis legatis.Diariis uel cibariis relictis neq; habitationē neq; uestiariū neq; calciariū deberi palam est.¶Abegisse.repulisse reiecisse.¶Excalciatos.discalciatos sine calceis.a seneca ex calciati dñr mimi:q sine coturno & soco agunt fabulā:quales

Calciarium Vestiariū

Exchalceare

sunt planipedes:decēti aūt translatiōe p excalceatos signat stilū humilē:sicut p coturnatos grandiloquū.uerba senecæ hæc sunt ex primo epistolaꝝ:q̄ multa publii non excalceatis sed coturnatis dicenda sunt.alias exchalciare significat chalco.i.ære despoliare:& tunc scribit p aspirationem.hinc ille iocus in uoraniū catulli libertū furacissimū:qui cū deprensus a numulario esset:de cuius mensa nūmos subtractos in calceos sibi infarciuerat.quidā re cognita festiuiter inquit:ue tibi si te numularius ille exchalciauerit.ita chalcon.i. æs ablatū exchalciato obiecit.¶Lyciam.asiæ regio est ꝓxima pamphyliæ & ciliciæ.licios ciuiliter uixisse refert strabo in.xiiii.¶Byzantium.hodie constantinopolis uocatur.¶Samum.insula est ioniæ fecundissima:cui ꝓuerbium illud accomodatur.quod etiam fert lac gallinaceum.¶Ditionis regiæ:quæ regiones fuerant sub regia potestate.¶In prouinciarum formam:egesippus in secundo historiarum principatus iquit archelai cōuersus est in nomen prouintiæ.quo nomine romani cum in ius suum uincendo redigerent procul positas regiones appellauere.¶Pro equite romano.ut quæ prius rectorem ex ordine equestri habere solebat:nūc regeretur a rectore consulari:cuius auctoritas & dignitas est maior.ita olim ægyptus quoq; per equites romanos loco regum obtinebatur quod a diuo augusto institutum fuisse tacitus prodidit.mirandum est id quod de capadocibus idonei scriptores prodiderunt:quibus romani concessere:ut gens ea libera esset secūdum amiciciā & societatem ante contractam.sed principes libertatem recusarunt dicentes se eam ferre non posse.& ut rex sibi daretur orarūt.Romani admirati ꝙ inuenirentur:qui libertatem recusarent permisere ut quem uellent regem eligerent.qui elegerunt regem ariobazanem.¶Deformis urbs.sicut superiora ad illud uerbum stabilire ita hoc ad illud ornare est referendum.priora enim declarant Vespasianum stabilisse rem pu.ista uero uenustasse.¶Vacuas areas occupare:sextus aurelius in hanc sententiam sic scribit.hic romam deformē incendiis ueteribus:ac ruinis reparauit:permissa si domini deessent uolentibus edificandi copia.ita olim roma post incendium gallicanum restaurata est:dum romani omisso sui alienique discrimine in uacuo edificant.¶Restitutionem capitolii.curam restituendi capitolii contulit Vespasianus in luciū uestinum:a quo contracti aruspices monuerunt:ut reliquiæ prioris delubri in paludes adueherentur:templū hisdem uestigiis sisteretur.ita.xi.Cal.Iulii spatium omne quod templo dicabatur euinctum é uittis.ingressi sunt milites quibus fausta essent nomina:deinde uirgines uestales cum pueris puellisq; patrimis matrimisq;.tum heluidius pretor preeunte pontifice lustrauit aream capitolii.precatus iouem iunonem & mineruam capitolinos deos:uti cepta prosperarent.mox uittas illas quibus ligatus lapis innexiq; funes erant cōtigit simul cæteri magistratus & sacerdotes & senatus & ordo eq̄ster & pars magna populi:passimq; iniectæ sunt fundamentis argenti & auri stipes & metallorum primciæ.¶Ruderibus.reliquiis prioris cōbusti tēpli.¶Aerearum tabularum.æreæ tabulæ ad magnum numerum in capitolio fixæ prius extiterant:quibus publica monumenta continebantur.omnia cum flagrassent una cum incenso capitolio curauit Vespasianus ut restituerentur:cum exemplaria ex quibus illa transcripta fuerant undiq; inuestigasset:quod autem in capitolio forent publi monumenta & leges & federa in tabulis æneis scripta testantur historici & docet polybius:qui scribit in tertio federa:quæ inter romanos & carthaginenses icta fuerunt prescripta in tabulis æneis fuisse:quæ conspiciebantur in templo iouis capitolini:ubi ab edilibus diligentissime custodiebātur.M.Tullius scribens in catilinam ait æra legum in capitolio fuisse tacta de celo & liquefacta.plinius quoq; tradit publicas constitutiones incidi solitas in tabulis æreis.liuius refert in tertio consulta olim fuisse relata in ædem cæreris ad ediles.& olim fedus ictum cum latinis fuit insculptum in ænea columna.scribit plato in libello de lege.leges æreas esse nominatas a tabulis æneis:quibus erant insculptæ.

Iocus

Si te exchalciauit

Licii Samos Prouinciæ

Mirādū de capadocibus

Libertatē recusarunt capadoces

Restitutio capitolii

Aereæ tabulæ

Fedus colūna ænea

Leges æreæ

¶M.AN.¶Achaiā liciam:de his & aliis quæ sequuntur satis alibi.¶Libertate adempta:in prouinciæ formam redegit.¶Ditionis regiæ:quæ sub regibus fuerant.¶Pro equite romano:loco equitis:per cuius ordinis uiros fuerat antea administrata.¶Areas:loca in quibus ædes fuerant.¶Tabularum ærearum:quibus

tribunorum acta: & alia publica monumẽta continebant qđ aũt ad tribunos attinet. Plutarchus contra inquit Cice. neq̃q̃ segnis cum magna hominum manu in capitolium profectus tabulas a Clodio fixas: in quibus res gestæ tribunatus sui scriptæ erant: ui refixit atq; perfregit. ¶ Inuestigatis: diligenter conquisitis

Instrumentũ

¶ PHI. ¶ Instrumẽtum. nomie instrumenti significatur hoc loco monumẽtũ scripturarum ad res gestas pertinentium ad Imperium Romanũ. Quale ferme est repertoriũ: quod ut ulpianus ait titulo de administrationetutorum: uulgo inuentariũ appellatur. alias instrumentum genetali uocabulo dicitur apparatus quo fundus taberna & id gen' alia instruuntur. ¶ De societate & federe. apud liuium extãt formulæ federum. quæ percussit: & societatum: quas coiuit populus Romãus cum regibus & nationibus externis. ¶ Priuilegio. priuilegia sunt: quæ non de uniuersis ciuibus sed de singulis cõcepta: sicut ẽ de imperio. Cn. põpeii & de reditu. Mar. Ciceröis. priua. n. ueteres singula dixerũt ¶ Templum pacis. post triumphũ & romani imperii firmissimum statum uespasianus paci templum edificauit: quod ut inquit iosephus mira celeritate cõfectum est. in hoc templo clarissima quæq; artificum opera dicata sunt ab ipso uespasiano: quod & plinius memorat in. xxxiiii. cuius hac quoq; tempestate uestigia maxima conspiciuntur. de templo pacis ait martialis. limina post pacis palladiumq; forum. ¶ Diuiq; claudii. s. templum. sextus aurelius sic ait. ædẽ pacis Claudiiq; monumenta reparauit. multaq; noua instituit. ¶ In celio monte. unus est ex septem montibus urbis: quem ut auctor est liuius addidit urbi romæ tullus hostilius. ibiq; habitauit. dictus autem est celius a celio uibeno tusco duce nobili: q cũ sua manu dicitur romulo uenisse auxilio contra latinum regem. proximus celio celiolus est. auctor. M. Varro. ¶ Ab agrippina. ipsius Claudii coniuge. ¶ Item amphitheatrũ. repete uerbum illud fecit. ¶ Amplissimos ordines. senatorius & equester ordo significatur. ¶ Exhaustos cede uaria. mutilatos diminutos. comesos. ¶ Contaminatos. pollutos dehonestamentis eorum: qui i eos ordines recepti ante hac fuerant. ¶ Purgauit. ad contaminatos referendum: sicut suppleuit ad exhaustos. ¶ Recenso. recognito & recensito per recensionem: de qua dictum est in primo commentario. ¶ Equite. ordine equestri. ¶ Quoq;. quocunq;. ¶ Italicorum ac prouincialium. hæc duo apud eruditos sibi inuicem opponuntur. plinius in epistolis. italicus es an prouincialis & columella ubi de cultura uinearum italicarũ scripsit: mox de cultura prouincialium uinearum caput luculentum facit in. vi. ¶ Quam dignitatem differre. ut in ordine senatorio dignitas tantummodo maior intelligatur: q̃ in equestri: libertas uero in utroq; ordie par. ¶ De iurgio pronunciauit. tanq̃ senator aduersus equitem agere uellet ex formula actiõis iniuriarum: quæ non solum rebus fiunt sed etiam uerbis: ut conuitium siue iurgium fit. ¶ Remaledici ciuile fasq; esse uoluit. Vespasianus hac circunspecta libratag; sententia significare senatorem ab equite sola dignitate differre: tanq̃ non debeat eques prior lacessere conuitio iurgareq; senatorem: sed si lacessitus fuerit ut fas sit par pari rependere & remordere mordentem: iuxta illud e triuio. si dixeris quod uis audies quod non uis. & illud prout sementem feceris ita metes. ¶ Manentibus antiquis. non litibus prioribus explicatis. ¶ Intercapedine iurisdictionis. interstitione quadam & cessatione ueluti quodam iustitio dicendi iuris: iterea pedo enim pro interuallo spatioq; accipitur. martianus in astrologia. inter circulos uniuersos. quid interstitii intercapedo naturalis immiserit æquum est explicare. alias intercapedo obscenum uerbum est: quod innuit Cicero in epistola ad papyrium petum. cum ait quid enim non honestum uerbum est diuisio. at enim inest obscenum cui respondet intercapedo: & hoc est quod symbolicos. & sub obscure intelligi uoluit quintilianus: cuius uerba sunt hæc ex libro. viii. institutionum. sed diuisio affert eandem iniuriam pudori: ut si intercapedines nominatiuo casu quis utatur.

Priuilegia

Tẽplũ pacis

Celius mons

Prout sementẽ feceris ita metes

Intercapedo

Intercapedo inter obscena

¶ M. ANTO. ¶ Instrumentum: nunc plane demonstrat quo argumento tabulæ illæ eẽnt notatæ. ¶ Templum pacis: cuius hodie quoq; uisuntur uestigia ad leuam: uia sacra ad Mariæ cognomento nouæ fanũ ten

Instrumentum imperii pulcherrimum ac uetustissimum cõfecit: quo continebantur pene ab exordio urbis senatusco̅sulta: plæbiscita de societate & fœdere ac priuileglo cuicunque concessit.

De operibus publ. per eum factis & supplemento senat⁹.

FEcit & noua opera templum pacis foro proximũ Diuiq; Claudii in Celio monte cœptum quidem ab Agrippia: sed a Nerone prope fundítus destructum: item amphiteatrum urbe media ut destinasse cõperat Augustum. Amplissimos ordines: & exhaustos cæde uaria & contaminatos ueteri negligentia purgauit: suppleuitq; recenso senatu: & equite: submotis indignissimis: & honestissimo quoq; italicorum ac prouincialium allecto: atq; uti notum esset utrũq; ordinem non tam libertate inter se q̃ dignitate differre. De iurgio quodam senatoris equitisq; Romani ita pronunciauit non oportere maledici senatoribus: remaledici ciuile fasq; esse.

De litigiis per eum compendiosissime decisis: & aliis gestis.

VItium seri es ubiq; maiorẽ in modũ excreuerãt manẽtibus antiqs intercapedine iurisdictionis accedẽ

dentibus. ¶ Diui claudii: templum repete. ¶ Amphitheatrum: id opus magna ex parte adhuc extat inter palatium Cælium: & ædem uirginis: cuius proxime meminimus. ¶ Destinasse: aio concepisse. ¶ Amplissimos ordines: senatoriũ & eq̃strẽ. ¶ Purgauit: indignissimo quoq; suo ordine submoto. ¶ Non tã libertate: auctoritate & potẽtia. ¶ Remaledici: maledictis rñdere. ¶ Antiquis: litibus. ¶ Intercapedine: intermissiõe.

tibus nouis ex conditione tumultuq; temporum: sorte elegit per quos rapta bello restituerentur: quiq; iudicia cẽtum uiralia: quibus perangendis uix suffectura litigatorum ætas uidebat extra ordinẽ diiudicarẽt: religerẽtq; ad breuissimũ numerum.

De quibusdam legibus per eum decretis.

LIbido atq; luxuria coercente nullo inualuerat: Auctor senatui fuit decernendi: ut quæ se alieno seruo iunxisset ancilla haberetur. Ne ue filiorum familias fœnatoribus exigendi crediti ius unq̃ esset: hoc ẽ ne post patrum quidem mortẽ. Cæteris in rebus statim ab initio principatus usq; ad exitum ciuilis & clæmens.

De mediocritate originis eius per eum agnita: & recusatione pomparum.

MEdiocritatem pristinã neq; dissimulauit unquã: ac frequenter etiam ipse tulit. Quin & conãtes quosdã originem Flauii generis ad conditores reatinos

¶ PHI. ¶ Tumultuq; temporũ: tumultuosa tempora scatere solent nouis & multiiugis litibus merito excreuerat numerus litium: qñ per superiora retro tempora ghiscẽtibus uigentibusq; ciuilibus bellis & othoniãis & uitellianis: leges & iudicia consilescebant: & uelut intermortua lãguebant: cum ius in armis foret & uis coleretur. iuxta illud silii: uis colitur iurisq; locum sibi uẽdicat ensis. ¶ Sorte elegit. uoluit ut per sorticionẽ deligerẽtur prefecti restituendarũ rerũ: quæ bello uitelliano a militibus raptæ fuissent. illo. n. tempore: qui uiribus plus põt iure plus posse credit: & unusquisq; existimat sibi licere impune rapere & spoliare quoscunq;. ¶ Vix suffectura ætas. tanta erat multitudo litium atq; causarum tãq; multi litigatores: ut uix credibile uideret tandiu uicturos litigatores: ut suarũ litiũ cernerent peracta iudicia. uñ instituit uespasianus iudices: q cognitione extraordinaria de causis ad centũuiros ptinẽtibus diiudicarẽt de cẽtumuiris & centũuiralibus causis suo loco affatim dictũ est. ¶ Ad breuissimũ numerum. seruius enarrans illud ex secũdo eneidos: si uno ordine habetis achiuos: ait id de antiqua tractũ scĩa: qa in ordine dicebantur causæ pp multitudinem uel tumultũ Festinantiũ. ¶ Libido. cupiditas rei ueneriæ. alias pro generali uocabulo accipitur oĩs cupiditatis. uñ libido gloriandi dicta q̃ iactantia nuncupat ut inqt augustinus. & libido ulciscendi libido dominandi. interdũ honesta dictio est. Salustius. magis in decoris armis & militaribus eqs quã in scortis atq; cõuiuis libidinẽ habebant. ¶ Luxuria. effusus effrenisq; & immodicus deliciarũ sumptº. ¶ Coercente nullo. penas dixit elegãter aristoteles in secũdo ethicorum eẽ quasdã ueluti medicinas. tradit liuius libro. xxxiiii. leges latas fuisse ad coercendã luxuriam. sed sicut ante morbos necesse est cognitos esse q̃ remedia eorũ: sic & cupiditates prius natæ sunt: quã leges: q̃ his modũ facerẽt. ubi ãt nullus neq; magistratus neq; lex delicta coercet: passim peccat: impunitas. n. parit libidinẽ peccandi. ¶ Quæ se alieno seruo iunxisset. hoc antea factitatũ esse mẽorat tacitus a claudio: q retulit ad senatũ de pẽa fominarũ. q̃ seruis cõiũgerẽt: statuitq; ignaro dño ad id prolapsæ in seruitute haberent: sin cõsensisset. p libertis. repertor eius relationis fuit pallas ille libertorũ potẽtissimus: nãsi turpis dñi existimatur cõcubitus cũ ancilla. lõge turpior uideri debet dñæ consuetudo cũ seruo: qm̃ ut inquit eleganter quintilia. in quinto nor. idẽ est dñm cũ ancilla coisse: q̃ dominã cũ seruo. apud iuriscõsultos titulo ad legem iuliam de adulteriis tractatur de seruo adulterii accusato: iubet lex eos seruos: de quibus quæstio adulterii habita sit publicos esse. apud ægyptios mulier adultera ultronei damnata naso mutilabat ut ea maxime parte mulctaretur: qua cum primis facies exornat. Diodorus auctor in secũdo bibliotheces. ¶ Ne ue filiorũ familias fœneratoribus. oratius satyrice taxat fusidiũ fœneratorem sordidum: qui filiis familias sub grauibus usuris pecunias fœnerabat. uersus oratii hic ẽ. nomina sectat mõ sumpta ueste uirili sub patribus duris tyronum. & enim cũ filiis familias pecuniæ credãt cũ piculo exigẽdi: solẽt feneratores ob id grauiores usuras ponere: uespasianº salubriter iuit obuiã huic feneratorũ improbitati. dum decretũ fieri uoluit: ne feneratores exigere possent a filiis familias pecũiam sub usuris creditã etiã post mortẽ parentũ: qñ iã ipsi eẽ cepissent patres familias. ¶ Mediocritatẽ pristinã. noluit Vespasianus facere: id qd multi facere cõsueuerunt: ut suũ genus qñ parũ splendidũ & generosum ẽ dissimulẽt immo apte ipse sui generis mediocrẽ conditionẽ ostentabat. Non. n. spectandũ est ut prognatus sed ut moratus quisq; sit. & ut auctor est Demosthenes in oratione pro ctheſiphonte. nemo nec ex nobilitate parentũ laudandus: nec ex ignobilitate culpandus est. ¶ Flauii generis. familiæ uespasiani. ¶ Ad conditores reatinos: hoc munus adulatorũ est: qui dum querunt per assentatiũculas principibus gratificari: illorum genus referre solent ad deos immortales: sicuti olim assentatores infatuarunt Alexandrum: ut se iouis hamonis filium esse crederet fastidiretq; philippum patrem unde apud curcium ait hermulaus. tu philippũ patrem auersaris: & siquis deorum ante iouem haberetur. fastidires etiam iouem.

¶ M. AN. ¶ Nouis: litibus. ¶ Sorte: nequid ambitiose ab his fieri putaretur. ¶ Rapta bello: quæcunq; ui armorum cuiq; adempta eẽnt. ¶ Quæ: mulier licet ingenua. ¶ Iunxisset: matrimonio. s. ¶ Filiorum familiarum

Libido

Penæ sunt medicinæ

Adulterã naso mutilabatur

Fenerare filiis familias

Dictum hermolai

as:qui adhuc sub mancipio patris essent. ¶Ne post patrum quidē mortem:ne feneratoꝝ fraude circumuē ti adolescentes clandestine quo quo modo se illis obligarent. ¶Mediocritatem.humilitatē generis. ¶Co nantes:subtili uana:adulatoria interpretatione.

¶PHI. ¶Comitemq; herculis. tanquā illi qui reate oppidum i sabinis condiderunt. fuerint in herculis comitatu:filius tñ ceci/ nit reate non herculi fuisse dica tum sed magnæ matri celicolaꝝ herculem autem ueniſſe in itali am post abacta gerionea armen ta uulgo notum est.unus ex co/ mitibus herculis fuit Zacynth⁹ a cuius noīe & sepulchro dictū ē saguntum. ¶Via salaria. a sale. dicta ē uia salaria:quoniā illa sal i sabinis portari cōsueuerat. ¶Ir/ risit ultro.tanq̄ meros adulato/ res assentatoresq;:quod malū in principum aula est perpetuum.

Zacyn/ thus c mes her culis

comitemq; Herculis;cuius monumentū extat uia salaria re ferre:irrisit ultro;adeoq; nihil ornamētorū intrinsecus cupi de appetiuit;ut triūphi die fatigatus tarditate & tedio pōpæ nō reticuit;merito se plecti;q triūphū quasi aut debitū maio ribus;suis;aut speratum unquā sibi tam inepte senex cōcupis set. Ac ne tribunitiam quidem potestatē;& patris patriæ ap pellationem nisi sero recepit. Nam consuetudinē, salutantes scrutandi manente adhuc bello ciuili omiserat.

De modestia eius cōtra audacius ad eū loquētes. Micorū libertatē;causadicorū figuras ac philoso/ phorū cōtumaciā lenissime tulit;Licinium Mutianū

¶Intrinsecus.quidam forinsecus magnifici uideri uolunt:cum domi sint sordidi.e contrario quidam circa culturam corporis sui sunt nimis curiosi:cum in propatulo & foris ornamenta non querāt. ¶Tarditate & &,tedio pompæ.lege iosephum describentem luculenter triumphi iudaici pompam. post cuius simulacra & pegmata aliaq; gestamina Vespasianus prior ibat & titus deinde sequebatur.domitianus uero adequita bat.pompæ autem finis fuit capitolini iouis templum:ubi hostiis per uota solemnia immolatis in palaciū recesserunt. ¶Se plecti.puniri & penas dare.inde capite plexi pro capite puniti dicuntur. ¶Qui triumphū tam senex concupisset.tanquam senes exacta uitæ maiori parte honores & id genus ornamenta ambire nō debeant ut decrescēte ætate pariter quoq; cupido minuatur.hinc a tacito dictum est.sed in tanta mole belli plerūq; contatio oberat:& uespasianus modo in spem erectus aliquando aduersa reputabat:quis ille dies so ret:quo sexaginta ætatis annos & duos filios iuuenes bello permitteret.esse priuatis cogitationibus pro/ gressū:iperiū cupiētib⁹ nihil mediū inter sūma & precipitia:qđ ăt senex i cuius labris primoribus aia habita re fertur honores appetere non debeat docet exemplum deiotari & Crassi.Namq;.M. Crassus ad expedi/ tionem parthicam profitiscens cum i itinere deiotarum regem extremo iam senio confectum nouam tamē urbem edificantem comperisset:talibus uerbis in eum iocatus est.o rex quid nam hoc negotii:quid cum iā duodecima diei hora tibi ad sit:nouam urbem condere incipis? ad hoc subridens deiotarus.tu uero inquiti perator cum sis haud quaq̄ satis:ut uidere uideor matutinus.tamen in parthos cum exercitu festinas. erat enim id temporis sexagenarius Crassus:& aspectu longe grandiorem preferens ætatem.Igitur Vespasian⁹ fatigatus tarditate pōpæ triumphalis merito inquit punior:qui cū senex sim tā inepte desyderauerim triū phare:quasi triumphus maioribus meis ob generis nobilitatem deberetur aut a me sperandus fuisset:cum plane ob ignobilitatem genti,flauiæ haud quaq̄ triumphus deberetur:neq; a seniore foret concupiscendus sperandus ue. ¶Tribunitiā potestatem.iam supra memorauimus quemadmodum tribunia potestas im/ peratoribus Romāis dabatur:quæ erat pars maxima regalis imperii. ¶Salntantes scrutandi.ex suspitione & metu principum hæc consuetudo nata est:ut salutatores dum principem adeunt officii causa explorent per ministros scrutatores:ne sub ueste ferrum delitescat olim Seuerum imperatorem centum senatores sa/ lutauerunt ex consuetudine excussi:ne quid ferri haberent.ceterum bonus princeps beniuolentia suorum septus circunuallatusq; talia non timet:a cuius salute uelut a filio pendet salus subditorum:sicut a salute illu/ stris patris tui clarissime mi Annibal pēdet salus uniuersorum bononiensium:hæc enim ciuitas ueluti cor/ pus:ille uelut anima ē ciuitatis. ¶Manente adhuc bello:quod tempus utpote periculosius magis caueri so/ let a principibus. ¶Libertatem.loquendi consuetudinem liberiorem & linguæ liberæ contumelias. sext⁹ aurelius in hanc sententiam inquit.ferebat patienter amicorum motus:contumeliis eorum:ut erat facetis/ simus.dictis iocularibus respondens. ¶Causidicorum figuras.figuratas reprensiones & obliqua dicta:qui/ bus in actione causarum principem taxabant. ¶Philosophorum contumatiam:sæpe philosophi ex profes sione sectæ contumaciter agunt in principes.ueluti illorum sint contemptores.ex q̄ opinione.est illud sene cæ in.x.epistolarum.errare mihi uidentur:qui existimant philosophiæ fideliter deditos contumaces esse ac refractarios & contemptores magistratuum aut regum eorum ue:per quos publica administrant. ¶Licī/ nium mucianum.exemplum hoc est de libertate amicorum.

Pompa triūphi Iudaici

Capite plexi

Senex si tiens ho norū nō sit

Exēplū crassi & deiotari

Saluta/ tores ex cussi

A salute princi/ pis uelut a filio sa/ lus sub/ ditoꝝ

Laus.Io. Bētiuo/ li.

Contu/ maces philoso/ phi

¶M.AN. ¶Comitēq; herculis:ex quo apparet Reate ab iis q ex comitatu Herculis fuissent conditū. ¶Ir/ risit:,p uanissimis habuit. ¶Intrin secus:intra se. ¶Merito se plecti:eo affici incōmodo. ¶Quasi debitū.q̄.,p fessiōe pbelle oñdit supra oēm fāliæ dignitatē se tātos honores adeptū. ¶Senex:īpe iā senio cōfect⁹. ¶Scru tādi:ad salutationē admissos:an ferrū hērēt. ¶Libertatē:siqd liberius domestico usu & cōsuetudie secū loq̄ tentur. ¶Causidicoꝝ figuras:figuratas cauillatiōes. ¶Cōtumaciā:,ppositū, repugnantiā. ¶Liciniū:Mucia-

num:hic ille est:quem cum copiis ex syria Vespasianus ut tacitus scribit præmiserat.

notæ ipudicitiæ: sed meritorũ fiducia mius sui reuerẽtẽ:nũq̃ nisi clam & hactenus retaxare sustinuit: ut apud cõmunẽ aliquẽ amicũ querens adderet clausulæ.Ego tñ uir sum.Saluiũ liberalẽ i defensione diuitis rei ausum dicere qd ad Cæsarẽ:si Hipparchus sestertiũ milies hẽt & ipse laudauit.Demetriũ Cynicum in itinere obuium sibi post damnationem ac neq; assurgere neq; salutare se dignantẽ:oblatrantẽ etiam nescio qd:satis canem habuit appellare.

De obliuione inimicitiarũ & contra eũ gestorũ.

Efensarum inimicitiarumq; minime memor executorue Vitellii hostis sui filiam splendidissime nũ reuerẽtia prosequẽtẽ in hoc loco reuerens nomẽ est ñ participiũ.nã ut docet priscianus in.xi.participia fũt si uerborũ seruauerint consequentiã.sin amissis tpibus casus quoq; quos noia solẽt uerbalia sequi.attrahãt:trã seunt in ea ut amans illum participium est.amans illius nomen.ut amator illius.sic reuerens illum erit participium.reuerens illius nomen.ut in hoc loco.reuerentem sui.esse liquet:cum genitiuo nomen iungatur. ¶Hactenus.ut ad hoc dictum solum progrederetur. ¶Retaxare.remordere repercutere.taxare.n.est maledictis tangere:uñ & taxatores dicti.hinc retaxare deducitur. ¶Querens.cõquerens de immodica mucia ni libertate. ¶Ego tamen uir sum.de hoc sextus aurelius.Namq; licinium mucianum quo adiutore ad imperium peruenerat:fidutia meritorum insolentem flectebat adhibito aliquo utriq; familiari id unum dicens:nosti me uirum esse.hoc uerbo taxabat mutianum tanquam effeminatum & muliebri impudicitia famosum.a seneca parum uir dicitur mollis & euiratus.Idem alio loco taxans effeminatam Romanam iuuẽtutem certare inquit cum fœminis & immundissimis se excolere mundicis nostrorum adolescentium spe cimẽ est:quis æqualium nostrorum satis ingeniosus satis studiosus immo quis satis uir est? emolliti ueresq; quod nati sunt inuiti manent:expugnatores alienæ pudiciciæ negligẽtes suæ. ¶Saluium liberalem: nomen est causidici:ut hoc referas ad figuras causidicorum. ¶Diuitis rei.hiparchum significat:qui cum eẽt diues & reus defendebatur a saluio liberale. ¶Quid ad Cæsarem.uerba sunt causidici dicta in Vespasianũ mordaciter nimis:tanquam diuites soliti essent fieri rei damnariq; ob diuitias. ¶Et ipse laudauit. Vespasianus hoc figuratum dicendi genus quo usus erat causidicus laudauit:nam cum uisus esset simpliciter dicere nihil pertinere ad Cæsarem:si hipparchus reus esset diues:cum ex illis diuitiis nihil spectaret ad principem tamen figurate & latenter per obliquum dictum intelligi uoluit causidicus non debere principem inhiare diuitiis reorum opulentorum:ut ob id uel insontes damnarentur.Apud scriptores disciplinæ rhetoricæ iprimisq; apud Martianum & fortunatianum.mentio fit de ductu obliquo & figurato.est enim obliquus ductus cum metus periculi impedit aliquid dicere libere & aperte.figuratus uero est:cum aperte quid dicere prohibet uerecundia propter obscena:& significatione alia atq; integumentis uestita monstratur. ¶Demetrium cynicum.huius meminit philostratus:apud quem apollonius tyaneus cum tito Vespasiano sic sermocinatur.ego tibi comitem adiungam sodalem meum demetrium:qui audacia polleat uera loquendi.habet enim uim quandam cynicam ideſt caninam.itaq; Tite tibi.inquit canis aderit:qui pro te aduersus alios & contra te ipsum si quando peccaueris sapienter & etiam sine ratione latrabit.titus alludens ad nomen cynici.festiuiter respondit apollonio dicens. ¶Ducam pedissequum canem:quem concedam non latrare tãtum sed etiam mordere:quotiens iniuste aliquid me facientem animaduerterit.apud eundem philostratũ extat epistola quam scribit idem apollonius ad demetrium canem.hunc ab urbe post paulum expulit domitianus una cum cæteris philosophis. ¶Assurgere dignantem.hoc refertur ad cõtumaciam philosophorum:quid enim in philosopho potuit esse magis contumax:quam non assurgere imperatori. ¶Oblatrantem.ex more & nomine cynicorum:qui a caninis moribus tanquam oblatratores appellati sunt.hinc est illud epigrammatici poetæ non est hic cynicus cosme:quid ergo? canis.olim diogenes cynicus interrogatus cur canis uocaretur.quod eis inquit blandior qui dant:in eos uero qui non dant oblatro:malos autẽ mordeo. ¶Nescio quid.rem quampiam mordaciter & canine adlatrantem magis q̃ dicentem. ¶Canem appellare.tanquam cynicum.fuit contentus Vespasianus canem appellasse. ¶Offensarum minime memor. Cicero laudis absolutæ preconio prosequutus est Cæsarem dicẽs:qui nihil obliuisci soleat preter iniurias:laudat & seneca Mar.Catonem ut offensarum obliuiscentem:qui cum in balneo a quodam per imprudẽtiam percussus fuisset eidem postea satisfacienti non memini inquit percussum. ¶Vitellii hostis filiã.sextus aurelius Vespasiani inquit inter cætera bona illud singulare fuit inimicicias obliuisci.adeo ut uitellii hostis sui filiam locupletissime dotatam spendidissimo uiro coniungeret.

¶PHI. ¶Meritorum fiducia.si uerum scrutari uolumus Vespasianus imperium debebat mutiano:a quo & incitatus & maximis uiribus adiutus fuerat.unde merito dixit tacitus mucianum socium magis imperii egisse q̃ ministrorum.Idẽ alibi ait:q; mutianus urbẽ ingressus cũcta simul in se traxit apparatu iceſſu excubiis uĩ pricipis amplectens nomen remittens.Igit ñ immerito mucianus minus reuerebatur Vespasianum ex magnitudine beneficiorum:q̃ in illum ampliſſima contulerat. ¶Minº sui reuerentem. minore Vespasiano reuerẽtia proseqẽtẽ in hoc loco reuerens nomẽ est ñ participiũ.nã ut docet priscianus in.xi.participia fũt si uerborũ seruauerint conseqẽntiã.sin amissis tpibus casus quoq; quos noia solẽt uerbalia sequi.attrahãt:trãseunt in ea ut amans illum participium est.amans illius nomen.ut amator illius.sic reuerens illum erit participium.reuerens illius nomen.ut in hoc loco.reuerentem sui.esse liquet:cum genitiuo nomen iungatur. ¶Hactenus.ut ad hoc dictum solum progrederetur. ¶Retaxare.remordere repercutere.taxare.n.est maledictis tangere:uñ & taxatores dicti.hinc retaxare deducitur. ¶Querens.cõquerens de immodica mucia ni libertate. ¶Ego tamen uir sum.de hoc sextus aurelius.Namq; licinium mucianum quo adiutore ad imperium peruenerat:fidutia meritorum insolentem flectebat adhibito aliquo utriq; familiari id unum dicens:nosti me uirum esse.hoc uerbo taxabat mutianum tanquam effeminatum & muliebri impudicitia famosum.a seneca parum uir dicitur mollis & euiratus.Idem alio loco taxans effeminatam Romanam iuuẽtutem certare inquit cum fœminis & immundissimis se excolere mundicis nostrorum adolescentium spe cimẽ est:quis æqualium nostrorum satis ingeniosus satis studiosus immo quis satis uir est? emolliti ueresq; quod nati sunt inuiti manent:expugnatores alienæ pudiciciæ negligẽtes suæ. ¶Saluium liberalem: nomen est causidici:ut hoc referas ad figuras causidicorum. ¶Diuitis rei.hiparchum significat:qui cum eẽt diues & reus defendebatur a saluio liberale. ¶Quid ad Cæsarem.uerba sunt causidici dicta in Vespasianũ mordaciter nimis:tanquam diuites soliti essent fieri rei damnariq; ob diuitias. ¶Et ipse laudauit. Vespasianus hoc figuratum dicendi genus quo usus erat causidicus laudauit:nam cum uisus esset simpliciter dicere nihil pertinere ad Cæsarem:si hipparchus reus esset diues:cum ex illis diuitiis nihil spectaret ad principem tamen figurate & latenter per obliquum dictum intelligi uoluit causidicus non debere principem inhiare diuitiis reorum opulentorum:ut ob id uel insontes damnarentur.Apud scriptores disciplinæ rhetoricæ iprimisq; apud Martianum & fortunatianum.mentio fit de ductu obliquo & figurato.est enim obliquus ductus cum metus periculi impedit aliquid dicere libere & aperte.figuratus uero est:cum aperte quid dicere prohibet uerecundia propter obscena:& significatione alia atq; integumentis uestita monstratur. ¶Demetrium cynicum.huius meminit philostratus:apud quem apollonius tyaneus cum tito Vespasiano sic sermocinatur.ego tibi comitem adiungam sodalem meum demetrium:qui audacia polleat uera loquendi.habet enim uim quandam cynicam ideſt caninam.itaq; Tite tibi.inquit canis aderit:qui pro te aduersus alios & contra te ipsum si quando peccaueris sapienter & etiam sine ratione latrabit.titus alludens ad nomen cynici.festiuiter respondit apollonio dicens. ¶Ducam pedissequum canem:quem concedam non latrare tãtum sed etiam mordere:quotiens iniuste aliquid me facientem animaduerterit.apud eundem philostratũ extat epistola quam scribit idem apollonius ad demetrium canem.hunc ab urbe post paulum expulit domitianus una cum cæteris philosophis. ¶Assurgere dignantem.hoc refertur ad cõtumaciam philosophorum:quid enim in philosopho potuit esse magis contumax:quam non assurgere imperatori. ¶Oblatrantem.ex more & nomine cynicorum:qui a caninis moribus tanquam oblatratores appellati sunt.hinc est illud epigrammatici poetæ non est hic cynicus cosme:quid ergo? canis.olim diogenes cynicus interrogatus cur canis uocaretur.quod eis inquit blandior qui dant:in eos uero qui non dant oblatro:malos autẽ mordeo. ¶Nescio quid.rem quampiam mordaciter & canine adlatrantem magis q̃ dicentem. ¶Canem appellare.tanquam cynicum.fuit contentus Vespasianus canem appellasse. ¶Offensarum minime memor. Cicero laudis absolutæ preconio prosequutus est Cæsarem dicẽs:qui nihil obliuisci soleat preter iniurias:laudat & seneca Mar.Catonem ut offensarum obliuiscentem:qui cum in balneo a quodam per imprudẽtiam percussus fuisset eidem postea satisfacienti non memini inquit percussum. ¶Vitellii hostis filiã.sextus aurelius Vespasiani inquit inter cætera bona illud singulare fuit inimicicias obliuisci.adeo ut uitellii hostis sui filiam locupletissime dotatam spendidissimo uiro coniungeret.

Mutianus

Reuerens

Amans illius

Taxatores

Parum uir

Quis satis uirẽ quid ad Cæsarẽ?

Ductus obliquº & figuratus

Demetriº cynicus

Nõ meminime pcussũ

¶M·AN. ¶Demetrium cynicum:& hoc ad philosophorum contumaciam ut singula singulis referant. ¶Vitelii filiam:quam ille ex galeria fundana procrearat.

¶PHI. ¶Maritauit. hoc uerbum non solum de hominibus dicitur: sed ẽt decenter ad alia quoq; transfer/tur Marcus Varro scribens de canibus ait. Tunc.n. dñr catulire. i. ostendere se uelle maritari. plinius in se/ptimodecimo tradens precepta de arboribus Maritandis inquit. Alternis putantur annis. Sexto maritant. hoc est cũ uite ueluti coniuge copulantur. uñ ab oratio dictũ est. Altas maritat populos. & columella si tene/ram inquit ulmũ maritauerie. coniugem necabit. hinc arbores maritæ noiantur: qbus uites instar coniugũ copulant. e contrario. celebs dicitur arbor solitaria nullaq; coniuge maritata copulataue. Idem plinius alte/ta deflexa uite uel palmite iux/ta suam arborem: aut citra proxi/mam celibẽ. ¶Instruxit. instru/mento dotali & supelectile ma/trõali excoluit. ¶Interdicta au/la. quo tẽpore prohibitus est fre/quentare aulam neronianã: qd' opinor tunc factũ esse: cum in lu/dicro neronis spectaculo obdor/miscere soleret. ¶Trepidum. s. Vespasianum adhuc priuatum. ¶Ex officio admissionis. ideſt unus ex admissionalibus palati/nis: quorum officiũ est admitte/re aulicos intra cubiculũ ad pri/cipem salutandũ. Lampridius i/ Alexandro Romano salutaret uero quasi unus de senatoribus patẽte uelo admissionalibus re/motis. erat apud ueteres magi/ster admissionum: quæ dignitas ut ait amianus marcellinus ẽ honorata. preerat. n. officio admittendi in consistoriũ & introducendi ad prin/cipẽ. ¶Abire morboniã: prouerbialis locutio est: q̃ significat in malam crucẽ. cõsimile est illud plautinũ abi/re dierectũ & allusio simul ẽ ad morbi nomẽ. ueluti morbonia sit nosocomion hoc est domicilliũ morbo/rũ. ¶Postea. cũ iam ipse Vespasianus reg; potiretur. ¶Excanduit. indignatus ẽ p excãdescentiã: q̃ ut philo/sophi definiunt ẽ ira nascens & mõ desistens: q̃ thymosis græce dicit'. ¶Totidẽ fere ac eodẽ. hisdẽ fere uer/bis Vespasianus retaxauit admissionabilẽ neronianũ: ut expellens illum iuberet ire morboniã. ¶Compel/leret'. impelleret' cogeret'. ¶Genesim hẽre imperatoriã. uulgo ferebatur. cp mathematici pompeiano p̃di/xerant inspecta eius natiuitate fore: ut aliq̃ imperaret. hoc.n. significat hẽre genesim imperatoriam. Olim seuerus audiuit, quandam in syria feminam nomine iuliam regiam habere genituram. hoc est ut regi iun/gereť eandẽ uxorẽ petiit & accepit. & ita cũ ipse regnaret predicta mathematicorum de uxore comprobata sunt. ¶Consulẽ fecerit: uidet' Vespasianus idem sensisse: qd' Mar. Antonius imperator sensit: qui de auidio cassio: quẽ uerus cauendum scripserat tanq̃ osorem tyrannidis. ita rescripsit. si cassio diuinitus debetur impe/riũ non poterimus interficere ẽt si uelimus. scis.n. proaui tui dictum. successorẽ suum nullus occidit. ¶Quã/doq;. si imperabit: sicut creditur ex genitura imperatoria. sextus aurelius huiusce historiæ meminit his uer/bis. hic monentibus amicis ut caueret a metio pompeiano. de quo sermo percrebuerat regnaturũ fore con/sulem fecit alludens tali cauillo quandoq; memor erit tanti bñficii. ¶Non temere. non sine iusta magnaq; cã. ¶Insons. innocens. ¶Heluidio prisco. heluidius priscus ex municipio tarentino ingeniũ illustre altiori/bus studiis iuuenis admodũ dedit. doctores sapientiæ sequutus: q sola bona q̃ honesta: mala tñ quæ turpia potentiã nobilitatem cæteraq; extra animum neq; bonis neq; malis annumerant. gener fuit peti thraseæ: ex cuius moribus nihil æque ac libertatem hausit: ciuis senator maritus gener amicus cunctis uitæ officiis æquabilis: opum contemptor recti petuicax constans aduersis erat: in exiliũ pulsus ruina, soceri thraseæ pri/cipatu galbæ redierat: hic est ille de quo iuuenalis: quale coronati thrasea heluidiusq; bibebant: brutorũ & cassii natalibus. ¶Priuato nomine. dixit enim salue Vespasiane: nec Cæsaris nec Augusti aut imperatoris nomen usurpans: quæ principum uocabula adulatores commenti sunt. ¶Et in prætura: de heluidii pretu/ra. Cornelius tacitus satis multa. ¶Sine honore transmiserat. cum mos sit pretorum ut in edictis pretoriis nomen principis cum ueneratione prescribant: heluidius, in edictis suis nulla mentione honorabat Vespa/sianum. perinde ac æmulus Catonum atq; brutorum: quibus ut ait tacitus constantia & fortitudine æqua/batur: olim hilarius Cæsaris libertus Mar. cluuium ruffum hispaniæ rectorem accusauit: tanq̃ audito uitel/lii & othonis principatu: propriam ipse potentiam temptasset: eoq; in diplomatibus nullum principem pre/scripsisser. mos erat argiuorum ut pretores comitiorum die primo uelut honoris cã pronuntiarent iouem apollinemq; & herculem. post quorum nomina philippi regis nomen addiciebatur.

¶M.AN. ¶Ex officio admissionis: ut non modo non ut alios ad salutationis officiũ admitteret: sed Mor/boniam etiam ire iuberet ad morbum quo tum conflictabatur alludens. ¶Deprecantem: eam inuidiam p̃ cibus lenientem. ¶Totidem fere: uerbis. ¶Atq; eadem: uerba: iubens illum Morboniam facere. ¶Bene/ficii: concessæ dignitatis. ¶Heluidio prisco: de hoc & eius libertate tacitus plura. ¶Priuato nomine: uespa/sianum scilicet non Cæsarem appellarat. ¶Sine mentione: ipsius uespasiani & enim mos erat Cæsa/

Catuli/re mari/tari

Admis/sionales Magi/ster ad missio/num

Abire Morbo niam Abire dierectũ Nosco/mion Excãde/scẽtia. thymo/sis Genesis impera/toria Regia genitu/ra Succesſo/rẽ suum nullus occidit De hel/uidio p risco

De clemẽtia eius contra reos accusatos.

NOn temere qs punit' insons reperit' nisi absente eo & ignaro: aut certe iuito atq; decepto. Heluidio p/sco q reuersus ex syria sol' puato noie uespasianũ salutauerat: & i ptura oibus edictis sine honore ac mẽtõe ulla trãsmiserat

rum nomina præfationibus inseri.

non ante succẽsuit: q̃ altercationibus in solentissimis pene in ordinem redactus: hũc quoq; q̃uis relegatũ primo: deinde interficí iussum magní estímauit seruare quoquo mõ míssis: q pcussores reuocarent & seruasset: nísi iam perísse falso renũciatum esset. Cæterum neq; cæde cuiusq̃ unquã lætatus iustís supplíciís íllachrymauit etíam & íngemuit.

De auaritía & cupiditate in eo notatis.

SOla est í qua merito culpet pecuniæ cupiditas: nõ enĩ cõtẽtus omíssa sub galba uectígalía reuocasse noua & grauía addídísse: & auxisse tríbuta prouínciísnonnullís & duplicasse: negocíationes quoq; uel príuato pudendas propalam exercuit: coemendo quædam tantum ut pluris postea dístraheret: nec candídatís quídem honores: reísue tã ínnoxíis quã nocẽtíbus absolutíones uẽdítare cũctatus est. Credít etiã pcuratorum rapacíssimũ quẽq; ad ampliora officía ex índustría solítus promouere: quo locupletiores mox cõdẽnaret: quíbus quidẽ uulgo p spõgíis eoꝝ qui merito iusta de cã plectebant. Erat prorsus memor illius terentianæ sníæ: cuius iugiter meminisse nos pcipit Seneca. homo sum humani nihil a me alienũ puto: clementia nullum magis q̃ príncipem decet: cum dos prima sit regum. cũ insigne sit impatorium obliuíscí iníuriaꝝ: nec exercere aculeum sed recõdere.

¶PHI. ¶Succensuit: iratus est. succẽsere irasci ẽ ex cã. hic illa ap Siliũ catholica sníæ: succẽsere nefas príæ. ¶Altercatiõibus. Quíntilian⁹ altercatiõis pcepta tradit: quibus instructus sit altercator: q neq; turbidus neq; clamosus neq; uicio iracũdiæ obnoxius eé debet. in altercatiõe plurimum ualet acumen. ¶Pene í ordinẽ redactus: quasi p cõtẽptibili habítus: & íter uiles & abiectos cõnumerat⁹. hoc.n. significat í ordinẽ redactus: sicut suo loco explicatũ est. ¶Ecõtrario: extra ordinẽ redacti p egregiis dñr. ¶Seruare: quoquo modo. hoc faciebat heluidii uirtus. q̃ tãta erat ut etiã apud principẽ ínimicũ ueníam mereretur. ¶Renũciatum esset: ab his quos míserat ad percussores reuocãdos. ¶Iustis supplíciis íllachrymauit: mírata príncipis clementia & pconio digna qui etiã illachrymaret suppliciis

Succẽsere nefas patriæ

In altercatione acumen

In ordinẽ redactus

Extra ordinẽ redacti

Hõ sum Dos príncipũ clementia

Auaritia dehonestamẽtũ príncipũ

Saluberrima mõítio

Auri sacra fames

Negocíatio pudenda

Dístrahere

Nõ patior mercatores, ptãtum

Reus q

Procurator

Procuratores p spõgiis

Amici, p uasculis

¶M.AN. ¶In ordinem: príuatorum numerum. ¶Redactus: uespasianus iurgio & altercatione Heluidii

¶Magni existimauit: pro magno habuit negocio. ¶Sub galba: principe: q̃q̃ auaritissimo. ¶Vel priuato: priuatæ fortunæ hoi. ¶Pudẽdas: pudoi dignas. ¶Distraheret: diuẽderet. ¶Honores: magistratus. ¶Ampliora: maiora munera obeũda. ¶Quo locupletiores: fcõs. ſ. ¶Pro ſpõgiis: ſed cur ꝓ ſpõgiis dixerit. ſtatũ ſbiicit.

¶PHl. ¶A ſene bubulco: p̃ceptum Catonis eſt ut uillicus bubulcos duos habeat: ſubulcũ unũ: aſinariũ unum & opilionẽ unũ. A bubulco: uetus uerbum eſt bubulcitare: qđ ſignificat bubulci officio fungi. Plautus: docet me amare & te bubulcitare. Apuleius in primo floridoꝝ: eſt apud indos gens quæ nihil amplius q̃ bubulcitare nouit: iõꝙ cognomen illis bubulcis inditum Idẽ bubſequaſ appellat q̃ſi bouũ ſecutores. ¶Gratuita: ſine p̃cio ¶Vulpem mutare pilũ: nõ mores. p ſnĩam hanc ꝓuerbialem ſignificari uoluit bubulcus: uicia ingenita nulla dignitate mutari nã ut inqt ſeneca: qcqd infixũ & ingenitum eſt leniri poteſt arte nõ uĩci. Sicut igitur uulpes pilũ mutat: mores uero fraudulẽtos nũq̃ deponit: ſic ueſpaſianus pilũ mutauerat ex priuato factus impator. ſordeſ uero auaritiæ: quæ inoleuerãt: inſitæ a natura nuſq̃ poſuerat. Cõuenit huic ſnĩæ illud epigrãmatarii poetæ. Quẽq̃ poſſe putas mores narrare futuros. Dic mihi ſi fias tu leo: qualis eris Taraudus aĩal pilo ueſtium mutat colorẽ. Thoes: quod genus eſt luporum: habitum non colorem mutat: p hyemes hirtus eſtate nudus. Tarãdus cui uillus eſt magnitudine urſoꝝ colorẽ oĩum arboꝝ fruticum florũ locorũꝙ reddit metuens in q̃bus latet: iõꝙ raro capiť. Multi uero ſunt hoium q̃ inſtar uulpis mutãt pilũ: nec mos imutãt. Dicebat Lyſander quo nõ pueniret λεοντ.i. leonis pellis uulpinã pellẽ eſſe aſſuendam: quo dicto ſignificabat: ubi uis non ſatis pollet: adhibendã eſſe uulpeculæ fraudẽ ¶Cõtra: econtrario. ¶Neceſſitate compulſum: hoc opinatus ſextus aurelius: cũ ait ueſpaſianum propter ærarii inopiam: & clades urbiũ: nouas neq̃ poſtea habitas uectigalium penſiones exq̃ſiuiſſe. ¶Ad manubias: ad pecuniã p̃daticiã: ſiue ad p̃dam impatoriam. Et enim manubias ueteres quoq̃ dixerunt p̃dam ipatoris: ex qua qđ uellet faceret. alias manubiæ fulmina dicũtur. de quibus ſuo loco plura. ¶Errarii fiſciꝙ inopia: differũt erariũ & fiſcus: dũ illud ſit publicũ: hic principis: qđ copioſius uberiuſq̃ ante dictum eſt. ¶Veriſimilius uideť: quod non ſuapte natura fuerit auarus: ſed neceſſitate coactus eam exercuerit. ¶Cenſum ſenatorium: ſicut cenſus equeſter erat. cccc. ſextertiorum: ita ſenatorius octingentorum miliũ ſũma taxabatur: quẽ Auguſtus ampliauit uſq̃ ad duodecies centies. ¶Quingenis ſexterciis annuis: eadem liberalitate uſus eſt Nero in meſſallã cõſularem: cuius paupertatem: ut inquit Tacitus: ſuſtentauit qngenis ſexterciis ſingulos annos: idem aurelio quoq̃ cottæ & antonio ãnuam pecuniam ſtatuit: q̃uis p luxum habitas opes diſſipaſſent. ¶Terræmotu afflictas: ſcribit Euſebius chronographus: tres in cypro ciuitates pricipe ueſpaſiano terræmotu coruiſſe. Cauſas tremoris terræ in ſuperioribus explicauimus ex ſnĩa philoſophorum. ¶Reſtituit in melius: ſextus Aurelius per oẽs terras quaius romanum eſt: renouatæ a Veſpaſiano urbes ſunt cultu egregio. ¶Centena: ſextertia. ¶Rhetoribus annua: ſcito mi Hannibal ornatiſſime bonas artes honore nutriri. & hoc ſpecimen florentis eſſe reipu. ut diſciplinarum profeſſoribus p̃mia opulenta pendãtur: ubi enim uirtus honoratur ibi uigent ingenia: floreſcunt profeſſores: diſciplinæ in faſtigio collocant & profecto maxima laus eſt principis fouere eruditos: fauere profeſſoribus: rationem cum primis habere gymnaſii litteratorii. Deteſtandus ſane eſt imperator ille Licinius: qui propter inſcitiam immodicam: adeo litteris erat infeſtus: ut eas uirus ac peſtem publicam nominaret. Dionyſius & ſi non admirabatur eruditoſ tamen domi ſophiſtas & litteratos mnltos alebat: uel ob hoc ſaltem ut per illos eſſet admirationi. Nimirũ eruditi ſunt qui nomina principum commendans immortalitati: qui uelut buccinatores præconeſq̃ diuturni perſonant in auribus poſteroꝝ: quoꝝ ſcriptio emuncta nos docet quis fuerit Alexander: quis Cæſar: quis Cyrus quid memoratu relatuq̃ dignum egerint græci: quid perſæ: quid Romani: qui omnes uelut inglorii ignorarentur: niſi doctorum præconio forent celebrati. præcepit Socrates platonicus unumquemq̃ cui famæ cura eſt: cauere cum primis debere. ne poeticum eruditumq̃ hominem habeat infenſum: cum docti uim maximam habeant in utranque partem: & ad laudandum & uituperandum qui chartario calamo plurimum prodeſſe poſſunt uel obeſſe. Igitur eſto amator fautor adminiculator ꝓ

Bubulcꝰ Bubulci tare

Bubſeq̃

Vicia ingenita nõ tollũtur

Aialia mutãtia colorẽ Dictum liſandri

Manubiæ

Virtus honorãda Fouẽdũ ꝓfeſſores Laus eruditorum Eruditi nõ ſunt odio habendi

dicebatur uti: quod quaſi & ſiccos madefaceret: & exprimeret humentes. Quidam natura cupidiſſimum tradunt: idq̃ exprobratũ ei a ſene bubulco: qui negata ſibi gratuita libertate: qua imperium adeptum ſupplíciter orauit: proclamauerit uulpem pilum mutare: non mores: Sunt cõtra qui opinentur ad manubias & rapinas neceſſitate compulſum ſumma ærarii fiſciq̃ iopia: de qua teſtificatus ſit initio ſtatim principatus profeſſus quadringentíes milies opus eſſe ut reſpuſtare poſſet. Quod & ueriſimilis uidetur quando male partis optime uſus eſt.

De libertate & magnificentia eiuſdem.

IN omne hoium genus liberaliſſimus: expleuit cẽſum ſenatorinm: cõſulares inopes quingenis ſeſterciis annuis ſuſtẽtauit: plurimas p totũ orbẽ ciuitates terræmotu aut incẽdio afflictas reſtituit in melius.

De cultu & incremento artificum per eum facto.

INgenia & artes uel maxime fouit prius e fiſco latinis græciſq̃ rhetoribus annua centena conſtituit;

fessoꝝ & eruditorum: quoꝝ sermocinatione litterata: alexander roma. impator se retreari dicebat & pasci. q & ipse exemplo uespasiani salaria instituit rhetoribus grāmaticis: & id genus ꝓfessoribus q amauit liatos hoies uehemēter eos reformidans: ne quid de se asperum scriberent.

¶M.AN. ¶Bubulco: bouum custode. ¶Gratuita: gratis ac sine p̄cio petita. ¶Vulpem pilum mutare nō mores. q.d. ne imperii qdem amplitudiné quicq̄ ex eius auaritia mutare potuisse. ¶Manubias: de manubiis semel atq; iterū diximus. ¶Male ptis: per hos. s. pudendos q̄stus. ¶Optime: in cōem usum. ¶Liberalissimus: fuit. ¶Censum senatorium: quem dixit duodecies centies sestertiū ab augusto taxatum. ¶Ingenia: uiros ingenio præditos. ¶Primus: impatorum. ¶Centena sestertia: centū milia nūmum.

præstantes poetas necnon & artifices coemit. Item colossi refectorem insigni congiario: magnaq; mercede donauit. Mechanico quoq; grandes colūnas exigua impensa perducturum in capitolium pollicenti præmium, pro commento non mediocre optulit: opam remisit: præfatus sineret se plæbeculam pascere pane.

De ludis per eum editis: & conuiuiis per eum factis.

VDis p quos scena marcelliāi theatri restituta dedicabat: uetera quoq; acroamata reuocauerat, apolliari tragœdo q̄drigēta. Tarpeio diodoroq; dioroq; citharedis ducēta nōnullis cētena: qbus minimū q̄dragēa sestertia sup plurias corōas aureas dedit. Sed & cōuiuabat assidue: ac sæpius recte ac dapsile: ut macellarios adiuuaret

¶PHI. ¶Præstātes poetas: laudatur a doctis ut mira ac eximia uespasiani liberalitas q̄ quingē ta sestertia saleio basso poetæ absolutissimo donasset. ¶Colossi refectorem: colossus a uespasiano erectus ē altitudinis pedū cētum & septem. ¶Insigni cōgiario: munere ipatorio. ¶Mechanico: artifici perito mechanis: de qua meminimus in supioribus Alexāder ro. impator instituit salaria mechanicis: & ut auctor est lāpridius mechanica opa romanorum plurima instituit. Qui i xv. parte sagittarii habuerit horoscopō erit mechanicus: qui ut ait maternus instīa belli faciat: mecanicis artib⁹ excelluit archimedes ille syracusanus: quē marcellus lugubri mœrore defluit. eūq; briareum appellabat: pinde ac centimanum. ¶Grandes colūnas pducturum: Idem archimedes machinator tormentoꝝ bellicorum sciētissimus scripsit ad hieronem: quodcūq; onus arte mechanica moueri posse: q olim gloriabundus iactasse fert si quē alterū nactus terræ globum esset: se hunc orbē ad illum translaturū: id cū hieron admiraret tanq̄ incredibile factu: nauē onerariā solito onere onustam procul assidens nullo corporis conatu quieta manu adeo facile duxit: ut mari plabi uideretur. ¶Pro cōmento: pro excogitata ratione colūnarum pducendarum in capitolium. ¶Operam remisit: noluit ut pduceret cōdonato labore operaq; pducendi. ¶Sineret plæbeculam pascere pane. dictum impatore digniſſimum: quo significauit uespasianus nō debere principem in edificando parcere impensæ: ut ita operarios pauperes & egenos pascat pro opa p̄stita. nam si a mechanico exigua impensa in capitolium colūnæ pductæ fuissent: oparii q huic negocio erāt ascripti pdidissent cibū: quo alebantur ob opam impensam. Plebeculā intelligi uoluit oparios uiliores & uictum ex opa quotidiana q̄ritantes Persius eadē dictione usus est. ast ubi cōmota feruet plebecula bile. Solet illustris pater tuus io. bētiuolus cō similē pene uocē nec minori laude dignā usurpare: cū ait edificandū esse: uel ob hoc ut ita pascantur egētes i numeri q pro opis diurnis accipiant ab edificatore uictum diurnum & mercedulā: qua ꝓfestis diebus se reficiant. nō diu est: q̄ aristoteles ciuis noster mechanicus longe omnium p̄stantissimus: turri ex sua sede mouit: motāq; arte mechanica: in aliū haud longe dissitū locū transportauit: nō est mēdatio locus: cū adhuc sup sint q uidere. ¶Marcelliani theatri: a marcello ex octauia augusti sorore genito marcellianū theatrū dictū est: de quo in augusto satis. ¶Acroamata: quæ sint acroamata copiose explicauimus in. ii. cōmentario. illud adde acromata dici nō solum ipsas uoces & uerba: sed ipsos quoq; histriones enarratoresq; acromaton uocales. in quo significatu dictum est illud a lāpridio: qd alexan. ro. impa. nanos & nanas & moriones & uocales exoletos: & oia acromata & pātomimos populo donauit. itidē possent acromata hoc in loco uideri dicta tam ꝓ hoibus q̄ ꝓ uerbis. Pli. in epi. ait interdū acromata audiebamus: interdum iucūdissimis sermonibus nox ducebat. ¶Tragedo. scenico actoriq; tragediarum. ¶Quadringēta. s. sextertia dedit. ¶Minimū: qbus dedit mimum saltē dedit sextertia q̄dragena: ex quo liberalitas principis in artifices declaratur. ¶Sup coronas: præter cōronas. eam quoq; summā pecuniæ dono dedit. ¶Recte: recta exhibita cena solitum cōuiuatri uespasianū signat: de qua Martialis, pmissa est nobis sportula recta data est. relege quæ dicta sunt de cena recta in augusto. ¶Dapsile: abundanter & affluēter. græce enim Ἀαψιλείᾳ largitas & abundantia rerum nuncupat dapsilis abundans: qua dictione & latini frequēter usi sunt. Plautus in aulularia. Istas magnas factiones dotes dapsiles nihil moror. Apuleius libro ultimo de asino aureo dapsilem copiam facūdiæ uocat: pro uberi larga & opulenta. ¶Vt macellarios adiuuaret: qui cōuiuia lautiora facit & crebriora is adiuuare dicitur macellarios: a quibus emit obsonia. ita enim magno annona macelli uenditur: & eius præcia augētur. In hanc sententiam Mar. uarro in. iii. de re rustica ait eleganter: sed ut ad hūc bolum puenias: opus erit tibi aut epulum aut triumphus alicuius: ut tūc fuit scipionis metelli aut collegiorum cenæ: quæ tūc innumerabiles excandefaciunt annona macelli.

Briareꝰ Archimedes

Aristoteles bononiensis mechanicꝰ

Rectacena Dapsilia Dapsilis

¶M.AN. ¶Coemit: precio quæsiuit. ¶Colossi: Eusebius colossi huius meminit: colossus inquit ere-

ctus habens altitudinis pedes centum ac septem. ¶Mechanico: uiri ut festus interpretatur artifici. ¶Pro commento: sola inuentione. ¶Operam remisit: nec ad id præstandum coegit. ¶Marcelliani theatri: huic in Augusto mentio facta est. ¶Acro amata: auditu digna. ¶Paterno citharedo: huic credo cui Nero impē se operam dedit. ¶Recte: rectam & legitimam cænam exhibēs: quæ postea a Domitiano sublata est: sportulæ usu pro cœna inducto. ¶Dapsile: large abunde: liberaliter: græci ἀαψιλάν largitatē uocant. ¶Macellarios: a quibus obsonia coemeret.

¶PHI. ¶Sūt saturnalibus apophoreta uiris: supra memorauimus apophoreta dici munera saturnalicia: & ea proprie quæ remitti solent. hæc Vespasianus sicut uiris dabat in saturnalibus: ita eadem feminis quoq; dabat: calen. martiis: quæ erant saturnalia fœminarum sicut ostendit Epigrammaticus poeta illo endecasyllabo ad feminam: scis puto uestra iam uenire saturnalia martias calen. Plautus in milite. Da mi uir calendis mittam cum martiæ uenerit. nam tunc feminis munera missitabantur. quia calen. martiæ ut inquit porphirio matronarum dies festus erat & matronalia dicebat: quas elegāter Iuuenalis femineas uocat: perinde ac feminis peculiariter dicatas. sic enim ait: munera femineis tractas secreta calēdis. præterea mēse martio ingrediēte ita seruis cenas matronæ apponebant: ut domini saturnalibus. Causa aūt cur calen. martiis matronalia celebrarentur: & mulieribus munera mitterentur uidetur fuisse q; ea die antiquitus sabinæ habito matronali concilio in iunonis æde ex hersilie consilio progressæ in medias acies romanorum & sabinorum diremerunt pugnam. & generos soceris & soceros generis consociarunt. ex hoc instituturn esse autumat Ouidius in fastis ut calen. martias matronæ celebrarent. ¶Pristinæ cupiditatis: prioris auaritiæ. ¶Cibiotarem uocare: supra dictum est uespasianum apud alexandrinos commoratum fuisse: ibiq; impatorem consalutatū a quibus & cibiotates uocabatur: tanq; esset ita sordidus & auarus: sicut fuerat olim unus ex regibus alexādrinorum cognominatus cibiotates. Namq; singuli ægyptiorum reges ut inquit Eusebius proprium nomen habuerunt: qui generali uocabulo Ptolomei dicuntur pharaones ab ecclesiasticis scriptoribus nuncupati: quod nomen est regiæ dignitatis: sicut ante memorauimus. Sordes autem ad auaritiam referūtur. & Oratius sordidum uictum distare ait: A tenui parcoq; uictu. ¶In funere: in exequiis Vespasiani. ¶Fauo: Nomen proprium principis mimorum sicut plato & cato Archimimus princeps ludionum scenicorumq; sicut archigalus dicitur princeps primariusq; gallorum cybeleiorum. ¶Personā eius ferens: adhibitus fuerat funeri imperatorio: ut ritu histrionico sustineret personam Vespasiani: & perinde ac uespasianus loqueretur. ¶Viri: uespasiani. ¶Procuratoribus: qui funus procurauerant: & impensam funeralē pro dignitate fecerant. ¶Pompa: funebris. ¶Exclamauit: tanq; esset uerus Vespasianus: qui ob auaritiam indignaretur tantam impensam in funere suo factam fuisse. ¶Se uel in tyberim: ita sub persona mimica pulsabatur Vespasianus tanq; pluris faceret pecuniam q; imperatorium funus & sepulturā. ¶Statura quadrata: obseruauimus curiose apud Celsum & columelam: staturam quadratam dici quæ neq; longa neq; breuis sit sed inter utrunq; temperata. Sic enim ait Columela de canibus scribens: probatur quadratus potiusq; longus aut breuis. Itidem alio loco quare status eius longior productiorq; ad hos cā'us magis habilis est q; breuis aut etiam quadratus. Item de gallinis ait. Sint matrices robusti corporis quadratæ pectorosæ magnis capitibus. Celsus ait in. ii. Corpus habilissimum quadratum esse neq; gracile neq; obesum. Nam longa statura ut in iuuenta decora est sic matura senectute conficitur. gracile corpus infirmum. obesum hebes est. Igitur tranquillus significare uolens Vespasianum fuisse neq; procera neq; breui statura sed intermedia elegāter dixit quadrata. ¶Compactis: solidis & musculosis. ¶Vultu ueluti nitentis. talis erat Vespasiani uultus: qualis est hois cum nisu exonerātis aluum quæ astrictior sit. talis enim solet cum labore & conatu niti ut expellat duriora. Consimile est illud Martialis. Nam faciem durum phebe cacantis habes. ¶Vrbanorum: facetorum & dicaculorum. urbanum fuisse Demosthenem dicunt: dicacem negāt in Cicerone mira quædam fuit urbanitas. ¶Non infacete. s. dixit festiuiter. petenti: Vespasiano. ¶In se: more urbanorum qui nec principibus quidem parcunt: dum risum moueant. ¶Cum uētrem exonerare desieris: iocus est urbanissimus nec minus mordax in principem: cujus uultus similis erat exonerari uolenti uentrem.

apophoreta

Munera feminea cal. martii Matronalia

Ptolomei Pharaones Archimimus

Statura q̄drata

Corpus habilissimum q̄dratum

sicut saturnalibus dabat uiris Apophoreta: ita & calen. martii fœminis: & tamen ne sic quidem pristinæ cupiditatis infamia caruit: Alexandrini cibiotatem eū uocare perseueraverunt cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium. Sed & in funere Fauo Archimimus personam eius ferēs imitansq; (ut est mos) facta ac dicta uiri interrogatis palā procuratoribus: quanti funus & pompa constaret: ut audiuit se sestertium centies: exclamauit: centum sibi sestertia darent: ac se uel in tyberim proiicerent.

De statura corporis & membrorum ac ualitudine eius.

STatura fuit quadrata: compactis firmisq; membris uultu ueluti nitentis. Vnde quidam urbanorum non infacete si quidem petenti: ut & in se aliquid diceret: dicam inquit: quum uentrem exonerare desieris. Valitudine prosperrima usus est: qnanuis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces cæteraque membra sibimet

¶M.AN.¶Apophoreta:munera a remittendo dicta nouiſſimus.Martialis liber apophoreta inſcribitur. ¶Calen.Martii:Martiis .n.calen. ueteri inſtituto mulieribus munera mittebãt.Iu.Munera fœmineis tractas ſecreta calen.Propertius.Martis Romani feſtæ uenere calendæ: Exoriens noſtris hic fuit annus auis Et uaga nunc certa diſcurrunt undiq; pompa:Perq; uias urbis munera perq; domos.¶Cibiotatem: ut ſit cognomen ægyptii regis auariſſimi.qui ſordidos quæſtus uiuus olim ſectatus eſſet.¶Turpiſſimarum ſordium:ſtudioſum ſubaudi.¶Fauo:nomen mimi proprium.¶Eius: Veſpaſiani.¶Procuratoribus: funeris ſui locatoribus.¶In tyberim:quo damnatorum proiiciebãtur corpora.¶Quadrata:bene compacta firma.¶Vultu ueluti intentis:ita contracto:qualis ſub pondere aliquo nitentium eſſe ſolet:aut laborioſe uẽtrem exonerantium.¶Quum uentrẽ exonerare deſieris:extat Mar.iocus in phoebũ huic pq̃ ſimilis. Vtere lactcius & mollibus utere maluis.Nam faciem durum phœbe cacãtis habes.

ad numerum in ſphæriterio:defricaret mediamq;:uniuſ diei per ſingulos menſes interponeret.

## De ordine uitæ quem in principatu tenuit.

ORdinem uitæ fere hũc tenuit in principatu maturi

¶PHl.¶Ad numerum defricaret: aſclepiades inter medicinas communium auxiliorum i primis ,pfeſſus eſt frictionem corporis eſſe utiliſſimam. plinius in.xxviii. medicinis pendentibus ab homine annumerat frictionem:quæ ſi uehemens fuerit ſpiſſat lenit mollit: multa admit corpus:auget modica.Cor. De fricatione

celſus in.ii.caput facit de frictione luculentum:quo reprehendit eos qui numero finiunt quotieus aliquis perfricandus ſit.id enim ex uiribus hominis colligendum eſt & ſi is perinfirmus eſt poteſt eſſe ſatis quinquagies:ſi robuſtior poteſt ducenties eſſe faciendum.tamen Veſpaſianus contra Corne. celſi preſcriptum defricabat membra ad numerum.¶In ſphæriterio:ſpæriterium locus erat rotundu uariis exercitationibus accommodatus.quod indicat plinius in.v.epiſtolarum.cuius uerba ſunt hæc. Apodyterio ſuperpoſitum eſt ſphæriterium quod plura genera exercitationis pluresq; circulos capit.dici autem uidetur a ſphærica circulariq; figura.Corrigendus eſt obiter mendoſus locus apud iuriſconſultos:ubi digeſtis mandati,p ſphæriterio phæriſterium legitur.Verba ulpiani iuriſconſulti hæc ſunt.Cum aurelius hoſpiti ſuo medico mandaſſe diceretur:ut in hortis ſuis quos rauennæ habebat:in quos omnibus annis ſecedere ſolebat phæriſterium hypocauſta & quedã ipſius ualitudini apta ſua impenſa faceret:ubi p phæriſterium corrige ſphæriſterium.Ridicula eſt nimirum Accurſii interpretatio exponentis ſphæriterium locum eſſe amenum herbis.Nec minus inepta eſt quæ ſubſequitur de hypocauſto quod ait ſignificare ſubterraneam ſtationem: cum hipocauſta:ut id quoq; in tranſcurſu attingamus:græco uocablo ſignificetur:uaporãdis cubiculis balneiſq; præparata:quæ igne hinc effuſo uaporantur.Vnde latinæ uaporaria dici poſſunt.Cicero in epiſtolis ad quintum fratrem propterea inquit:quod ita erant poſita:ut eorum uaporarium ex quo ignis erumpit eſſet ſub tectũ cubiculi:ubi uaporarium haud dubie accipitur pro hypocauſto Papinius in primo ſiluarum meminit hypocauſtorum cum ait.Et tenuem uoluũt hypocauſta uaporem.plinius in epiſtolis.Coheret inquit hypocauſton:& ſi dies nubilus immiſſo uapore ſolis uicem ſupplet.Idem alia quoq; epiſtola.Applicitum eſt cubiculo hypocauſtum perexiguum:quod anguſta feneſtra ſuppoſitum caloré ut ratio exigit aut effundit aut retinet.Victruuius appellat hypocauſin:cum de ſtructura balneorũ ſcribens ait.Facienda eſſe ænea ſupra hypocauſin tria:caldarium tepidarium frigidarium.Hodie hypocauſtis utuntur germani & incolæ rigentis plagæ:qui etiam apud nos conficiunt hypocauſta: ipſi ſtuffas uocant ad uaporandas dietas & cubicula in quibus degunt.Lãpridius ſphæriterium capere uidetur pro loco in quo ſpeciatim pilaris luſio excercetur.unde quidam dictum eſſe autumant a luſu pilæ quam græci σφαιρᾶν uocant. Nam & σφῶιρᾶι græcum uerbum eſt:quod ſignificat pila ludere.Verba Lampridii ex alexãdri uita ſubieci quæ ſũt hæc poſt electionem operam paleſtræ aut ſphæriterio aut curſui aut luctaminibus mollioribus dabat. Qui in ſphæriſterio exercentur & ludunt:hi ſphæriſtæ eleganter dicuntur a Sidonio appollinari. cum ait. Ecce ſphæriſtarum contraſtantium paria.Item ſphæriſtarum ſe turmalibus conſtanter imiſcuit.¶Mediam uni us diei:abſtinentiam dialem quæ in primis ſaluberrima exiſtimatur.Aſclepiades quinq; res maxime auxiliatrices profeſſus eſt.abſtinentiam cibi:alias uini:frictionem corporis:ambulationem:geſtationeſq;. Seneca alius interpoſito ieiunio:corpus exhaurit & purgat.ſed ſicut utiliſſima eſt inedia:ſi modica fuerit & tẽpeſtiua:ita fit noxia ſi nimia.Vnde ait Auicẽna q̃ famem tollerate pernitioſum eſt: cum ſtomachus noxiis humoribus repleatur.Legimus apud Iulium capitolinum q̃ aurelianus tanq̃ Veſpaſianum imitaretur: cũ egrotaret nunq̃ medicum uocauit:ſed ipſe ſe inedia curabat.Vtiliſſimam autem in cibis eſſe temperantiam teſtatur pli.noſter:neq; qſpiam idoneus ſcriptor inficiat.¶Ordinem uitæ:ut certus ſyderum curſus ita uita hominum diſpoſita delectat ſenum preſertim.Nam iuuenes adhuc confuſa quædam & quaſi turbata non indecent.ſenibus placida oĩa & ordinata cõueniunt.unde plinius neoteros.i.iunior uiuẽdi regulam i ſpurina laudat:qui ordine quodam & uelut orbe uitam circũagebat.

Frictio

Sphæriterium

Locus iuriſconſultorũ correctº

Hypocauſtũ

Vaporarium

Hypocauſtis

Stuffæ uocabulum peregrinum

Sphæriſtæ

Quinq; res opitulatrices

Famẽ tolerari noxium ẽ

Vita diſpoſita dẽlectat

¶M.AN.¶Ad numerum:ut ſingula membra pari confricatione curaret.¶Sphæriterio:phæriſterium locus eſt in ædibus pilæ luſibus uariiſq; exercitationum generibus aptus.¶Inedia:cibi abſtinentia.

¶PHI. ¶ De nocte uigilabat: scripsit pli. Vespasianũ noctibus uti solitũ: ut dieꝫ actus noctibus & noctur-
nos dieb⁹ traiiceret: qđ & heliogabalũ factitasse testis est Lãpridius: q sub uespерã de somno surgebat: ma-
ne aũt dormire incipiebat. hunc uiuendi ordinẽ tanq̃ reprehensibilẽ: sic taxat Oratius in Hermogene. No-
Vigilaꝫ đ ꝺnocte ctes uigilabat ad ipsum mane diem totum stertebat. Sextus aurelius in hanc sniam ait de uespasiano sic scri-
bens. Institutũ uniforme omni impio tenuit uigilare de nocte publicisq̃ actibus absolutis caros admittere.
Attamen Seneca censor romanæ luxuriæ seueriſſimus i epistolis ad luciliũ uiuere illos cõtra naturã asserit:
q̃ noctu uigilãt iterdiu dormiũt quos eleganti uocabulo græco
Lichnobii ly chnobios uocat: quasi dicas lucernarios: siue ad lucernã uiuentes. ¶ Breuiariis: sũmariis de q̃-
bus suo loco plura. Obiter ãno-
Breue Breuis tandũ breuẽ & breui masculi. & neutro gñe elegãter & latinæ di-
ci in eo significatu: quo uulgus usurpat: breuẽ apostolicũ nõtã-
do. Lãpridius in alexãdro mili-
tes suos sic ubiq̃ sciuit: ut i cubi-
culo hñet breues & numeꝫ & tẽ-
pora militãtiũ. Flauius uopiscus in aureliano: breue nominũ cõ-
scripsit. Item breue legit singu-
lis quoꝫ noĩa cõtinebat. ¶ Cal-
ciabat se ipse: longe in hoc dissi-
milis erat a luxu & deliciis effemĩatoꝫ: q adeo uĩtã & cõsuetudinẽ mẽbroꝫ humanoꝫ dedidicerũt: ut semet
Hic manus nõ habet ipsos nec calciare sciãt nec uelint. in quos merito retorqueri põt illud spthanæ feminæ: q̃ cũ uidisset hospitẽ
ministri manibus calciari nũqd o pater iquit hic manus nõ habet. ¶ Amiciebat: uestiebat. unde amictus &
Amicimina amicula dicta. ¶ Gestationi: gestationis usum inter medicinas ab hoĩe pẽdẽtes enumerat pli-
nius in asclepiades inter ea q̃ quisq̃ sibi præstare remedia põt noĩauit gestatiões. Sextus aurelius sic. Vigila
re de nocte publicisq̃ actibus absolutis caros admittere: dum salutaꝫ calciaméta sumens & regiũ uestiũ. post
aũt negociis quæcũq̃ aduenissent auditis exerceri: uectatione deide reqescere: postremo ubi lauisset remis
siore aĩo cõuiuiũ curabat: de gestatione sic scribit Seneca in. ii. epistolaꝫ: gestatio. & corpus cõcutit & studio
nõ officit possis legere possis dictare: possis loqui: possis audire: quoꝫ nihil nec ambulatio quidã uetat fieri
¶ Pallacearum: π α λ λ ά κ η ν̃ κ ά ι μ ά λ λ ά κ ι ν̃ α græci uocant: quam nos pellicẽ nuncupamus: quod lati-
Pallace Pellex num uocabulũ cum de græco flexum sit ut inquit gellius: inuenti sũt scriptores non proletarii sed classici: q
Pallacea dictione græca q̃ latina in significatu cõcubinæ uti maluerint. Pli. in. xxxv. de Alexandro loquens sic ait. Nã
q̃ cum dilectum sibi ex pallaceis suis præcipue noĩe campaspẽ nudam pingi ob admirationẽ formæ ab apel
le iussisset: eumq̃ cum pari captum amore sensisset: dono dedit eã. Itidem nunc tranquillus pallacum dixit
Indulgẽtiæ pro pellicũ siue cõcubinarum. ¶ Defunctæ cenidis: ante dictum est Vespasianum post uxoris obitum ha-
buisse quasi iustæ uxoris loco cenida antoniæ libertã. ¶ Indulgẽtior: inclinatior pronior facilior ad indul-
Captan da tpa a deũti pri cipem gentias: ita. n. uocant impatorias concessiones benignitatesq̃. ¶ Ea momenta captabant: plurimum refert
quo qs tpe principem adeat & alloquatur: quem si in tempestiuiter accesserimus repulsam paciemur. Si ue-
ro tẽpestiuiter uoti cõpotes existemus. Vnde ait apud Maronẽ dido ad annã sororẽ. Sola uiri molles aditus
& tpa noras. Item alibi. Et quæ mollissima fandi tpa. in hanc sniam est illud luculente scriptum ab Ouidio.
Mosthe oderici Comes Non adiit apte non legit idonea credo tpa. scribit Sidonius apollinaris theodericũ gothorum regem cũ in
alea uinceret fuisse indulgentissimũ. tunc enim inquit petitionibus portus apitur: tunc ego aliquid obse-
craturus feliciter uicor. ¶ Comissimus: benignissimus. facillimus. suauissimus. Comes enim ut docet. M.
Scurrili tas reꝑhẽsibilis tullius: benigni faciles suæues homines esse dicũtur. ¶ Dicacitatis scurrilis. hæc in oratore & uiro graui ui-
tupaꝫ: tantomagis in principe uideꝫ reꝑhensibilis. unde Liuius de philippo macedonũ rege scribẽs. Erat in
Dicaci tas quit dicatior natura q̃ regẽ decet. & ne inter seria qdem risu satis tẽperans: Cicero in. ii. de oratore. Vitandũ
est oratori utrũq̃ ne aut scurilis iocus sit aut mimicus. Item sic in hoc scurrilis oratori dicacitas magnopere
Bomo lochus Scurra unde fugiẽda est. Quintilianus quoq̃ in. vi. ait dicacitas ẽt scurrilis & scenica huic pſonæ alieniſſima est. est aũt di-
cacitas a dicendo dicta, pprie significans sermonẽ cum risu aliquos incessentem. ideo demosthenẽ urbanũ
fuisse dicũt: dicacẽ negant. græci β ω̃ μ ο λ ο χ ο ῦ σ̃ κ α ί β ω̃ μ ο λ ὸ χ ι α ν̃ uocant: quos nostri scuras & scurili-
tatẽ. suidas in etymologio plura de bomolochis tradit. scurræ aũt uocabulũ a sequendo tractum est cũ id ge-
nus homines seqni sint soliti opulentiores.

¶ M. AN. ¶ Breuiariis: quid breuiariũ esset ex annei senecæ sniа supra oñdimus. ¶ Amiciebat: uestiebat.
¶ Obuenissent: ex breuiarii annotatione primo alteroue loco oblata essent. ¶ Pallacaꝫ: cõcubinarũ. ¶ Ce-
nidis: Antoniæ libertæ: quã post uxoris obtum legitimæ, ppe cõiugis loco habuit. ¶ Facilior: tractabilior.
¶ Indulgentior:, ppensior ad ea concedenda: quæ peterentur. ¶ Comissimus: maxime comis ualdeq̃ affa-
bilis. ¶ Dicacitatis: sermonis cum risu incessentis: sic. n. Fabius dicacitatem interpretatur. ¶ Sic scurrilis: ita
ad scurrilitatem accedentis.

Ꝺ De locis post cœnã & qbusdã facetis dictis ipsius.

ET sup cœnã ãt & semp alias cũ amicis multa ioca trãsigebat. Erat. n. dicacitatis pluriæ: & sic scurrilis

¶PHI. ¶Prætextatis uerbis: pretextatū ſermonem ueteres obſcenum appellauerunt ab eo dictum quod pretextatis nefas ſit obſceno uerbo uti. alii dici putant quod nubentibus depoſitis pretextis a multitudine puerorum obſcena clamentur. in excerptis feſti pompei hæc ſententia legitur mendoſa: cum in codice legitimo pretextus ſermo ita explicetur: ſicut a nobis in preſentia explicatus eſt: qui ſenſus ad amuſim quadrat cum tranquillo. non enim pretexta uerba intelligi uoluit pudica: ſed econtrario: obſcena & laſciuiētia ſicut & macrobius cum ait in ſecundo ſaturnalium. hæc nobis ſit litterata leticia & docta cauillatio uicē planipedis & ſabulonis impudica & pretextata uerba iaciētis. obiter emendanda eſt dictio mendoſa in codicibus macrobii. Nā q; ſabulonis uulgo legitur cum legendum ſit ſubulonis: eſt autē ſubulo linguā ethruſca tibicen. apud ennium. ſubulo uicinas, propter aſtabat aquas. in alio ſignificatu dicuntur ſubulones cerui: quibus ſūt cornua ſimplicia: minimeq; ramoſa ad ſubularum ſimilitudinem: ut docet Ariſtoteles ī nono de animalibus: & hoc eſt: quod intelligi uoluit pliniuſ ſic ſcribens in. xi. aliis ſimplicia tribuit: ut ī eodem genere ſubulonibus ex argumēto dictis. Idē in. xxviii. ait efficatior ē ad id ſubulo ceruorū generis. planipes uero ut id quoq; macrobii uerbū trāſeunter explicemus: ſignificat actorē planipediæ comediæ. planipedia autem dicta eſt ob humilitatē argumenti eius ac uilitatem actorum: qui non cothurno aut ſocco utātur in ſcena: ſed planis pedibus ideſt nudis ineunt, ſcenium. unde a plano pede planipedia fabula: & actor planipes dictus: ſicuti docent donatus & diomedes. hinc illud gellianum: ex libro primo noctium atticarum. ſi ut planipedi ſaltādi ita graccho concionanti numeros & modos & frequentamenta quedam uaria tibicen incineret. actius quoq; ſcriptor togatarum ait datum eſt aurum. exultat planipes. ¶Plauſtra potiuſq; ploſtra. ſatis notum eſt cognationem eſſe quandam inter au. & .o. ut aula & olla. unde ait priſcianus in primo tranſit. au. in. o. productam more antiquo: ut lotus pro lautus. ploſtrum pro plauſtrum cotes. pro cautes: ſicut etiam econtra: pro o. au. auſtrum pro oſtrum. auſculum pro oſculum: frequentiſſimeq; hoc faciebant antiqui: unde & coda a Varrone & Cicerone pro cauda uſurpatur: Veſpaſianus itaq; cum uideret florum uelle emendare conſuetudinem priſcorum: tanq; parum latinæ: ploſtrum diceretur: ſed plauſtrum dicendum foret. locatus in nomine flori nō florum ſalutauit. ſed flaurum: tanq; eadem ratione flaurus dici deberet non florus: qua ille cenſebat plauſtra dicenda eſſe nō ploſtra. Diminutiuum ploſtri ē ploſtellum. Oratius. ploſtello adiungere mures. ¶Expugnatus: exoratus ad concubitum: ſicut hiſtorici memorant Alexandrum magnum uictum fuiſſe a thaleſtri regina amazonum petere perſeuerante ut ſecum concubere uellet: quæ dicebat ſe ueniſſe ad communicandos cum rege liberos. ¶Perductæ: adductæ ad concubitum Veſpaſiani: ſignificanter autem loqnutus eſt: cum perductores auctore aſconio pediano in hoc differāt a lenonibus. q; lenones ſunt ſcortorum: perductores earum perſonarum: in quibus ſtupra exercita legibus uindicantur. ¶Summam rationibus referri: diſpenſator Cæſaris in rationario diligenter referre ſolet omnem pecuniam uomine principis expenſam & cauſam aſcribere. uerbi gratia ut ita ſcribat pro edificanda uilla: centum dedi: pro coemenda ſuppellectile ducena. nunc itaq; diſpenſator rationibuſq; prepoſitus cum neſciret quomodo hæc ſumma dono data fœminæ pro cōcubitu ī codice expenſi eſſet referenda: interrogauit principem: quēadmodum uellet in libro perſcribi: ille facetiſſime dixit pro adamato Veſpaſiano: tanq; id diuerſum foret a conſuetudine communi. ſolent enim amantes non amati errogare pecuniam ut uoti compotes exiſtant. ſed quia illa dixerat ſe amore Veſpaſiani deperire. elegāter & feſtiuiter ita referri iuſſit in codice ratiociniorum. ſic tu quoq; inclyte Hānibal ſi unq; a puella inuitatus fueris ad paleſtram ueneriam: moxq; ex tua liberalitate illa munere amatorio donaueris: poteris in rationario: ſummam expenſam ita referre. pro Hannibale adamato. heliogabalus eunuchos rōnibus præpoſitos habuit. ¶Improbius nato: ex ſordido loco natum ueluti ſpuriū ſignare uī. ¶μακρᾳβίᾳ: uerſus eſt. ex. vii. iliados rhapſodia: quo deſcribitur aiax dū uaditi hectorem pleno gradu ingenti copore ſublimi dextra trabalem lanceam quatiēs. ſic aūt interpretari pōt: longis paſſibus uadēs quatiens haſtam umbræ longioris. Veſpaſianus ad ꝓceram ſtaturam illius: quem taxabat alludens retulit hoc Carmen. tanq; in hoīe nihil foret preter proceritatem. ſicut nos econtrario de homine puſillo interdū dicere ſolemus pygmeo breuior gruem timenti.

¶M.AN. ¶Prætextatis: puerilis licētiæ. ¶Faceta: ioculariter dicta & q̄ſi audiēdi ſitim: ut fabii uerbo utar faciētia. ¶Plauſtra: potiuſq; ploſtra quaſi ploſtra minus elegāter diceret. ¶Flaurū ſalutauit: quū florē dicere

Pretextº ſermo

Pretextata uerba

Correctus macrobii locus

Subulones qui

Pläipes Planipedia

Aula olla

Plauſtrū ploſtrū Coda

Thaleſtris ad alexandrum

Perductores Lenões

Pro adamato ueſpaſiano

ac ſordidæ: ut ne p̄textatis quidem uerbis abſtineret: & tamen nonnulla eius facetiſſima extant: in quibus & hoc meſtrium florum conſularem admonitus ab eo plauſtra potius q̄ ploſtra dicenda: die poſtero Flaurum ſalutauit. Expugnatus autem a quadam quaſi amore ſui deperiret: quum p ductæ pro concubitu ſeſtertia quadraginta donaſſet admonente diſpenſatore quemadmodum ſūmam rōnibus uellet referri Veſpaſiano inquit adamato.

De uerſibus græcis per eum editis & aliis iocis & facetis dictis eius.

Tebatur & uerſibus græcis tempeſtiue ſatiſ: & ut de quodam proceræ ſtaturæ improbuſque nato μακρᾳβίᾳ σκρᾰδαλαῶν ἀλαλικρόσσχιον ἔτχοσ. Et maxime de cerulo liberto, qui diues admodum

debuisset ad pridianã illius alludens emẽdationẽ. ¶ Expugnatus: precibus fatigatus: ut quãdã ad cõcubitum admitteret. ¶ Amore suo: sui elegãti dixisset. ¶ Productæ: ad cõcubitũ admissæ. ¶ Adamato: ad meretriculæ ꝓfessionẽ respexit: quæ se illũ arderet amare ꝓdicabat. μάκρὰ βίβας κραδάων λόλικος χὶ ὄηετχὸς: longe uadens uibrãsq; lõgioris ubræ hastã ex secundo iliados sumptum.

¶ PHI. ¶ Ob subterfugiẽdum fisci: ne fisco id tributũ ferret qd libertini ex prisco more pendebant. ¶ Tpe secũdi punici belli decretũ fuit ut libertinæ fœmiæ pecuniã ꝓ facultatib⁹ suis cõferrẽt: ex qua donũ daret feroniæ: quæ dea est libertinoꝝ. ¶ ὦλὰ χὴς: latine sic interpretat: olaches: laches qñ mortuus fueris iterũ diceris cerulus. & ita significari uoluit nois mutationẽ nihil illi profuturã ad subterfugiẽdũ.

Cauillatio

¶ Cauillatione: seneca & cicero cauillationes dixerũt: q̃ græce sophismata nuncupant. hic cauillatio accipit pro cauillo dicaculo & facetosa urbanitate alias signat irrisionem. ¶ Dilueret: resolueret: refelleret. & quasi mitiorem redderet. sicut uinũ dicimus aqua dilutum. Au. gellius. sicut fecisse Ciceronẽ scriptũ est: cũ id qđ inficiari nõ poterat urbano facetoq; dicto diluit. Dicũtur oratores in causis agendis diluere argumentationes aduersarii: qñ ꝓ refutationem obiecta refutãt. Apuleius. mihi iã dudũ satis é. si nõ modo crimina obiecta pleniſſime delui.

Diluere

¶ Ad sales: ad salsa dicta & ridicularia pli. in. xxi. uita humani oris sine sale nequit degere: adeoq; necessariũ elemẽtum est: ut transierit intellectus ad uoluptatẽ. animi quoq; famia sales appellant. oĩsq; uitæ lepos: & summa hilaritatis: laborumq; requies: nõ alio magis uocabulo cõstat: hinc illud lucani nõ soliti lusere sales. & Terentii: qui habet salem: qđ ĩ te est. & Catuli. Nulla intã longo corꝑe mica salis: quod ut interꝑtat quintilianus: significat nihil in corpore eius esse ridiculũ.

Elementũ salis necessarium

Sales

¶ Cuidã quasi fratri: sensus est: qdam fauorabilior apud principem ab eo petiit dispẽsationẽ aulicam dari cuidã: quẽ sibi fratris loco esse asseuerabat ut res foret impetrabilior. Vespasianus utpote solers & ueterator seuocauit illum petitorem dispensationis: sciscitatusq; est quãtam pecuniã pactus esset se daturum ministro suo ꝓ impetranda: quam cupiebat: dispensatione. quo cognito eam pecuniam exegit ipse: & sine interceſſione alteri us dispensationem tribuit. iocatus mox in ministrum quod hic quẽ appellauerat fratrẽ: factus erat sibi frater: tanq; more fraterno secũ partiario pecuniã diuisisset.

Cãdidatus

¶ Candidatũ: petitorẽ dispensationis: nam ut alibi dictum est candidatus generali uocabulo nõ solũ petitor magistratuũ dicit. sed aliarum quoq; rei: sicuti docent testimonia eruditorũ: ad quæ pinde atq; ad anchorã confugimũs. ¶ Cum suo suffragatore: cũ ministro opitulatore adminiculatoreq;: q apud principem suffragabat amico pro dispẽsatione. ¶ Interpellanti: interponenti principis actioni. alias interrũpenti mediam alterius oronẽ: hoc enim significat interpellare. ¶ Ad calciandas mulas: calceãtur mule qñ soleis ferreis uel uti calciatu muniuntur. Dixit plinius camelos in longiore itinere sine calciatu fatiscere. ¶ Adeunti litigatori morã preberet: sensus est. dum uespasianus faceret iter: mulio carucarius: q principis carucam regebat desiliens ad terram fecit subsistere mulas: tanq; discalciatæ deperditis soleis iterum forent calciandæ. existimauit Vespasianus hoc fieri ut litigator nescio quis data mercede mulioni haberet occasionem ad se accedendi: & litem suã explicandi. unde festiuiter ad mulionẽ. Dic mihi inquit quantum lucrum feciſti dum calcias mulas: uel potius calciare te simulas. quasi dicere uellet quantã pecuniã accepisti ab hoc litigatore: ut sub hoc pretextu posset ocioſe satis rem suã denarrare. mulio cofessus est de lucro & id partitus est cum Vespasiano.

¶ M. AN. ¶ Ius fisci: cui libertinæ conditionis erant obnoxii. ¶ ὦλὰχὴς λὰχὴς ἐπὰν ἀπὸαὐὴς αὖθι σἐξυπαρχηὼ ἐιρπὸτ κὺρηλος: olaches: laches postq; mortuus fueris statim ut a principio habeberis alcyon. ¶ Ad sales: ridicula uerba. ¶ Dispensationem: haud memini me uspiam legisse candidatos ad dispensationem petendam procedere solitos: nisi metaphoricos dictum accipias: sed uide ne dispensatorem quendam e charis ministris sit legendum. ¶ Petentem: soleni more ꝓ candidato cum quo pactus erat pecuniam tanq; pro fratre supplicantem. ¶ Quum distulisset suffragium suum: aut si nihil placet mutare quũ non statim annuisset: sed in aliud tempus rem distulisset. ¶ Candidatum: eum pro quo petebatur. ¶ Vocauit: Vespasianus. ¶ Exacta: expressa. ¶ Suffragatore: idest ministro illo qui pro candidato supplicabat. ¶ Ordinauit: si nihil mutandũ sit dispẽsatorẽ instituit: si uero aliter legẽdũ suo suffragio & auctoritate q̃sto rem ædilemue: aut quid aliud declarandũ curauit. ¶ Suspicatus: Vespasianus. ¶ Calciãdas mulas: ferreis soleis muniẽdas. ¶ Adeũti: litigatori sensus est. suspicatus Vespasianus Mulionẽ suũ desiliisse ad calciãdas mulas: ut adeũti litigatori. i. ut litigator dũ mulæ calciarẽt ꝓ ocio sibi diceret posset q̃ uellet: ac ꝓ hoc ille pecũiã aliquã ob eã morã muliõi dedisset. ¶ Interrogauit: uespasianus a muliõe petiit. ¶ Quãti calciasset: hoc ẽ q̃tã

pecuniam cum litigatore alciandi prætextu pepigisset.

urinæ uectigal cõmentus esset: pecunia ex primã pensione admouit ad nares scisciтãs num odore offenderetur: & illo negante: atqui iquit elotio est. Nunciantes legatos decretã ei publice nõ mediocris sũmæ statuã colosseam iussit uel cõtinuo ponerent: cauã manũ ostentãs: & paratã basim dicẽs. Ac ne in metu qdem ac piculo mortis extremo abstinuit iocis: nã quum inter ꝓdigia cætera mausoleum Cæsaꝛ repẽte patuisset: & stella in cælo crinita apparuisset: alteꝛ ad Iuliam Caluinam e gente Augusti pertinere dicebat: alterũ ad parthorum regem: qui capillatus esset. prima quoq; morbi accessione: ut inqt puto deus fio.

## De infirmitate & morte eiusdem.

Onsulatu suo nono tentatus in campania montiunculis leuibus. ac protinus urbe repetita Cu

¶PHI. ¶Vrinæ uectigal. sordidum ꝓfecto uectigal & ex re sordidissima repertum minime quæ principi conueniens: quod hoc opinor pacto excogitauit. Romæ in angiportis & in angulis uicorum: amphoræ antiquitus erant collocatæ: in qbus transitores ebrii & uinulenti urinæ libidine lacescente meiere solebant: quod indicat Caius ticiꝰ uir etatis lucillianæ in oratione q̃ legem faniã suasit: cuius uerba subiecimus. dum meiunt nulla est in angiportu amphora quã non impleant: qppe qui uesicã plenam uini habeãt: ueniunt in comicũ tristes iubent dicere: quorum negotium est narrãt. iudex testes poscit: ipsius it mictũ: uix præ uino sustiet palpebras. hæc

Sordidum uectigal.

Amphoræ angiportis

ticius. ex hoc cõiectamus Vespasianũ nouũ sordidũq; tributũ repisse ꝓ amphoris i urbe reficiẽdis: qbus uesicæ cõmeantiũ exonerabãtur. põt referri id uectigal ad urinã: qua fullones utũtur: quos ob urinæ tractationem tentari podagra negat plinius. urina. n. podagris medetur. ¶Cõmẽtus. excogitasset iuenisset. ¶Ex prima pẽsione. solẽt tributa pluribus pẽsiõibus psolui: sicut carthaginẽses a romanis mulctati fuerũt: ut. x. milia talẽtũ auri descripta pẽsionibus æqs i annos qnquaginta soluerẽt. ¶Admouit ad nares. apposuit ludẽs ad urinã: q̃ admota naribus ifestat olfactũ urina pessima ẽ atq; mortifera nigra crassa mali odoris dotrinæ li i spurcũ uas mittant: ut dicebat epitectꝰ cõputrescũt: fiũtq; uria fetidiores spurcioresq;. ¶Atq. sed aduerbiũ est. ¶E locio est. ex urina ẽ hæc pecũia: tanq̃ snĩam illã iuuenalis docere uellet eẽ ueriss̃imã lucri bonus odor ẽ ex re qualibet. iterrogatus bias qdnã faciẽs hõ delectaret. lucrãs inqt. lociũ aũt latinũ uocabulum ẽ & uetus: qđ significat urinã apuleius i asino aureo: nudus & frigidus & locio plitus quasi utero mũs recens editus. ¶Publice. a suis populis uñ legati ueniebãt. ¶Colosseã: ad colossi magnitudinẽ. Alexãder statuas colossas locauit alio noĩe colossica & quasi σὺγκειτικῶς. colosicotera signa dicta: flos cyclamini a plinio dr̃ colossinius ob altitudinẽ. ¶Cõtinuo: stati. ¶Cauã manũ. latẽter petiit pecuniã sibi repsẽtari decretã ad statuã erigẽdã. nã quẽadmodũ basis fultura ẽ & fũdamẽtũ statuæ erigẽde. ita manꝰ caua erat istar basis ad pecũiã statuæ capiẽdã. Nõ iuenuste bases i pedibus hũanis dr̃: qbꝰ corpus fulcit. In actibꝰ apostoloꝝ cõsolidatæ sũt bases & eiꝰ plãtæ. Nec i piculo mortis. sextus aurelius. seriis ioca qbus delectabat admiscẽs iteriit. Cõsimilis fuit hadrianus: q moriẽs hos uersiculos lusissedr̃: animula uagula blãdula hospes comesq; corpis: q̃ nũc abibis i loca palidula rigida nudula nec ut soles dabis iocos. ¶Mausoleũ. sepulchꝝ. Rõanoꝝ impatoꝝ de quo supra satis multa. ¶Patuisset. nulla euidẽti rõne patefactũ fuisset: ex cuius patore siue aptura uidebat portẽdi mors uespasião: ad quẽ recipiẽdũ foret sepulchꝝ sua spõte recluſũ ac patefactũ. ¶Stella crinita: cõetes. ¶Ad iũiã caluinã. cũ ꝓdigia sint sub obscura & pplexa: Vespasianꝰ ꝓdigiũ sepulchri Cæsaꝛ patefactũ: ñ ad se ptiere dicebat: q ñ erat ex gẽte iulia: sed ad fœminam e gente augusti: a quo id mausoleũ fuerat extructũ: tãq̃ illa ꝓximior foret cõditori q̃ ipe: & talia ꝓximioribus minitari uideat. ¶Alteꝝ ad parthoꝝ regẽ. s. ꝓdigiũ de stella crinita. ¶Capillatꝰ esset. cũ cõetes sit sidꝰ capillatũ & comaꝝ mõ i uertice hispidũ festiuiter uespasianus dixit id ꝓdigiũ ptinere ad regẽ parthicum: qui ita capillatus erat ut stella crinita crine sanguineo apparuerat. & ita ex noĩe & effigie ducebat sales. sextus aurelius cum crinitũ sidus apparuisset. Istud inquit ad regem psaꝝ pertinet cui capillus effusior. persæ ut inquit strabo in. xv. gestant pileum turritum & tiaras Magoꝝ infulis similes. & sindonii panni uolumen. ¶Vt puto deus fio. i. morior: Nam post mortem Cæsares referebantur in numeꝝ deoꝝ. unde quicunq; Cæsaꝝ dum agit animam eleganter dicere potest: se deum fieri. cum per mortem transeat ad diuinitatem: qua mox est consecrandus. Nam ut docet tacitus deum honor principi non ante habetur: q̃ agere inter hoies desierit. ¶Tentatus motiunculis. agitatus minutis alui lubricæ motionibus & quibusdam quasi punctiunculis & uerminationibus: quæ ut ait seneca. primo motu uexant: sic autem dicitur motiuncula. ὑποκοριστικῶς ut legiuncula & procuratiuncula exceptiuncula.

Vectigal uirinæ

Vrina medetur podagris

Snĩa epiteti.

Lucri bonus odor.

Locium.

Colossico tera

Flos colossinus

Bases pedum

Animula uagula blãdula.

Scidus crinitũ ad regẽ capillatum.

Des fio.

Motiũcula

¶M. AN. ¶Pensione: uectigalis exactione. ¶Odore: fœtore aliquo. ¶E locio: ex utina. ¶Colosseam: in speciem colossi. ¶Paratam basim: manũ. s. cauam fore: fundamentũ colossi ad destinatam illius conflationem allndens. ¶Mausoleum: iuliæ gentis sepulchrum: quod in campo martio fuit. ¶Ad Iuliam Caluinam: sic. n. legendum non Iuniam: nam iuliæ non iuniæ id gentis fuit sepulchꝝ. ¶Alteꝝ: crinitam stellam: cuius Plinius meminit. ¶Puto deus fio: satis urbane ad mortem respexit: qñ Cæsaꝝ quidam uita defuncti relati essent inter deos. ¶Motiunculis: analogicos a motione ut a lectione lectiuncula.

Cutiliæ aquæ

¶PHI.¶Cutilias petiit.in agro reatino Cutiliæ lacus est in quo fluctuat insula.quam umbilicum italiæ esse Marcus Varro tradit.plinius quoq; in secundo ad cutilias aquas siluam semper fluctuãtem memorat quæ nunquam die ac noctu eodem loco uisitur.¶Vbi estiuare.estiua agere:& estiuo tempore morari.

Sucutilæ aquæ

¶Aquæ usu.designat ut opinor aquas subcutilas:quæ in sabinis gelidissimæ sunt & ut auctor est plinius i xxxi.suctu quodam corpora inuadunt:ut prope morsui uideri possit:aptissimæ tamen stomacho neruis & uniuerso corpori.Aquam potui insalubrem esse medicorum schola testatur.Deterrimam uero illã esse: quæ fit ex diluta niue aristoteles tradit.causamq; ascribit in problematibus.plinius in.xxiii.refert potum aquæ carnes alere: ideoq; minus ruboris esse in corporibus illis & minus roboris: cõtraq; labores patiẽtiæ.¶Muneribus.officiis.¶Cubans.in lecto egrotus iacens:Oratius:trãstyberim longe cubat is prope Cæsaris ortos.¶Aluo ad defectionem soluta.facto uentris,profluuio:quo periit.¶Imperatorem ait stantem.uerbum plenũ

Vox uespasiani uirilis

fortitudinis & uirilitatis:quo indicauit uiriliter moriendum eẽ & firmiter:dum ait turpe esse imperatori cubanti mori:quẽ stantem mori oporteat:in hanc sententiam ait sextus aurelius.uentris profluuio fessus & assurgẽs stantem ait imperatorem excedere terris decet.elius uerus romanus Imperator subinde dicitabat.sanum principem mori debere non debilem. Videtur autem hæc Vespasiani mors fuisse talis:qualem in sene scribit plato contingere:qui in Timeo refert eam mortem iter cætera mortis genera esse leniss imam:quæ senio paulatim ad finem deducente naturaliter subrepit & cum uoluptate potius quam cum dolore contingit.¶Super.insuper.¶Gen-

Mors senis leuissima

tura.natiuitate.sicut sæpe ante dictum est.¶Aut filios sibi successuros.hoc idem memorat eutropius: cuius hæc sunt uerba:genituram filiorum ita cognitam habuit:ut cum multæ coniurationes contra eum fierent.quas patefactas ingenti dissimulatione contempsit:in senatu dixit aut filios sibi successuros aut neminem.legimus apud philostratum quemadmodum Apollonius thyaneus Vespasiano suasit:ut Imperium Romanum capesseret:in quod filii essent successuri.¶Srateram examine æquo.examen ut inquit seruius

Examen Statenum

proprie est filum illud:quo trutina regitur.& in statera lances ad æquilibrium diriguntur.stater uero genus est numi:cuius mentio fit in euangelio.& in Canonicis scripturis est autem ponderis unciarii ut docet fortunatus.¶Claudius & Nero starent.somnium hoc portendebat Vespasianum una cum filiis tanto tempore imperaturum:quanto Claudius & Nero imperauerunt: imperauerat autem Claudius annos. xiiii.Nero totidem.¶Vtriq;.& Claudius & Nero ex una parte:Vespasianus & filii ex altera.Nam uespasianus.x.annos imperauit:Titus tres.domitianus uero.xv.qui oẽs in summa collecti annos efficiunt.xxviii. quot Claudius & Nero imperauerant.

¶M.AN.¶Cutillas:nomen loci proprium:ut bouillas fregellas.¶Aestiuare:æstiuis mensibus secedere.¶Stantem:non cubantem.¶Genitura:genesi horoscopo.¶Quandam stateram:græci τοῦ Σατέρα nummi genus dicunt:sed tu instrumentum ad pondera exigenda aptum intellige:seu bilances ipsas.¶Examine:media ligula lauces æquante.¶Vtriq; imperauerunt:ut qnot annos habuissent Claudii & Neronis principatus totidem tres flauiæ gentis.qui non multo post successere essent habituri.

tilías ac reatína rura:ubí æstíuare quot annís solebat petíit. Hic quum super urgentem ualitudinem creberrímo frígidæ aquæ usu etiam inteſtína uiciasset: nec eo minus muneríbus imperatoríis ex consuetudíne fungeretur:ut etiam legationes audíret cubans aluo repente usq; ad defectíonem soluto:imperatorem ait stantem morí oportere.Dumq; cõ surgít ac nititur inter manus subleuãtium extínctus est.viii. calen.Iul.annum gerens ætatis sexagesímum ac nonum superq; mensem ac díem septímum.

## De certitudíne eius circa filíos successores.

COnuenít inter omnes tam certum eum de sua suorumq; genitura semper fuisse:ut post assíduas ín se coniuratíones ausus affírmare senatuí aut filíos sibí successores aut neminem.Dicitur etiam uidísse quandã per quietem stateram ín media parte uestíbulí palatínæ domus posítam examine æquo cum altera lance Claudíus & Nero starent ín altera ípse ac filíi:nec res fefellit:quando totídem annís paríque temporis spacío utríque imperauerunt.

## TITI VESPASIANI

ICVT EADEM terra cicures gignit & feras: frumenta & tribulos: sentes & floscu'os: sic ex uno Vespasiano ueluti ex eodē fonte dulcedo amarorq; pcessit. qd. n. dulcius Tito? qd
s amarius domiciano? quoꝝ tanta fuit moꝝ dissimilitudo: quāta inter demeā & mitionē: comicos frēs profecto nō extitit. Alter mitis clemēs placidus & uirtutū cōciliabulū. Alter seuus truculentus & flagitioꝝ officina. Sed ut iqt elegāter quadrigarius: hæc maxima uersat' in terris deoꝝ iniquitas: qd deteriores sūt incolumiores: neq; optimū quēq; inter nos sinūt deteriores
diu uiuere: siue ut ipe dixit diurnare. &. n. titus: qui erat optim⁹ bonitatē suā nō diu in imperio potuit exercere. Domitianus q erat pessimus p. xv. annos p seuā truculētāq; naturā ipune crassatus est. ueꝝ. n. uero q dixit deos pedes lanatos hre: uerissime dixit. lento. n. gradu & isono uestigio: ad sōtes puniēdos pgrediū tur. Nāq; domitianus suæ uitæ: defamatissimæ meritas tandem

## C. SVETONII TRANQVILLI LIBER. XI. DIVVS TITVS IMPERATOR AVGVSTVS.

Itus cognomine paterno amor ac delitie generis humani tantum illi ad promerendam
t omnium uoluntatem uel ingenii uel artis uel fortunæ superfuit: & quod difficillimum est ipio quādo priuatus atq; ēt sub patre pricipe:

Incolumiores
Diurnare.
Pedes deorum lanati.

penas dedit: bitohanata morte extictus: quē domestici cōtrucidarūt: cū titus ipe leni abitu obituq; & naturali morte defūctus sit. cuius uitæ iterptamētū iā aggrediamur. ¶ Titus cognomiue pīno. titulos appellauerūt prisci ornamēta: q̄ sacerdotes capitibus hre solēt ut metā: ab eo qd matres fami ias crines cōuolutos ad uerticē capitis: dicūt titulos. siue ab eo q altissimū i urbe: qd est arx: ea res tutissima titul⁹ uocat': milites quoq; tituli appellabant' quasi tituli qd patriā tuerent'. uñ titi pnomē ortū eē autumat festus: ex quo psius uī dixisse: ingētes trepidare titos ipator uero titus cognomie pīno fuisse dr: qa & ipse Titus Vespasianus est appellatus. Cor. ta. Titus Vespasianus e iudea icolumi adhuc galba missus a pre. pli. i. ii. Nā ut i. xii. dieb⁹ utrū q̄ sydus q̄reret' & nro euo accidit impatoribus Vespasianis: pre tertiū filio iteꝝ cōsulibus. sextus aurelius. titus uocabulo patris ēt Vespasian⁹ dictus: eutropius. huic filius titus succesit: q & ipse Vespasianus ē dictus
¶ Amor ac delicie generis humani. cordus tradit gordianū adeo fuisse amabilē: ut ois Romanus populus eū delicias suas appellaret: Titus uero nō unius tm̄ ppli: sed qd lōge pstātius ē: humāi generis amor fuit & & delitiæ. sextus aurelius. Adeo hæc tito imortalē gloriā cōtulerūt: ut delitiæ atq; amor humāi generis appellaret': hoc idē mēorat eutropius. hīc illud pacati ex panegyrico ad Theodosiū: Quin me nerua trāqllus amor generis humāi titus pietate mēorabilis antoninus teneret. ¶ Tm̄ illi ad pmerenda. hæc oia ueluti p parenthesim iterposita uident': ut cōiūgas principiū primi capitis cū principio secūdi: hoc pacto. Titus nat'ē ex quo appet nō satis pficiulate capita eē digesta. ad pmerēdā dixit p demerendā & cōciliādā. ¶ Ingenii. sicut oli in scipiōe africano tāta naturalis igenii dexteritas fuisse pdit': ut hostes ēt ifestissimos facūde alloqndo sibi cōciliaret. ¶ Vel artis ut qdā: q quodā quasi artificio utūtur ad fauorē hoium colligēdū. Mar. Tul. in epistola ad. Qu. fratrē laudat i Virgilio. &. C. Octauio artificiū beniuolentiæ colligēdæ. Salustius quoq; docet i. L. sylla. fuisse artē gīæ militū aucupādæ. ¶ Vel fortūæ. tāq; q fortūatus ē: illi oia habūde supsint: cū fortuna & fauorabiles faciat & sūmos e cōtrario cōtēptibiles & īfimos: si ita decreuerit: q̄ ut inqt plautus hūana fingit artatq; ut lubet. ¶ Supfuit. affluēter & copiose affuit supfluit sup abūdauit: alibi aliud significat: sicut suo loco tradidimus. ¶ Et qd difficillimū est in impio. cū impium ferme esse soleat iuidiosū & maliuolētiæ plenum: miꝝ fuit tito in principatu supfuisse tantū ingenii ad conciliandos mortaliū animos. hoc. n. difficillimum est: cum pleriq; oēs libertatē ament seruitutem oderint.

Titus uel pasianus
Gordian⁹
ditiæ. p. r.
Dexteritas scipionis
fortūa hūana regit

¶ MARCI Antonii Sabellici ad Augustinum Barbadicum serenissimum Venetiarum principem Paraphraseos in Titum Paraenesis undecima.

Ognomine pīno cōtigit tito pricipi i publica admīstratōe dux excellentissime: qd & mortaliū paucis ac nescio an uerius nulli dixerim. Nūq̄. n. iuidia altioris forrūæ uiros destitit i
c cessere. Estq; apud xenophōtē pclare scriptū aiantiū nulli difficilius ipari q̄ hoi: quo fit ut raro i ea fortūa relinquat' inocētiæ locus: atq; ob id ita cōparatū: ut quo maiores sint uitæ successus plures honores q̄siti: eminētiore fastigio q̄sq̄ collocatus: ita maior undiq; illi cōflet' inuidia: ex inuidia odiū: ex odio īsectatio & aduersi rumores: Sic plurimi q i priuata fortuna innocentissime uitæ habiti fuerāt: postq̄ ad fastigium dignitatis sunt euecti: quasi priori uitæ contrarii abiissent in procacissimos inuidiæ morsus rumoresq; amarissimos incidere quasi ēuenire non poss't: ut qs quam in publica fortuna melior fiat q̄ in priuata fuisset. Veꝝ satis constat Tito principi aliter cōtigisse: qui quum priuatus & uiuo adhuc patre infamia nō caruisset. post adeptum imperium ita prorsus omnem uitæ suspitionem diluit: ut ingens mortalium consensus humani generis delitias appellarit: tātum uel prioris uitæ mutatio ualuit: uel quod magis credo accuratissima reꝝ administratio Felix ille: sed tu dux iucundissime felicior cui in priuata & publica fortuna semper eadem fama constitit: tuiq; charissimus fuisti uera namq; & certa felicitas in perpetuitate cōsistit. ¶ Cognomine autem paterno dixit: Vespasiano: uterq; .n. pater inq̄ & Titus: qui illi succesit Vespasianus est dictus. Pli. & nro æuo accidit imperatoribus Vespasianus pre tertio: filio iteꝝ qū haud dubie de Tito & pre loquerēt' & rursus quem itra quadriēnium impe-

ratores Cæsares Vespasiani pr̃ & filius cẽsoresq; egerũt. Itẽ impatoribus cẽsoribusq; Vespasianis: qbus plane colligit̃ tã prem q̃ Titũ filiũ Vespasianũ noiatũ. ¶ Supfuit: affuit: in hunc sane significatũ cœpit id uerbũ circa Plinii & Tranquilli tempora usurpari. quod Gellius ait apitoribus repudiatum. ¶ Impio: siqdẽ quo amplior est fortũa eo magis obtrectatõibus & iuidiæ obnoxia: miꝝ sane ac pene icredibile dictu: qd q̃ prauata fortuna odia & obtrectatiões declinare nequerit: ĩ sũmo reꝝ fastigio æque oĩbus charissimus fuerit. ¶ PHI. ¶ Ne odio quidẽ diffi/

cillimum plane hoc é: eum qui priuatus fuerit odiosus & uituperationi publicæ obnoxius: in principatu apud oẽs fauorabilẽ esse & gratiosum. ¶ Caiana nece. quo anno. C. Caligula fuit interfectus. ¶ Prope septizõium. nomen est magnæ molis & edificii: qd septẽ cingulis ambiebat̃ unde dictũ uidetur: græci. n. zonion cingulũ uocant. sparcianus inter opa q̃ publica a seuero principe extructa sunt: memorat septizonium: & thermas seueriana. sed hic haud dubie de alio septizonio est intelligẽdum cũ multis annis post seuerus imperauerit. apud amianum marcellinum mentio fit septizonii: quẽ locum Romæ celebrẽ fuisse testatur: ubi operis ambitiosi nympheum hoc est lauacrum conditum fuisse ait a Marco Imperatore. septizonium dimidiatũ adhuc romæ inuisitur & nos proximo anno curiosis oculis sumus contemplati supersunt tres operis ambitiosi ueluti zonæ columnarũ pulchritudine: magnificentia altitudine spectabiles: ex quibus coniectat̃ uix credibilis reliqua altitudo fastigium ad cacumen estimantibus si moles integras cum totis septem zõis supereresset. ¶ Manet adhuc. s. cubiculum illud: in quo natus est Titus in aula imperatoria. ¶ Metoposcopũ. metoposcopus dicitur qui addiuinat ex facie hominum: quicq; priuatim ex inspectione frontis: quid cuiq; euentuꝝ sit prædicit græce. n. μέτωπον frons uocatur: & σκοπος speculator. plinius in. xxxv. quendã ex facie hominum addiuinantem quos metoposcopos uocant ex his dixisse aut futuræ mortis annos aut præteritæ: metoposcopum. periphrasticos signauit inuenalis illo uersu: frontẽq; manumq; præbebit. uati quod autem præscita uitæ quædam i fronte hominum sint. testimonio est trogus auctor maximus: q sic ait. frõs ubi est magna segnem animum subesse signat: quibus parua mobilem: quibus rotunda iracundũ hoc idem prodidit aristoteles in primo de animalibus. physignomon uero generali uocabulo significat: quisquis profitetur hominum mores naturasq; ex corpore oculis uultu fronte pernoscere: qualis fuit ille apud priscos zopyros: qui socratem dixit esse stupidum & bardum: addidit etiam mulierosum: in quo alcibiades cachinum dicitur sustulisse. ¶ Vt britannicum inspiceret: ex frontis & oris liniamentis inspectis prædiceret quid illi esset euentuꝝ: & nunquid esset imperaturus. ¶ Nullo modo. britannicum nequaquã imperatuꝝ. ¶ Vtiq;. certe plane haud dubie. est. n. hoc utiq; cum asseueratione prolatum. ¶ Adeo familiares. titus. s. & britannicus. ¶ De potione. quam nero uenenatam a locusta uenefica præparatam epulanti britannico dari iussit: sicut ante dictum est. ¶ Iuxta cubans. prope britannicum accũbens: mos. n. erat principum liberos cum æqualibus nobilibus uesci in aspectu propinquoꝝ peculiari mensa. ¶ Mox. cum ad imperium peruenisset. ¶ Statuam ei. s. britannico. ¶ Quæ circẽsi pompa. supra memorauimus: quemadmodum in pompa circensi ante exhibitionem ludoꝝ præferebantur imagines deoꝝ & principum: iter quas britannici statua tito sic iubente præferebatur: quod erat specimen non paruũ pristinæ beniuolẽtiæ. ¶ Hodieq;. hoc ad tpa tranquilli refertur. ¶ Corpis animiq; dotes. thales milesius unus ex septem sapientibus interrogatus. quis nam felix sit: qui corpore inquit sanus fortuna locuplex aio nõ imperitus est. philosophi latini & imprimis Cicero ac Augustinus: prima naturæ uocant dotes animi & corpis: quæ Varro primigenia nominauit: quæ grece dicuntur τὰ πρῶτα κατὰ φύσιν. in quibus numerant incolumitatẽ: ualitudinẽ: sensus integros: doloris uacuitatem: uires: pulchritudinẽ cæteraq; generis eiusdem: & hæc ut dicebat Marcus Varro in libro de philosophia homines naturaliter appetunt: ut in corpore membroꝝ integritas & salus atq; incolumitas sit: in animo uero illæ dotes: quæ paruæ uel magnæ in hoĩum reperiuntur igeniis. igitur tranquillus significare uolens in tito fuisse ea bona quæ prima naturæ uocamus: dixit in illo explẽduisse dotes & animi & corporis.

¶ M. AN. ¶ Caiana nece: Caligulæ cæde. ¶ Septizoniũ fuit is locꝰ ĩ pte aureæ domꝰ cõtra Gregorii phanũ

ne odio quidem nedũ uituperationẽ publica caruit.

## De natiuitate Titi & eius educatione.

NAtus est. iii. calẽ. ianuarii insigni anno Caiana nece propE septizoniũ sordidis ædibus cubiculo uero pparuo & obscuro: nã manet adhuc & ostẽdit̃. Educatus i aula cũ Britannico simul ac paribus disciplinis & apud eos dẽ magistros institutus. Quo quidẽ tpe aiũt Metoposcopũ a Narciso Claudi liberto adhibitũ ut Britannicũ inspiceret cõstantissime affirmasse illũ quidem nullo modo: cæterũ Titũ qui prope astabat utiq; impatuꝝ. Erant autem adeo familiares: ut de potione qua Britannicus hausta periit. Titus quoq; iuxta cubãs gustasse credat̃ grauiq; morbo afflictus diu. Quorum omnium mox memor statuã ei aureã in palatio posuit: & alterã ex ebore equæstrẽ: quæ circẽsi põpa: hodieq; præfert̃: dedicauit: prosecutusq; est.

## De uirtutibus & sciẽtiis eiusdem.

N puero stati corporis aiq; dotes explẽduerũt magis

Septizonium

Nympheũ lauachi

Metoposcopus

Præscita moꝝ i frõte

Physiognomon

zopyrus

Vtiq;

Quis felix sit

Primigẽia naturæ

Spartianus ait ſeueri afri id opus fuiſſe: ſed credibile eſt locū ab eo cōmunitū aut ſtauratū. Sed principatu illius omnino fuiſſe uetuſtius id molis genus erat nō multū a ſepulchro diuerſū qđ idē auctor alibi demōſtrat: illatus eſt inqt maiori ſepulchro: hoc eſt Seueri: quod eſt i appia uia euntibus ad portā dextrā ſpecie ſeptizonii extructū. ¶ Britānico: Claudii & Meſſalinæ filio. ¶ Quo tpe: inſtitutiōis. ¶ Metopoſcopū: ἀπὸ τοῦ μετώπου fronte: καὶ σκοπεῖν ſpeculatore: quaſi frontis ſeu lineamentoꝝ inſpectorem. ¶ Illū: britānicum. ¶ Quoꝝ omnium ueteris educationis cōmuniſq; periculi. ¶ Ei: germanico.

ac magis deinceps per ætatis gradus forma egregia: & cui non minus auctoritatis ineſſet: q̄ gratiæ precipuū robur: q̄q̄ neq; procera ſtatura: & uentre paulo proiectiore: memoria ſingularis: docilitas ad omnes fere tū belli: tum pacis artes armoꝝ & equitandi peritiſſimus latinæ græceq; linguæ uel in orando: uel in fingendis poematibus prōptus & facilis: ſed ne muſicæ quidē rudis ut qui cantaret pſalleret iucūde ſciēterq;. E pluribus comperi notis quoq; excipe uelociſſime ſolitum: cū a manuenſibus ſuis per ludum iocūq; certamē imitari chirographa quæcūq; uidiſſet: ac profiteri ſæpe maximū falſarium eſſe potuiſſe.

## De officiis & ſtudio ac moribus eiꝰ: & aliis geſtis, & de uxoribus eius.

IRibunꝰ militū & in germania & i britānia meruit ſūma induſtria nec minore modeſtia & fama ſicut apparet ex imaginū eius multitudine: ac titulis per utrāq; ꝓ

¶ PHI. ¶ Per etatis gradus: ſolent interdū dotes animi & corporis ſeneſcere in nobis dū adoleuimus: quæ in pueritia explēduerant uiguerantq;: ut creſcente corpore decreſcat decor & ai uigor relenteſcat: ſed in tito per omnes gradus etatis. hæc bona primigenia enituerunt: ut puer ut adoleſcens ut iuuenis: ut i oī etate fuerit corpis animiq; dotibus prepollens. ¶ Quam gratiæ. ut reuerēdus eodem tempore foret & gratioſus. in hanc ſententiam ait tacitus: in tito fuiſſe decorem cū quadam maieſtate. ¶ Proiectiore. uentre, ꝓminulo & prominente. ¶ Docilitas plato tria genera ingenioꝝ cōpleꝛus eſt: quoꝝ præſtans egregiū uocat: alteꝝ deterrimū: tertium ex utroq; temperatum medium nuncupauit. Mediocritatis huiꝰ uult eſſe participē pueꝝ docilem: & quēadmodū docilitas laudabilis eſt ita indocilitas reprehēſibilis: quæ ut inquit Apuleius ſcribens de dogmate platonis prudētiam impugnat: cōtrariaq; eſt diſcēdæ diſciplinæ

Triagña i geniorum

Indocilitaſ

¶ Tum belli tū pacis artes. ut inqt elegantet plinius in panegyrico. enituit aliquis i bello: ſed obſoleuit in pace: aliū toga ſed nō & arma honeſtarūt: plinianæ ſniæ quadrat illud ꝓpertii: hic ſatus ad pacem hic caſtrēſibus utilis armis. Titus uero docilis erat ad ꝓdiſcēdas artes ois bellicas & politicas. ¶ In fingendis. ꝓprie poemata finguntꝛ. officium. n. poetæ eſt fingere: & figuratōibus conuelare ueritatē. ¶ Ad extēporalitatem uſq; ut ſine ꝑmeditatiōe extemporali carmine oratione ue uteretꝛ. Extemporalitas. n. dī facilitas ſubitaria & repentina q̄. ſ. ex tempore ſine iugi meditatōe dicenda ſuppeditat: uñ a marciale extēporalis rhetor dictꝰ eſt: qui ꝓditus erat hac facilitate extēporali. id eſt ex tpe dicendi facultate. qntilianus hūc maximū ſtudioꝝ fructū eſſe ſentit: & ueluti ꝑmium quodā longi laboris litterarii. ¶ Sciēterq;. multi iucūde qdē cātāt ſed nō ſciēter. utrūq; erat i tito: & uocis iucūditas & muſicæ diſciplia. ¶ Notis excipe ſolitū. Titus ſolebat ꝓ notas: q̄ breuiter colligūt integꝝ ſenſū excipe q̄cūq; audiſſet more notarioꝝ: ut notis referas ad pūcta litteraꝝ: qbꝰ ſingulis: utait auſonius una uox abſoluit. fallūtur q notis exponūt, ꝓ familiaribus: tāq; dicat ſe compiſſe ex notis: hoc ē familiaribus titi ea q̄ ſequunt: ſed elegātia nō quadrat nec ſēſus cōuenit: niſi ita legas: ſolitū excipe notis. id ē ꝓ notas colligere q̄ dicebant: tāta illi erat i ſcribendo uelocitas: ut de tito merito dici poſſet: Nōdū lingua ſuū dextra pegit opus. De hiſce notis ſic refert Seneca in. xiiii. epiſtolarū. Quid uerborū notas: quibus q̄uis citata excipit oratio & celeritatē liguæ manus ſeqtur. ¶ Cū amanuēſibus: miniſtris a manu: quorū miniſterio utimur i ſcribēdo: & taliū manus in primis ſtrenua & uelox eſſe ſolet. ¶ Imitari. quēadmodum unicuiq; ſuus uultus ſua uox eſt: ita & ſua ſcriptionis forma ſuuſq; character. adeo ut difficile ſit examuſſim & ad pfectū repſentare alienā manū. hoc tñ titus ingenii bonitate ꝑcellens factitabat. ut chirographa: & manus alienas graphice imitaretꝛ. Quintilianus ait ſignū docilis naturæ eſſe imitationē: q̄ effingendi magiſtra ē. ¶ Falſariū. legimus apud iuriſcōſultos titulū ad legē cornelia de falſis: qꝰ id falſū uidetur eſſe: ſi quis chirographū alienū imitetur aut libellum uel rōnem deſcribat. merito igitur falſarius dici pōt: & legis corneliæ pena puniendus: q aliena chirographa fuerit imitatus. Mars & mercurius in. v. ab horoſcopo loco: falſarios facient aut qui ꝑ pecunias publicaꝝ flaturaꝝ adulteras artifices imitētur. ¶ Meruit. militauit. ¶ Ex imaginū multitudine. multitudo imaginū: q̄ tito erant dicatæ: & in germania & in britania teſtimonio eſt illum fuiſſe fauorabilē & dignū apud ꝓuinciales: qui titulis & imaginibus multiiugis inſigniretur. Scribit plinius in panegyrico ſtatuas ob egregia in rēpub. merita ſolitas ēt priuatis dicari. Olim apd romanos mario gratidiano uicatim ſtatuæ dicatæ fuerunt. Atheniēſes quoq; demetrio phalerio ſtatuas. ccc. lx. ſtatuerunt: nondum anno hunc numeꝝ dierum excedente.

Extpalitas

Notæ uerborum amanuēſeſ

Falſum Falſarius

¶ M. AN. ¶ Proiectiore: prominentiore. ¶ Docilitas: ingenii facilitas ad oīa capienda. ¶ Ad extemporalitatē: ut ex tpe etiam carmē ederet: & ad dicendū par eſſet. ¶ Comperi: cognoui: accepi: didici. ¶ Excipere: dictata uelociſſime ſequi ſolitum. ¶ A manuenſibus: libelloꝝ miniſtris alibi a mānu ſeruos appellare cōſue

uit:quoꝝ opera in conscribendis epistolis ueteres uterentur. ¶Cer tantem:scribendi celeritate. ¶Chirographa cuiuscunq; manum:stilum characterem. ¶Falsarium: utpote qui omnium chirographa optime imitaretur. ¶Per utranq; prouinciam:germaniam & britanniam.

¶PHI. ¶Post stipendia.s.militaria. ¶Foto operam dedit.causas forenses exercuit. ¶Honestā magis q̄ assiduā. istar magni patroni cās nobiliores tm̄mō suscipiebat. ¶Tertulo patre.alterius tertuli meminit iulius capitolinus:qui fuit adulter faustinæ coniugis marci antonini. ¶Defunctæ:arricidiæ primæ uxoris. ¶Martiā fuluiam.s.duxit uxorem. ¶Sublata: suscepta genita. ¶Thraciam & gamalā.uetus & ptinax mēda occupauit codices tranqlli ut passim a doctis indoctisq; legatur.thraciā & gamalā: cum thraciā tantū distet a iudea quantū hypanis ueneto dissidet eridano.igitur expuncta dictiōe subditicia uera dictio a nobis sb stituenda est:ut,p thraciā legam⁹ tarichean:sicut historiæ fides exposcit & nois similitudo suffragat. Tarichea aūt ciuitas iudeæ ē inclyta iuxta lacū:quē zeneserā uocant:i cuius oppidi oppugnatione Titus primus in hostes citato equo porrexit:quosdā ex iudeis a tergo instantes alios p transitum occidit:nōnullos ante capiens ictu ora transuerberat multos alium sup alium lapsos iuolues configebat. Vespasianus letatus est tanta filii uirtute:qui primus irruit in urbem taricheas:per lacum zeneseram:quē cæteri consecuti sūt tantus tunc pauor tarichea⁹ defensores inuasit.ut nemo sustinuerit,prohibere uenientem:& ita titi uirtute ciuitas capta:tarichitæ supati:historia latissime explicat a iosepho i tertio belli iudaici.& ab egesippo in historia iudaica:apud plinīū in.v.thariciē noīantur pro taricheæ:ubi scribit lacum zenesaram:amenis circunseptum oppidis esse a meridie thariciæ quo & noīe aliqui etiam lacum appellant ab occidente tiberiade.Plinius tharicien dixit:quā historici mō tarichean singulariter mō pluraliter taricheas ,ptulerunt.Gamala uero urbs est iudeæ contra taricheas posita supra lacum zeneseram:quæ cameli similitudinem p̄ferens inde nomen accepit:sed corrupto incolaꝝ usu pro camela nomen gamalæ i hesit.Memoratu dignum est quod in oppugnatione gamalensium accidisse rraditur:nāq; in ipso cōflictu ortus est turbo:qui romanoꝝ tela ferebat in gamalēses:gamalienſium uero sagitas & spicula retorquebat auctores iosephus & egesippus.Gamalam introiuit titus eāq; funditus excidit:cum gamalenses parti manibus romanoꝝ militum trucidarentur:partim se p̄cipitarent:adeo ut præter duas mulieres nullus saluus euaserit. ¶Sub feminibus.in partibus femoꝝ quæ inter ores sunt:equū titi pcussum expiraſſe significat. Femina.n.sunt partes femoꝝ iteriores. ¶Interfemineū eleganti uocabulo appellat apuleius genitalia muliebria:eo q̄ inter femina sunt collocata. ¶Cuius.equi. ¶Missus ad gratulādū.Cor.ta.in hanc sniam scribit hæc:titus uespasianus e iudea incolumi adhuc galba missus a patre:cām profectionis officiū erga principem & maturam petēdis honoribus iuuē tam ferebat:sed uulgus fingendi auidū dispserat ascitū esse i adoptionem. ¶Accerseret.euocaretur:ut a galba tunc adoptaret qñ pisonem adoptauit.hinc accersitores dicti uocatores.Apuleius:mittunt e suis accersitorē unum. ¶Quaqua iret.quocunq; loco & quacunq; parte. ¶Rediit ex itinere.Corinthi:q̄ achaiæ urbs est:accepit nūcios certos de interitu galbæ:unde anxius fuit ante in urbē pgere pseueraret:fuerunt q crederent accēsum titum desiderio berenices reginæ uertisse iter ad patrē. ¶Adito paphiæ oraculo.Titus oram achaiæ p̄ter uectus:cū in cypꝝ insulam pueniſſet: cupido illum incessit adeundi uisendiq; tēplum paphiæ ueneris inclytum p indigenas aduenasq;. Cōditor tēpli fuit rex uenerianus:pcibus & igne puro altaria adolētur:nec ullis ībribus q̄q̄ in apto madescunt: simulachꝝ deæ est non effigie humana:sed cōtinuus orbis latiore initio:in ambitū tenuē:metæ modo exurgēs.Tit de nauigatione primū consuluit:postq̄ pandi uiā & mare prospum accepit:de impio p ambages quasdam interrogare cepit:Cesis cōpluribus hostiis:sacerdos noīe sostratus ubi leta exta uidit:petito secreto futura rito apuit:qui aucto animo ad patrē rediit.Cor.ta.auctor.

¶M.AN ¶Foro:forēsibus causis. ¶Honestā operā:ad gr̄am & phamā cōciliandā. ¶Defūctæ: Arricidiæ. ¶Sublata filia:filia ex ea suscepta. ¶Ex q̄sturæ honore:Tacitus iter legatos maiorē filiū a Vespasiano assūptū dixit. ¶Thracias & gamalā:Plinius ī samaria phœniciæ parte gamalā ponit:& Tracinen nō thraciā in palestina syria. ¶Sub fœminibus:q̄ partes fœmina esset bis ē supra demonstratū. ¶Quaqua:quacunque. ¶Paphiæ ueneris:Pli.de Cipro:oppida inqt in ea.xv.paphos palepaphos.Ver.Ipsa paphū sublimis abit. Dionysius:Tū ue o & cypros intra pamphiliæ sinum gratissima olim sedes ueneris dioneæ.

uincia.Post stipēdia foro operā dedit honestā magis q̄ assiduā.Eodēq; tpe Arricidiā Tertulo pre eqte Romano: sed præfecto quondā pretorianaꝝ cohortium duxit uxorē: & i defunctæ locū Martiā flauiā splēdidi generis cū sublata filia diuortium fecit.Ex quæsturæ deinde honore legioni præpositus thraciam & gamalā urbes ualidissimas iudeæ ī ptātē redegit:equo quadā acie sub fœminibus amisso:alteroq; inscenso:cuius rector contra se dimicans occubuerat.

De uictoria ciuitatis hierusalem: & aliis gestis eius.

GAlba mox tenente rempublicam missus ad gratulandum:q̄q̄ iret cōuertit homines quasi adoptiōis gratia arcesseretur:sed ubi turbari rursus cuncta sē sit:rediit ex itinere:aditoque Paphiæ Veneris oraculo,dum de nauigatione consuluit etiam de imperii spe confirmatus est. Cuius breui compos: & ad perdomandam iudeam

Tarichea

Titi uirtute capti Tarichitæ

Gamala: a cameli similitudine

Turbo tela torquebat

Femina

Interfemineum

De uenere paphia

¶PHI. ¶Relictus.tacitus sic.cæsar tit⁹ pdomādæ iudeæ delegatus a pre. ¶Hierosolymoꝝ.umbilicū toti us iudeæ fuisse hierosolyma testant historici:cuius ciuitatis cōditor fuit rex cognomento iustus:potentis simus cananeoꝝ:qui fano edificato hierosolyma uocauit:cū antea solyma uocaretur.Hieron.n. græci tem plum uocant.De hierosolymis alibi pluribus. ¶Propugnatores.iudeos:qui ꝓ defensiōe hierosolymoꝝ propugnabant.Snnt.n.ꝓpugnatores qui pugnando ex muris ex uallo propulsant aduersarios:patriamq; tutantur:unde & ꝓpugnacula dicūtur.defensionis causa in urbibus parata. ¶Confecit.trucidauit.Liuius alteꝝ curiacium cōficit. inde cōfectores feraꝝ interemptores dicti. ¶Cepit eam natali filiæ.octa ua die mēsis septēbris anno secū do principatus uespasiani hiero solyma ciuitas a tito capta est ut scribit iosephus i.vii. quinquies aūt antea pri⁹ capta fuerat a barbaris regibus & a magno pōpeio. ¶Impatorem cōsalutauerit refert philostratus in.vi. apollonii gentes finitimas ob uictoriā iudaicā coronare titum uoluisse qui tali honore indignū se eēre spondit.nō.n.se esse taliū operū auctorem:sed deo iracundiā cōtra iudeos demōstranti suas manus præbuisse: quæ cū audisset apollonius thyaneus uehementer uiꝝ laudauit:ꝙ uideret Tit⁹ ingenio abundare & modestia: tū uero diuinaꝝ humanarumq; rerum naturā nosse: cū sāguinis

Vmbilicus iudeæ

Hierosoly ma

Propugna tores

propugna cula

Conficere

Cōfectores

Sexies ca pta hiero solyma

relictus nouissima hierosolymorum oppugnatione .xii. ꝓpugnatores totidem sagittarum cōfecit ictibus cæpitq; eam natali filiæ suæ tanto militū gaudeo ac fauore: ut in gratulatione imperatorem eum cōsalutauerint & subinde decedē tem prouincia detinuerint:supplíciter necnon & minaciter efflagitantes aut remaneret aut secum omnes pariter adduceret: unde nata suspicio, est quasi descíscere a patre orientísque regnum sibi uendicare tentasset. Quam suspicionem auxit postquam Alexandríam petens in consecrando apud memphim boue Api diadema gestauit. De morte siquidē rituq; priscæ religionis:sed non deerant qui secius interpretarentur. Quare festinās in italiam quum rhegium: dein puteolos oneraria naue appulissent: Romam inde contendit expeditissimus:inopinantiq; patri uelut arguens rumoꝝ de se temeritatem:ueni inquit pater ueni.

Dc administratione principatus cū pre & alíis gestís in ea,

causa coronari noluisset. ¶Subinde.mox:deinde. ¶Descíscere.deficere ac rebellare. ¶In cōsecrando bo ue api.bos in ægypto numinis uice colit:quem apim uocāt:nō est fas eū certos uitæ annos excedere:mersumq; in fōte enecant:q̄situri luctu aliū quē substituāt donec inueniāt merēt:derasis ēt capitibus: nec tū usq; diu q̄ritur.Inuētus deducit a sacerdotibus mēphin:grex pueroꝝ comitatur carmē honori eius canentiū Memphi est locus i nilo quē a figura uocāt phialā:oī bus annis ibi aureā paterā argenteāq; mergētes dieb⁹ quos habent natales apis:q sunt septē:nemoq; p eos a crocodillis attingit. De api plinius solinus & herodotus nō pauca ꝓdiderūt:qñ po.iudaicus fecit sibi uitulū conflatilem & adorauit.ícito id pp superstitiōem apis bouis a supstitiosa natione factitatum:sicut interpretatur interpres instrumēti ueteris canonicæq; scripturæ.Amianus marcellinus libro histori.xxii.refert apim bouē lunæ sacratū esse:in quo uisant notæ diuersæ genitalium:cui bos femina inuenta cum certis notis offertur:auctor est sparcianus adriani principatu exortam esse alexādriæ seditionem ob apidē:qui cum reptus esset post multos annos turbas iter populos creauit:apud quē deberet locari oībus studiose certantibus Macrobius apim solem intelligi autumat in primo saturnaliū. ¶Diadema.hoc exigebat ritus religionis:ut qui consecraret bouē apin:ille diademate foret insignitus:quod cū sit insigne regū suspitionem fecit regni affectati. ¶De more siquidē.sensus est ita quidem erat mos & ritus uetustæ religionis uel potius supstitionis:ut cū diademate ꝓdiret qui apin cōsecrabat.sed non pauci id aliter interptabantur:tanq̄ titus regnare uellet.Secus aliter. ¶Rhegiū. i margie italiæ situm est oppidum rhegiū:cui græci nomen dedere ab argumēto dehiscēdi cū i eo loco sicilia ui motus terræ ab italia fuerit auulsa:unde a uerbo græco ῥῆγνυμι quod ē frango rhegium dictū.Auctores strabo & plinius hinc rhagadia:& rhagades uocātur scissuræ quæ in sede ꝓueniunt:apud plinium multiugæ sunt medellæ ad rhagadia.& rhagadas hoc ē ani fissuras. ¶Contēdit.prexit. ¶Expeditissimus sine impedimētis & sarcinis. ¶Velut arguēs.refutās atq; cōuincēs. ¶Rumoꝝ temeritatē.cū sit rumor sine certo auctore dispsus sermo:merito temeritatē rumoꝝ dixit:loci sunt cōmunes apud oratores pro rumoribus & contra rumores:tanq̄ his credi non oporteat:cū temerarii sint & nullo auctore subnixi. ¶Veni ueni.repetitōe uerbi usus est:ut ostēderet falsidicos illos fuisse & uanidicos:qui psuaserant uespasiano titum nō amplius uenturꝝ:sed in oriēte regnum sibi uēdicaturum.Fuit.n.filius patri obediētissimus qui apollonio demulcēte collum eius robustum:interroganſq; quis tam ualida ceruice taurum cogeret iugū subire.respōdit: qui me uitulum a primordiis educauit:patrē uidelicet denotans:cui obtempare paratus sum inqt apud philostratum:ꝙ ita me a puero suis præceptis assuefecit.

Apis bos

Apis uitulꝰ cōflatilis

Rhegium Rhagadia Rhagades

Pro rumoribus cōtra rumores

¶M.AN. ¶Hierosolymoꝝ:Iudeæ urbs est i toparchia nornie dicta lōge ut Pli.aít urbiū oriētis clarissima de eius cōditione & incremētis plura Strabo. ¶Propugnatores:urbis defensores. ¶Natali filiæ suæ: quo accidit ut idumæa sit cognominata.Eusebius auctor eit ea expugatione sexcenta iudæoꝝ milia interfecta.Iosephus undecies centum milia fame & ferro consumpta ac centum captiuoꝝ milia uendita. ¶Consecrādo:dedicādo sacrūue faciēdo:de api boue Pli.& Herodotus præter ea quæ a nobis sunt suo loco tra-

dita nõ pauca ediserũt. ¶Diadema:regiũ insigne. ¶Secus:quasi regiũ nomen nõ religionẽ secutus id capiti insigne iduxisset. ¶Regium:extremũ italiæ oppidũ circa fretũ siculum. ¶Arguens:refellens:diluens.

Agere participem imperii

¶PHI. ¶Participẽ imperii agere.supra dictũ ẽ quẽadmodũ elegans ẽ perinde & frequẽtissima hec elocutio:ut ita dicamus:agit amicũ principis:agit publicanũ: agit participẽ imperii:agit oratorem:p eo quod est:fungit officio publicani:sustinet mun⁹ participis impii:exhibet se oratorẽ: dixit Cor.ta.de domiciano filiũ principis agebat. dixit idem de muciano socium magis imperii q̃ ministr agẽs. ¶Tutorem.ut una cũ patre tutaret impiũ.Iuuẽtute aũt una cũ senectute regnũ gubernante:quæ lyra quæ fistula:ut neriissimis inqt:apud philostratũ apollonius:iucundiorẽ resonabit armoniã:hinc.n. senect⁹ roboris aliquid accipiet: & iuuẽtus inordinate nõ efferetur:admonetq; titũ ut patri simillimus sit. ¶Triũphauit cũ pre.triũpho .s.iudaico:quo Vespasian⁹ prior ibat.titus sequebat. ¶Cẽsurãq; gessit una.plinius.in.vii. memi-

Iuuentus senectus simul regnant

nit huius censuræ:quã duo uespasiani pater & filius simul gesserunt.Sic.n.inqt:accedũt expimenta & exempla recentissimi census:quẽ intra quadrienniũ impatores cæsares uespasiani pater filiusq; censores egerũt ¶In tribunitia potestate:qua impatores peculiariter decorabant:hinc plinius in,phemio Na.histo.titum appellat participem cũ patre potestatis tribunitiæ. ¶Recepta ad se officio; cura.titus qd rarenter fieri solet:impante adhuc patre appellatus est romæ impator:ut inquit apollonius.ex quo exiit illud plinianũ ex

Titus imperator

prohemio Na.hi.sciãtq; oẽs ex æquo tecum uiuat imperium triumphale & censorium ius:exeasq; consul ac tribunitiæ potestatis pticeps. ¶Edicta.imperatoria. ¶Etiam quæstoris uice.eum quæstorem significat qui candidatus principis dicebat quicq; epistolas eius in senatu legebat:ut refert ulpianus titulo de officio

Quæstor candidatus principis

quæsto;. De tali quæstore loquitur tacitus:cum ait:oratio principis per quæstorem eius audita est. ¶Nisi ab equite romano administratam.hinc dixit plinius titum affecisse dignitate ordinem equestrem:dum

Præfectus prætorio

præfectus prætorio nobilitat illum magistratum a solis equitibus administrari solitum. Verba plinii sunt hæc:& quod his nobilius fecisti dum illud patri pariter & eqstri ordini pstas:pfectus ptorii eius. Erat autẽ præfecti prætorio non poterat. ¶Suspectissimum quemq; oppressit.sextus aurelius.nam præfecturam patre imperante adeptus:suspectum quemq; & oppositum sibi immissis qui per theatra & in castris inuidiosa iactantes:ad pœnam po cerent.quasi criminis conuictos oppressit. ¶Submissis.occulte & furtim im-

Incõtanter

missis quibusdam.absoluta elocutio est per septimum casum. ¶Haud cunctanter.sine conctatione: quod & incontanter dicitur. ¶Aulum cecinnam.sextus aurelius causam cecinne mortis fuisse memorat suspitionem stuprate berenices:quæ a tito amabatur.tranquillus uero sentit confossum fuisse ex suspitione cõiurationis:ob inuentum chirographum:quo continebatur præparata apud milites coniuratio. ¶Vocatũ

Demetri⁹ poliorcetes

ad cenam.culpa fit atrocior a loco:cum dii hospitales & sacra mense hospitis sanguine polluuntur. Consimiliter demetrius poliorcetes.hoc est expugnator urbium cognominatus alexandrum ad cenam uocauit eumque e cenaculo egredientem multis uulneribus cõfodi imperauit.Legimus apud scriptores ecclesiasticos symonem uocatum ad conuiuium fuisse interfectum:una cum duobus filiis a ptolomeo conuiuatore. ¶Securitati satis cauit:ut securior deinceps foret & tutior. ¶Quis.quispiã alius. ¶Tam aduersa re.alii codices habent aduerso rumore:utrunq; refertur ad iugulationem cecinnæ & oppressionem eorũ quos suspectos habebat.

¶M.AN ¶Principẽ:pricipis munus & psonã sustinẽs.Pli.ad eũdẽ Titũ:Sciũt oẽs q̃ ex æquo tecũ uiuat imperiũ. ¶Triũphauit cũ pre cẽsurãq; gessit idẽ auctor:Triũphale & cẽsoriũ ius exeasq; cõsul ac tribunitiæ potestatis pticeps. ¶Etiã quæstoris uice:nã ut diximus quæsto; erat publicas in senatu lras recitare. ¶Præfecturã ptorii.Plinius eodẽ fere loco:& qd his nobilius fecisti:dũ illud patri pariter & equestri ordini præstas præfectus prætorii eius. ¶Inciulius:pa; ciuiliter quasi cõsensu suo & pris quũ patre inscio id faceret. ¶Haud cunctanter:sine mora & cũctatione ulla. ¶Aulũ cecinnã:is est:qui uitelianaq; partium dux prim⁹

ad Vespasianũ defecerat. ¶Vrgẽte discrimine: piculo iminẽte: qđ audacius pene fuit palã occidere: quũ iã cõiuratiõis cõsilia mota eẽnt. ¶Eius: Cecinæ. ¶Securitati: suæ. ¶Cauit: cæde cecinæ. ¶Quis: alius qsquã.

## De suspitione uirorum conuersa in laudem suam & de gratia & magnificentia eius.

PRæter sæuitiã suspecta ĩ eo ẽt luxuria erat, quod ad mediã noctẽ comessatiões cũ ꝑfusissimo quoq; familiariũ extẽderet: nec min⁹ libido ꝑpter exoletorũ & spadonũ greges: ꝑpterq; ĩsignẽ regiæ Beronices amorẽ: cui ẽt nuptias pollicit⁹ ferebat. Suspecta & rapacitas qđ cõstabat ĩ cõciõibus patris nũdinari ꝑmiariq; solitũ: deniq; ꝑ palã aliũ Neronẽ & opinabãt. & ẽt ꝑdicabãt. At illi ea fama ꝑ bono cessit: cõuersaq; ẽ ĩ maximas laudes: neq; ullo uitio repto & cõtra uirtutibus sũmis. Cõuiuia ĩstituit iucũda magis q̃ ꝑfusa: amicos elegit qbus etiã post eũ principes: ut & si bi & Reipu. necessariis acquieuerunt præcipueq; sunt usi

¶PHI. ¶Luxuria suspecta: immodica profusio in uictu: & prolixior in epulis mora. ¶Comessationes: supra docuimus comessationẽ accipi peculiariter a tranquillo omnem cibum: qui post cenam sumitur: quod plane luxurioſi est: unde & cõmesari accipitur pro cibum capere iã exacta cena: sicut etiam apud Liuiũ nouissimo belli macedonici Demetrius iam cenatus quĩ comessatum inquit ad fratrem imus. Hinc factum est q̃ comesatiões interdum accipiuntur pro intẽpestiuis epulis & extraordiario ac esculẽtiore uictu. Et comesatores dicti: qui indulgent guritibus prandiorum & uoragi-

Comessationes

Comesari

Comesatores

nibus cenarum. Causa nominis ante fuit explicata. ¶Nec minus libido. s. erat in Tito suspecta. ¶Exoletorum & spadonũ: hæc sunt instrumẽta libidinosi principis & uenerii: de quibus nõ pauca antedictũ ẽ. Romæ fuisse exoletos: qui passiua libidine prostituerentur instar prostitutarum meretricũ: testis est lampridius: qui scribit alexandrũ romanũ habuisse in animo ut exoletos uetaret: qđ postea philippus fecit: sed ueritus est ne prohibẽs publicum dedecus in priuatas cupiditates cõuerteret: cum homines illicita magis poscant: prohibitaq; furore persequãtur. ¶Berenices amorem. de hac Tacitus: nec minore animo regina berenice iuuabat partes florẽs etate famaq; & seni quoq; uespasiano magnificentia munerum grata. Idẽ alio loco indicat berenicẽ a tito adamatam fuisse. cum ait: animũ titi iuuenilem non abhorruisse a berenice: cuius desiderio accensus ferebatur olim ex græcia in iudeã uertisse iter. Opinor hanc esse illã berenicẽ agrippæ sororẽ. cuius magna mentio fit apud iosephum & egesippũ: de qua uulgatus est rumor: q̃ cum agrippa fratre coiret: unde ad falsas collocutiones coarguendas polemoni lyciæ regi denupsit: quæ nuptiæ nõ diu turnæ fuerũt. cũ Berenice propter nimietatẽ coitus: polemonẽ dimisisse prodatur: aliæ berenices celebrantur a clarissimis conditoribus. ¶Nuptias pollicitus: ob hoc sextus aurelius uidetur appellasse berenicẽ titi uxorem. ¶Nundinari: palam uendere edicta sententias paternas: hoc enim significat nũdinari: quo uerbo frequenter utitur Iulius firmicus: q in. vi. matheseos ait: q̃stus & libidinis causa pudorẽ duobus fratrib⁹ nũdinabit: & ad coitum fratrem inuitabit & filium. Idem in primo: sylla in scurrarum gremiis per dãna nũdinati pudoris adoleuit: Idem alibi: nundinati inquit sanguinis iãctura se uendent. Apuleius quoq; in hãc significationẽ ait: toti nunc iudices sententias suas ꝑcio nũdinantur. igitur titus dictus est nundinari in cõcionibus patris: quoniam quotienscunq; pater concionabatur: tunc ipse palam uenditabat quæcunq; cuicunque collibuissent: nec ad nundinas unde uerbum deduci uidetur est referendum: cum nundinari nõ solum significet in nundinis uendere atque mercari: sed quocunque loco & tempore instar nundinarum uenditare: quod & Cicero in tertia antoniana demonstrat: cum ait. At uero huius domi iter ciues illius appendebatur aurum: numerabatur pecunia una in domo: omnes quorum iter erat totum imperium Romanum nundinabantur. Ab eodem nundinæ flagitiosissimæ immunitatum oppidorum uectigalium dictæ: pro turpissimis uenditionibus: quæ fiebant in. M. antonii domo ceu in officia flagitiorum. ¶Premiari: lucrari. ¶Alium neronem a similitudine morum. sextus aurelius rapinarum cupidum: unde Neronem cuncti uocantes opinantesque summam rerum nactum grauiter acceperant. ¶Pro bono cessit. sextus aurelius: sed hæc in melius conuersa immortalem ei gloriam contulere. ¶Et contra uirtutibus summis: cum e contrario repertæ in tito essent uirtutes eximiæ. ¶Iucunda magis quam profusa sicut conuiualis profusio reprehendi solet: ita iucunditas comitasque laudari: in conuiuio debent esse belli cõuiuæ: scitus conuiuator: tempus lectum: apparatus non neglectus. ¶Post eum principes: ex hoc laudatur Titi solertia utpote principis circũspectissimi: qui tales amicos eligebat: ut successuri principes eisdem uterentur: tamquam meliores utiliores ue reperire non possent. ¶Sumptam sibi: corrige: sunt usi: & hic distinguendum ut cum sententia superiore coniungas: tanquam sit sensus: principes post Titum usi sunt præcipua opera illorum: quos Titus amicos elegit: sic enim elegantior nitidiorque textura est & distinctio: quam si iunctim legas præcipueque sumptam sibi berenicen: indecora nimirum & perinde insulsa elocutio. Quocirca ita legito. præcipueque sunt usi: ut ibi facta distinctione & quasi pausa subsequatur.

Nimietas coitus ĩ berenice

Nũdinari

Nũdinat⁹ pudor

Quæ cõueniant conuiuio

¶M. AN. ¶Suspecta: male opinantibus obnoxia. ¶Luxuria: epularum crapula: & nimiæ potatiões. ¶Libido: suspecta fuit repete. ¶Beronices: fuit hæc Aristoboli prius: mox Antipatri uxor: cuius Iosephus sæpe meminit. ¶Nundinari: quæstus cã nundinas celebrare: erant nundinæ dies: quibus mercandi

causa rustici romã cõueniebant: ut sit sensus solitũ Titũ uẽdere atq; emere nõ pauca ex occasione quũ patre cẽsore uulgus ex agris in urbẽ conueniret: ipseq; illius actiones sordidæ negociationi accõmodaret: aut nũdinari nũdinas indicere pactus. s. cũ iis quorum interesset pecuniã: ut ex illorũ cõmodo nũdinæ indicerẽtur: atq; ob id forte p̃miari subiunxit. Cicero nũdinationẽ protulit: quã in oĩbus ait locis nũdinationẽ iuris & fortunarũ fore putatis. ¶ Alium neronẽ: saltãdi cãtãdiq; studio & libidine. ¶ Pro bono cessit: bene uertit. ¶ Summis uirtutibus: reptis. ¶ Quibus: uiris. ¶ Post eũ: titũ. ¶ Principes: q secuti sunt. ¶ Necessariis: utilibus. ¶ Acqeuerunt: ob sapientissima cõsilia multũ tribuerũt ac quodã modo in cunctis obsecuti sunt.

¶ PHI. ¶ Berenicen statim ab urbe dimisit: regia profecto res est seipsum uincere: & ille cũ primis admirabilis: ut inquit Seneca: qui sibi imperat: qui se habet in potestate: cum facilius sit gentes barbaras uincere q̃ animum suum continere. Dixit plato & repetit platonicus apuleius animãti sanitatem adesse & uires & pulchritudinem: cũ rationabilis animæ portio ueluti domiã regina q; dominat' sibi q; subiicit cupiditates: q̃s ancillari ac obedienter obsequi decet rationi imperatrici. Valentinus ip̃ator dicti sui dixit se una tantũ uictoria gloriari: requisitus q̃ respondit q; inimicorũ neq̃ssimũ deuici carnẽ meã. Alexãder magnus existimabat non minus regiũ opus esse seipsum domare q̃ hostes: uñ Plinius alexandrum magnũ nõ minorẽ illo p̃claro facto: qñ appelli dono dedit dilectã cõcubinam fuisse autumat: q̃ uictoria aliqua: quippe tũc se uicit nec thorũ tantum suũ: sed ẽt affectum donauit artifici. Cõsimiliter Titus cum prius ardenter beronicen deperisset: post q̃ factus est imperator domitis affectibus eam remisit in patriam: tanq; alii mores decuissent adhuc priuatũ. alii principi iam facto cõuenirent: hinc ait sextus aurelius: deniq; ut subiit pondus regium berenicen nuptias suas sperantem regredi domũ: & enaruatorum greges abire p̃cepit: quo facto quasi signum protulit mutatæ intẽperãtiæ. ¶ Tam artifices saltatiõis: tã petitos: scientesq; artis saltatoriæ. ¶ Vt mox scenam tenuerint. hoc specimen est haud dubium illos fuisse saltationis & artis ludicræ scios: cum nullus in scena histrioniam exerceat nisi optime calleat saltationẽ & gesticulationem. ¶ In publico omni cœtu: emendatius leges omnino q̃ omni. ut sit sensus: Titus cessauit penitus in publico cœtu spectare saltatores: quos gratissimos habebat: tãq̃ id genus homines in priuato magis q̃ in publico spectari a principe cõueniat. ¶ Supersedit: cessauit omisit. ¶ Vt si quis unq̃: subintellige abstinuit. ¶ Collationes: tributa intelligit: quæ conferri ex more solebant: unde a cõferẽdo collatiões dictæ: laudat traianũ plinius panegyrista: q; collationes remiserit: exigiq; uetuerit. ¶ Nemine munificentia minor: comparandus liberalitate & regia munificentia erat oĩbus anteceſſoribus cum nullo foret iferior. Vnde fit ut ex hac uel sola uirtute sit extollendus celebrandus q; amplissimo p̃conio: cum nulla ferme res: tam fauorabilem tanq; amabilẽ & laude dignum principẽ faciat: q̃ munificentia: quæ imortalitati cõsecrauit alexandrum magnũ: qui aliquãdo interrogatus ubi thesauros haberet: apud amicos respondisse fertur tanq̃ filios; pecuniæ deponant' apud amicos q̃ i loculis recõdant'. Ita tu quoq; inclyte annibal facito: ut thesauri tui sint apud amicos: qui munificẽtia fidissimi: deuotissimiq; cõparant'. ¶ Amphitheatro dedicato. Eusebius chronographus Titus inquit amphitheatrum romæ edificat & idicatiõe eius quinq; milia ferarũ occidit. idem tradit eutropius. Conspicabilis adhuc ẽ iter cætera miranda moles amphitheatri: quod opus nullæ priuatæ opes efficere possent. ¶ Celeriter extructis: propter hanc in extruendo celeritatem uidet' dixisse epigrammatarius poeta. hic ubi miramur uelocia munera thermas. ¶ Munus apparatissimum: spectaculum gladiatorium cum maximo apparatu. ¶ Ibidem. in naumachia. ¶ Omne genus: omnis generis: locutio frequens est & elegans omne genus: & id genus pro omnis generis & huiusce generis. ¶ Cum ex instituto tyberii hunc sensum subobscurum apertioribus uerbis explicat sextus aurelius: cum sic ait dehinc donata concessa ue a prioribus principibus firmare insequentes solerent: simul ut imperium cepit talia possidentibus edicto sponte cauit uel concessit: Instituerat enim Tiberius ut donata concessaue beneficia a superioribus principibus rata non essent: nisi insequentes eadem confirmassent: nouo quodam quasi beneficio iterum concessissent. Titus uero noluit uideri talium ipse beneficiorum exhibitor: nec talia a se peti amplius uoluit: sed edicto promulgato illa omnia confirmauit quæ fuerant iam pridem a suis concessa anteceſſoribus.

¶. M. AN. ¶ Inuitus: Titus. ¶ Inuitã: Beronicẽ. ¶ Tã artifices: adeo docti ac periti. ¶ Scænã tenuerint: publice operãi scæna nauauerit: aut principes sui ordis fuerit. ¶ Publico i, cœtu: frequẽtissimo cõuẽtu: aut certe publico spectaculo. ¶ Vt si q̃s: ñ min' q̃ quis ip̃atorũ alius. ¶ Nemine minor: cui uis priorũ principũ aut par

Vincere se ipsum

Laus alexandri magni

Laus liberalitatis

Dictũ alexandri. Monitio salubris

Omne genus id genus

Beronicẽ statim ab urbe dimisit inuitus inuitã. Quosdam e grauissimis delicatorum: q̃q̃ tam artifices saltationis ut mox scænam tenuerint; non modo fouere prolixius: sed spectare in publico omni cœtu supersedit. Nulli ciuium q̃icquã ademit: abstinuit alieno: ut si quis unquã ac ne cõcessas quidẽ ac solitas collationes recepit. Et tamen nemine ante munificentia maior amphitheatro dedicato thermisq; iuxta celeriter extructis munus edidit apparatissimũ largissimumq; dedit & nauale prœlium in ueteri naumachia: ibidem & gladiatores: atq; uno die quinq; milia omne genus ferarum.

## De liberalitate & ciuilibus gestis eius.

NAtura ãt beniuolẽtissimus: quũ ex instituto Tiberii oẽs dehinc Cæsares beneficia supioribꝰ cõcessa pri-

munificentia: aut certe maior. ¶ Amphiteatro dedicato. Augustus id opus destinauit. Vespasianus extruxit: Titus dedicauit. Amplitudo operis quum magna adhuc ex parte duret notior omo est: q̄ pluribus explicari uerbis oporteat. ¶ Thermis quæ iuxta: am, hiteatrum. i. de his Martia. Hic ubi miramur uelocia munera thermas. ¶ Munus: gladiatorium. ¶ Vno die: quo g adiatores edidit. ¶ Quinque milia ferarū. uenationem ergo uariam: ac pluribus missibus q̄ unquam antea ullam fuisse oportet. ¶ Ex instituto Tiberii: is enim cæsaris dictatoris & Augusti beneficia irrita habere cœpit.

cipibus aliter nō haberēt quā si eadē iisdē & ipsi dedissent, primus præterea omnia uno cōfirmauit edicto: nec a se peti passus est. In cæteris uero desideriis aīm hoium obstinatissime tenuit: ne quem sine spe dimitteret: quin & admonentibus domesticis quasi plura pollicereť quā præstare posset: Non oportere ait quēq̄ a sermōe principis tristem discedere atq; ēt recordatus quōdā sup cenā qđ nihil cuiq̄ toto die p̄stitisset: memorabilē illā meritoq; laudandam uocē edidit. Amici diē perdidi. Populū in primis uniuersum tāta p oēs occasiones comitate tractauit: ut proposito gladiatorio munere nō ad suū sed ad spectantiū arbitriū editurū se p̄fessus sit. Et plane ita fecit nā neq; negauit quicquā petētibus: & ut quæ uellent peterent ultro adhortatus est qn & studiū armaturæ thracū præ se ferens sæpe cum populo & uoce & gestu ut fautor: cauillatus est. Verum maiestate salua næc minus æquitate: ne qd popularitatis prætermitteret nonnunq̄ in thermis admissa plæbe lauit: Quædam sub eo fortuita ac tristia acciderunt: ut conflagratio Veseui mōtis i campania:

¶ PHI. ¶ Non oportere quēq̄. uerbū profecto bracteatū & principe dignum: quo Titus formulā p̄scripsit: quā sequi deberēt principes: ut nullum a colloquio suo tristem mœstumq; abire pmitterent. ¶ Super cænam dum cenaret. ¶ Amici diem p/didi: sextus aurelius quadam ēt die recordās uesperi nihil se cui q̄ p̄stitisse: uenerādo celestiq; dicto: amici ait perdidimus diem. Caueant itaq; principes ne perdant amici diem: sed quotidie nouis beneficiis nouos sibi amicos concilient: quoniam ut inqt scienter salustianus sylla apd iugurtam. nulli unquam hominū satis fuit amicorum: scipio emilianus: cuius uestigia in hoc immitatus uidetur Titus ex præcepto polybii: studebat non prius e foro discedere: q̄ aliquē ex adeuntibus familiarem sibi atq; amicū: quouis pacto effecisset: uox hæc Titi præconio erudito

Amici diē perdidi

Nulli satis amicorum

Mos emiliani

rum celebrata est: adeo ut eiusdē eusebius chronographus meminerit & Eutropius: ex cuius uerbis illud amici erit nocatiui casus: & pluraliter enunciandū: tanq̄ sit sensus. o amici ego perdidi diem nihil beneficii cuiq̄ p̄standō: perinde ac dies omnis perdat: quo nulla utimur beneficentia: uerba eutropii hæc sunt. præterea cum quadam die in cena recordatus fuisset non ulli illa die se qcq̄ p̄stitisse. Dixerit amicis. hodie diem perdidi: alii uero ita legunt: ut amici sit casus patrius ideſt genitiuus: tāq̄ dicere uoluerit Titus se perdidisse diem amici: hoc ē nouæ amiciciæ cōciliandæ. Tu quoq; inclyte Annibal nullum diem pdas quo nō tibi aut ope aut opibus amicū facias: quorū nulli unq̄ fuit satis: qua suppellectile nulla p̄ciosior suppellex parari potest. ¶ Comitate: facilitate benignitate suauitate. ¶ Munere: spectaculo. ¶ Armaturæ thracū pre se ferēs. i. cum aperte ostenderet se fautorem eē illius gladiatoriæ factionis: quæ armatura threcidica armabať: erant enim sicut ante dictum est: quidam gladiatores thraces nuncupati ab armatura thraciæ gētis: sicut myrmilones genere armaturæ gallico ornati digladiabantur. ¶ Cauillatus est: cauillatione & derisione prosecutus ē: plato cauillatricem uocat adulationē legalis partis ciuilitatis. ¶ Verum maiestate salua: decet quidē interdum principē cauillari illudere & salibus uti: ita tamē ut maiestatis iperatoriæ habeat rationē: & seruet decorum: quod i omni uitæ actione seruandum philosophi p̄ceperunt. ¶ Nec minus æquitate: sensus est quāuis Titus fauere uideret & studere his gladiatoribus: q thraces dicunť: tamen æquus erat iudex & ex æquitate palmam dabat uictori. ¶ Admissa plebe: nihil potuit a Tito fieri magis populare magisq; plausibile: quam in thermis suis palam lauare una cum plebeis atq; plebecula: citra omne discrimen dignitaris: ex quo non solum thermas: sed principē quoq; publicare uidebať. ¶ Vt conflagratio ueseui mōtis: huius conflagrationis: quæ in ueseuo campaniæ monte facta est principe tito meminerunt sextus aurelius: orosius & eusebius: ē autem ueseuus siue uesuuius siue uesbius: tot enim modis dicit: mons campaniæ iuxta sarnum fluuium ameniſſimis olim habitatus agris excepto uertice. qui ut ait strabo in quinto cineroſus ē & cauernoſus petris exustis. quas color indicat igni abrosas fuisse: ex quo coniectant eruditi regionem illam prioribus seculis ardere solitam & ignis habere crateras: uidetur papinius in quinto siluarum significare uoluisse hanc uesuuii conflagrationem: quæ titi temporibus facta est: sic enim de patre scribens ait. Iāque & flere pio uesuina incendia cantu mens erat: & gemitum patris impenderet annis.

Vtilis monitio

Suppellex amicorum optima

Thraces gladiatores

Cauillatrix

Cōflagratio ueseui

¶ M. AN. ¶ Eisdē: in quos collata eēnt. ¶ Idem: ipsi q tū iperiū tenerēt. ¶ A se peti: ut ea cōfirmarēť. ¶ Desideriis: oībus quæ desiderarentur. ¶ Laudandā uocē. Scipiōis eā fuisse ait Cicero. ¶ Arbitriū: uolūtatem. ¶ Tracū: gladiaturā exercētiū. ¶ Fautor: ut unus ex fautoribus. ¶ Cauillatus est: tempestiuo cauillio studiū dissimulauit suū. ¶ Thermis: quas celeriter construxerat. ¶ Vesuuii mōtis: Vesuuii conflagratione. Plinius iunior ad Tacitum Cornelium scribens longiore explicat epistola. Martialis quoque eleganti

est epigrammate id incendium secutus. Papinius: Iamq; & flere ꝑ uesuuina incendia cantu. Mens erat quũ pater exemptum terris ad sydera montem sustulit: & late miseras deiecit in urbes. sic quoq; Eusebius Vesuuii incendio proximæ regiones & oppida uastata sunt: é is mons cãpaniæ uel ob eã cladẽ celebratissimus.

Incendiũ ¶PHI. ¶Incendium Romæ: de hoc sextus aurelius incendium Romæ sine nocturna reqe per triduum fuit. hoc incendio plurias ædes publicas fuisse cõcrematas memorat orosi⁹. ¶Pestilentia tanta: de hac Eusebius sic: lues ingens Romæ facta. Ita ut ꝑ multos dies i ephemeridẽ decẽ milia ferme mortuorũ hominum referrentur. ¶Nũc opitulando: auxiliando opemq; ferendo: antiqui iouẽ cognomento opitulum uouerunt ab eo: q; opem indigẽtibus ferat: auctor augustinus i. vii. de ciuitate dei. ¶Quatenus suppeteret facultas: in quantum pro facultatib⁹ succurrere posset. ¶Restituendæ campaniæ: illo uesuino incẽdio regiões uicinas & urbes cũ hominibus exustas esse testes sunt Eusebius & orosius. unde a papinio dictum est i epicedio patris: exeũ semirutos subito de puluere uultus parthenope. Cineremq; afflato monte sepultã pone super tumulos: & magni funus alumni. ¶Afflictarum ciuitatum: modo diximus incendia uesuina urbes cum hominibus afflixisse deleuisseq;. ¶Vrbis incendio: explicauit remedia a Tito adhibita ad leuãdam cladẽ cõflagrationis uesuinæ nunc exeqtur remedia: quibus romanis opitulatus ẽ afflictis illo incendio: quod triduum ternoctiumq; uexauerat Romam. ¶Prætoriorum: uillarum elegantiorum uillaticarũ q; substructionum excultarum. de prætoris non pauca in superioribus. ¶Operibus ac tẽplis destinauit. titus ut ageret optimum principem: sustulit ornamẽta ex uillis suis atq; prætoris: & ea trãstulit ad ornatum templorum & operum publicorum: quæ Romæ conflagrauerãt: quæ autem sint ornamẽta ꝓtoriorum indicat plinius scribẽs in. xxxvi. reliquias apparatus theatralis a Mar. scauro transportatas fuisse in tusculanã uillam ornatus causa: inter quæ ornamenta tabulas pictas: signa ærea: & uestem aulicam numerat. ¶Quoq; queq; maturius: ut singula queq; cicius absoluerentur. ¶Medendæ ualitudini: hoc ad pestilentiam referendum est: cui cunctis remediorum generibus. subuenit: nunc egrotantes per semet ipsum reficiens nũc consolans suorum mortibus afflictos. ¶Nullam non opem: omne genus remediorum. ¶Sacrificiorum: hoc ad diuinam opem refertur: sicut remediorum ad humanam. ¶Mandatores: hic mandatores significãtur occulti delatorum impulsores subornatores ue: qui non ipsi accusant: sed aliis mandant accusationes: quod genus hominum cum pernitiosissimum sit: in bene instituta ciuitate nequaq̃ est retinendum: talem fuisse emilianum indicat apuleius in apologia: qui per tã nonium pudentem accusabat ipsum apuleiũ: & ita alius erat ex professo auctor accusationis: alius mandator & machinator ex occulto. ¶Ex licentia ueteri: impunitas peccandi parit multitudinem peccantium: cum ex licentia mortales fiant in dies deteriores. ¶Hos. tam delatores q̃ mandatores. ¶Flagellis ac fustibus: flagellatione & fustuario supplicio. ¶Traductos: ueluti per ignominiam: hoc enim significat traducere quod græci dicunt. παραχιγμάφεισφαι unde in euangelio scriptum est: & nolens eam traducere uoluit occulte eam admittere: ubi exposuit interpres non insulse: propalare & infamare. papinius in summa nempe ego sum qui traducor: & a Martiale dictum rideris multoque magis traduceris afer. Seneca quoque in hoc significatu sic inquit in septimo decimo epistolarum: uolo luxuriam obiurgari libidinem traduci. ¶Per amphiteatri arenam: ob hoc dixisse uidetur epigrammaticus poeta: nec cepit arena nocentes & delator habet quod dabat exilium. ¶Ac uenire: uendi tanquam seruitia mancipiaq; uenalia. ¶In asperimas insulas asportari: est inter genera penarum sicut ante dictum est: in insulam deportatio: quæ ab amiano insularis pena dicitur: plinius in panegyrico laudat traianum: q; idem factitauerit: q; delatores punierit: quorum turba insulas compleuit: quorum supina ora retortasque ceruices spectauere romani: cum uelut piaculares uictime ad supplicia ducerẽtur. ¶Similia: delationes & mandationes similes.

Lues

Opitulus iuppiter

Prætoria

Mandatores

Traducẽ

& incendiũ Romæ ꝑ triduum totidẽq; noctes. Itẽ pestilẽtia quanta non temere alias: in his tot aduersis ac talibus ñ modo principis sollicitudinem: sed parentis affectum unicum præstitit nunc consolando per edicta: nunc opitulãdo quatenus suppeteret facultas. Curatores restituẽdæ campaniæ e consularium numero sorte duxit: bona oppressorum i ueseuo: quorum hæredes non extabant restitutioni afflictarũ ciuitatum attribuit: Vrbis incendio nihil nisi sibi periisse testatus est publice: cuncta prætoriorum suorum ornamenta operibus ac templis destinauit: præposuit complures ex equestri ordine: quo quæque maturius peragerentur. Medendæ ualitudini leniendisq; moribus nullam diuinam humanamque opem non adhibuit: inquisito omnium sacrificiorum remediumq; genere: Inter aduersa temporũ & delatores mandatoresq; erant ex licentia ueteri: hos assidue in foro flagellis ac fustibus cæsos: ac nouissime traductos per amphitheatri arenam partim subiici in seruos ac uenire ꝑrauit: partim in asperrima insularum aduehi: utque etiã simila quandoq; ausuros ꝑpetuo coerceret. Vetuit iter cætera

¶M. AN. ¶Suppeteret: abũde sufficeret. ¶Restituẽdæ cãpãiæ: uesuitia clade affectæ. Papini⁹. Procę tibi

nobile uulg⁹ Crescit & isani solat dãna ueseui. ¶Afflictat⁹.eo icẽdio. ¶Vrbis icẽdio.ei⁹ cladis urbanæ. Idẽ Eusebius ẽ auctor. ¶Ornamẽta:colũnas:statuas:tabulas:& alia huiusmodi ad domorũ ornatũ attinentia. ¶Pretoriorũ campest.iũ ædificioꝝ. ¶Suarũ opibus & tẽplis:q̃ i urbe cõflagrarãt. ¶Nullã ñ.omnẽ. ¶Per amphitheatri arenã. Martia. Turba grauis paci placidæq; inimica qeti. Quæ semp miseras solicitabat opes Tradita getulis:nec cepit arena nocẽtes:Et delator habet qđ dabat exiliũ. ¶Similia: delatiões & calũnias.

de eadem re pluribus legibus agi:quæriue de cuiusq; defunctorum statu ultra certos annos.

De clæmẽtia & mãsuetuetudine eius.

PONtificatũ maximũ ideo se professus accipere:ut puras seruaret manus:fidẽ p̃stitit: nec auctor post hac cui⁹q; necis nec cõscius:q̃is iterdũ ulsciscẽdi causa nõ deesset:sed perituꝝ se potius quã puniturũ adiurãs: duos patricii generis conuictos in affectatione iperii nihil amplius quã ut desisterẽt monuit:dicens principatum fato dari:si quod præterea desiderarẽt promittens se tributurũ:& confestim quidem ad alterius matrem:quæ procul aberat cursores suos misit:qui anxie filiũ saluum nunciarent. Cæterũ ipsos nõ solũ familiari cœnæ adhibuit:sed & in sequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria collatis oblata sibi ornamenta pugnãtiũ inspicienda porrexit. Dicitur etiam cognita utriusq; genitura imminere ambobus piculũ affirmasse:uenturum quoq; & ab alio sicut euenit. Fratrẽ insidiari sibi nõ desinentẽ,sed pene ex professo solicitãtẽ exercitus meditãtẽ fugã:nec occidere neq; seponere:ac ne i minore qdẽ honore hre sustinuit sed ut a prio ipii die cõsortẽ

PHI. ¶De eadẽ re pluribus legibus agi:multa sunt inuenta legũ diuerticula & uafriciæ:ut si actionẽ intendero aduersario secundũ formulã legis aqliæ & ille absoluatur:tũc alterius legis actionem mihi cõpetere dicam ut ita infelix reus diu uexet ad hæc uaframẽta calũniasq; tollendas noluit titus ut de eadem re actio fieret plurib⁹ legibus: sed una tantum lege cõpeteret:apd iurisc̃onsultos hoc frequenter inueniesq; in re una actiões plures dãtur ex uariis legibus hoc fieri uetuit titus:q etiam prohibuit inquiri de statu alicuius defuncti ultra certos annos: quos ipse prescripsit:cũ sæpe exoriantur calũniæ:ex questiõe:quo nã statu fuisset ille q defunctus est. nã status mutata conditio pletũq; imutat hereditatẽ. ¶Puras manus:puras a sanguie.s. romanorũ & cede:talis enim põtifex esse debet:eutropius:tantæ ciuilitatis i iperio fuit ut nullũ oino puniret. Mar. antoninus petiit ne quis senator tẽpore principatus sui occideretur:ne eius pollueretur imperiũ. ¶Posthac:post acceptum pontificatum. ¶Cõuictos in affectatione imperii:hanc historiã sextus aurelius explicat his uerbis.clementiam uero usq; eo perduxit:ut amplissimi ordinis duo cum aduersum eũ coniurassent:neq; abnuere cogitatum scelus quirẽt: monuerit primo:post deductos in spectaculum circa se utrinq; assidere iusserit:petitoq; ex industria myrmillonũ: quorũ pugnæ uisebant:gladio quasi ad explorandam aciẽ uni atq; alteri cõmiserit:quibus perculsis & constãtiam mirãtibus diceret:uidetis ne potestates fato dari:frustraq; tentari facinus potiundi spe uel amittẽdi metu. ¶Desisterent:cessarẽt ab affectatione imperii. ¶Dicẽs principatũ fato dari.neuius poeta dixit metellos fato Romæ consules fieri:& homerus a ioue reges esse cecinit:unde cũ principatus detur diuinitus: non minus uere quam scite dictum est a Mar.Antonino:successorem suum nullus occidit. Constantinus dicere solebat imperatorem esse fortunæ est. Attende queso quid scribat Iulius Firmicus de fato imperatoris:sic enim inquit in secundo matheseos:imperator stellarum non subiacet curibus:& solus est:in cuius fato stellæ decernendi non habent potestatem:cum enim fuerit totius orbis Dominus. Fatum eius dei summi iudicio gubernatur. ¶Alterius:unus de duobus quos conuicerat aduersus se ipsum coniurasse. ¶Anxiæ.sollicitæ matri de euentu filii in coniuratione conuicti. ¶Ex industria:ex composito. ¶Ornamenta: expone gladios Myrmilonicos: sicut sexti aurelii uerba dudum relata testantur. ¶Inspicienda:ut inquit aurelius quasi ad explorandam aciem uni atq; alteri commiſit. ¶Genitura: natiuitate. ¶Ab alio: quidam codices habent ab altero:tanquam dixerit Titus ambobus illis patriciis de coniuratione conuictis periculum euenturum: quod alter alteri moliretur:uel ab alio dixit:quod elegantius est: ut significaret se nullo tempore insidiaturum uitæ illorum:sed alium quendam utrunque perditurum: sicut euenit. ¶Fratrem insidiari:sextus aurelius. Fratrem quoque Domitianum parantem insidias militumque animos sollicitantem flens sæpius obtestatus est: ne parricidio assequi cuperet quod & se uolente esset obuenturũ ei:& iam haberet cum esset particeps potestatis. ¶Pene:quasi. ¶Ex professo:ex aperto citra dissimulationem. ¶Neque seponere:sequestrare ablegare amandare:sicut augustus olim agrippam seposuit surrentum ob uecors ingenium. ¶Censortem:participem imperatoriæ potestatis.

¶.M.AN. ¶Pluribus legibus:ne miseris ciuibus fraus necti posset falsa legum interpretatione. ¶Quæriuetuit scilicet. ¶Vltra certos annos:post certũ tẽporis spaciũ:qđ ipse suo arbitrio statuisset. ¶Puras: abõi cæde. Ouidius:ñ bene celestes ipia dextra colit. ¶In affectatõe:studio cupiditate occupãdi ipii. ¶Suos: proprios Titi dico. ¶Anxie:sollicite Instar gladiatorũ: quæ i illorum manibus iure poterant sibi esse su-

Diuerticula legum

Potestates fato dari.

Imperatorem eẽ fortunæ est De fato imperatoris

Seponere

ſpecta. ¶Vtriuſq; coniuratorum. ¶Affirmaſſe: Titũ. ¶Venturum: piculũ. ¶Ab alio: q eos oĩo perderet. ¶Fratrẽ: Domitianũ. ¶Ex ꝓfeſſo: aperte: nulla diſſimulatione. ¶Meditantẽ: fugã ex urbe effugere parã tem: ut ad exercitus: aut alio ad res nouas ꝓficiſceretur. ¶Seponere: perpetuo relegare.

¶PHI. ¶Mutuo animo: fraterno: & in amore mutuiter reſpondẽte. ¶Morte præuentus eſt: obſeruaui diligẽter apd̃ philoſtratũ de morte Titi aliter tradi: q̃ memoret tranquillus & reliqui prodiderint: is eni ſcribit i vi. de uita apollonii Titum ab apollonio admonitũ: ut ab his ſibi caueret: qui eẽnt propinqſſimi necatũq; eſſe eum memorat a domicião ueneno leporis marini propinato: quo neronẽ quoq; tradunt multos in conuiuiis ſuſtuliſſe. eſt enim lepꝰ marinus uenenũ aliis ĩ potu aut in cibo datus. aliis etiã uiſus: ſi qui dẽ grauidæ ſi aſpexerint leporem marinum nauſeant ac deinde abortum faciũt. ¶Quã ſuo: mors boni principis publica iactura eſt. ¶Vberti: abũdater & large. ¶Sacrificanti hoſtia aufugerat: dirum omen hoc ueteres eẽ arbitrabantur: quotiẽs hoſtia traheret ſe ab aris & aufugeret: hinc a lucano inter ꝓdigia pharſalicæ cladis hoc quoq; poſitum admotus ſuperis diſcuſſa fugit ab ara taurus: liuius quoq; ait factum eẽ omen cladis futuræ flaminio conſuli: cui ĩmolanti uitulus ictus e manibꝰ ſacrificãtiũ ſeſe proripuit: multoſq; circũſtãtes cruore reſperſit. ¶Tẽpeſtate ſerena: hoc alii ꝓleto feliciq; auſpicio obſeruauerunt: ſicut indicat illud enniani: cũ tonuit leuum bene tẽpeſtata ſerena: uñ ut ait Cicero quædã nobis uidentur aduerſa: quæ græcis & barbaris bona exiſtimãtur: cum alii aliter obſeruent ſigna: ſereno ãt celo aliquãdo tonare refert ſeneca in primo queſtionũ: quia inquit infirmus ſpiritus: q̃ flãma nõ ualuit in ſono ualuit. Serena ãt ſcite addidit: quia tẽpeſtas eſt μέσον hoc eſt medium uocabulũ: itidem Virgilius: unde hæc tam clara repente tempeſtas? Plinius uero in. xviii. debemus ĩqt meminiſſe duo eſſe genera celeſtis iniuriæ: unum quod tẽpeſtates uocamus: in quibus grãdines procellæ cæteraq; ſimilia intelliguntur: quæ cum acciderint uis maior appelletur. hæc ab horridis ſideribꝰ exeũt ueluti arcturo orione & hedis. ¶Primam ad manſionem. plinius nauigationẽ ex ægypto diuidit per diſpoſitas manſiones: in quibus manſitare poſſint commode uiatores. ¶Cum inde lectica: ex prima manſione. ¶Suſpexiſſe: ſuſtulſſe celum aſpectaſſe. ¶Dimotis palulis: ſublatis ueſtimẽtis quibus lectica erat operta: nãq; a pala ὑποκοριστικῶς ideſt diminutiue fit palula: qd̃ ſi legas plagulis. ſenſus erit apertior. tanq̃ plagulas: ideſt linteola & ſtragulam ueſtem lecticariam dimouerit Titus: ut celum ſuſpicere poſſet: iuriſconſulti inter ueſtimẽta muliebria numerant plagulas. ¶Penitendum: reprehenſibile: cuius penitudine afficeretur. Gloriatur apuleius nullum ſuum factum uel dictũ extare: de quo diſſerere publice non poſſit. M. portius Cato trium rerum penitentiam agere ſe dicebat: primum ſi mulieri quicq̃ arcanum aliquando credidiſſet. Secundũ ſi aliquo naui trãſmiſiſſet: quo itinere terreſtri ſibi proficiſci licuiſſet. Tertium: ſi qua dies ſibi per incuriam inanis effluxiſſet: rex regum ſapor in epiſtola ad Conſtantium imperatorem gloriabundus ſic ſcribit. ab adoleſcentia prima nihil unquam penitendum admiſi. ¶Prodidit: demonſtrauit: oſtendit. ¶Succurrit: in mentem uenit. ¶Cum fratris uxore: Cum Domiciani uxore nomine Domicia. ¶Conſuetudinem. ad ſtuprum adulteriumque refertur. ¶Perſancte: religioſe aſſeuerateque aduerbium eſt. ¶Si qua cõſuetudo: ſcilicet adulterii. ¶Illi: domiciæ. ¶In omnibus probris: ſtupris & flagitiis. nam ut inquit eleganter ſatyricus poeta: famam contempſerat olim: Cuius apud moiles minima eſt iactura cathedras. ¶Excẽſſit. periit. ¶Altero & quadrageſſimo: ideſt quadrageſſimo ſecundo. ¶Non ſecus atque: ideſt non aliter quam in domeſtico luctu. ¶Merentibus publice cunctis: ſextus aurelius: uixit annis quadraginta duobus: & in eodem quo pater apud ſabinos agro febre interiit: huius mors credi uix poteſt: quantum luctus urbi prouinciiſque intulerit: adeo ut eum delicias publicas appellantes: quaſi perpetuo cuſtode orbatum terrarum orbem deflerent.

¶M. AN. ¶In fine quorum: ſpectaculorum. ¶Vbertim: abunde multis lachrymis. ¶Sacrificanti: ſi/

ſucceſſorẽq; teſtari perſeuerauit. nõnunquã ſecreto lachrymis & præcibus orãs ut tandẽ mutuo ergaſe aĩo uellet eſſe.

De morte eius & geſtis tunc per eum.

INter hæc morte preuentus ẽ maiore hoĩum damno quã ſuo ſpectaculis abſolutis in quorũ fine populo coram uberti fleuerat. ſabinos petit aliquanto triſtior quod ſacrificãti hoſtia aufugerat: quodq; tẽpeſtate ſerenato nuerat. Deĩde primã ſtatim ad mãſionẽ febrim nactus quũ inde lectica tranſferretur. ſuſpexiſſe dicit̃ dimotis plagulis cælũ multũq; conqueſtus eripi. ſibi uitã imerẽti: neq; enim extare ullũ ſuũ factũ pœnitendum excepto duntaxat uno: id quale fuerit neq; Ipſe tũc prodidit: neq; cuiq̃ facile ſuccurrit. Quidã opinãt̃ conſuetudinem recordatũ quã cum fratris uxore habuerit: ſed nullã habuiſſe perſancte Domitia iurabat: haud negatura ſiqua oĩno fuiſſet: ĩmo ẽt gloriatura: qd̃ illi prõptiſſimũ erat in omnibus probris.

Dirũ ſi hoſtia aufugit

De loco & tpe mortis eius & laudibus ſenatus.

EXceſſit in eadẽ q̃ pater uilla idibus ſeptẽbris poſt bienniũ & mẽſes duos dieſq; .xx. q̃ ſucceſſerat altero & quadrageſſimo ætatis anno. Quod ut palã factũ ẽ nõ ſecus atq; in domeſtico luctu mœrentibus publice cunctis.

Tonitru ſerena tẽpeſtate

Tempeſtates

Mãſiones

Plagulæ

Triũ rerũ penitentia in catone

Mors Titi

bi. ¶Serena tempestate: sereno cœlo. ¶Ad primam mansionẽ: ubi prio pnoctauit. ¶Dimotis palulis. sic omnes quos uidi habẽt codices: sed plagulis melius ueriusq; legetur: plagalinteum thorale: seu lectica/ rium dicebatur: unde plagula est. ¶Pœnitẽdum: cuius se merito pœniteret. ¶Prodidit: palã fecit. ¶Vxo te: Dõitia lõgia. ¶Illi: Dõitiæ. ¶Probris: flagitiis. ¶Altero & q̃dragesimo: duos & q̃dragita natos annos.

Senatus priusq̃ edicto cõuocaret: ad curiã cõcurrit: obsera tisq; adhuc foribus: deinde aptis tantas mortuo grãs egit lau desq; quãtas congessit nec uiuo quidẽ unq̃ atq; præsenti.

¶PHI. ¶Senatus ad curiã con currit: de nocte. s. cũ circa uespe/ ram nunciatus fuisset obitus ti ti. ¶Obseratis adhuc foribus: clausa curiæ ianua. ¶Quãtas cõ gessit: idem eutropius hisdẽ uer

bis memorat: sic enim ait: tantus luctus eo mortuo publicus fuit: ut omnes tanq̃ in propria doluerint orbi tate: senatus obitu ipsius circa uesperam nunciato nocte irrupit in curiam: & tantas ei laudes gratiasq; con/ gessit. quantas nec uiuo unquam egerat nec præsenti: & inter diuos relatus est. Quo circa ita uiuendũ est i clyte Annibal: ut nihil penitendum admittamus: ut in uita amemur: post obitum desideremur laudemur que: sicut Titus desideratus ob bonitatem laudatusque est.

¶M.NA. ¶Obseratis: clausis. ¶Egit: agens censuit: aut certe dicendo id defuncto præstitit.

## C. SVETONII TRANQVILLI LIBER. XII. DIVVS DOMITIANVS IMPERATOR.

### De natiuitate Domitiani & gestis eius in adolescentia.

d Omitianus natus est, ix. calẽ. nouẽbris pre. cõ/ sule designato: initurogz mẽse insequẽti hono rẽ: regione urbis sexta ad malũ punicũ domo quã postea in templũ gẽtis flauiæ cõuertit. Pu

ICVT Primus Cæsarum inter optimos ob uir tutem enume/ rari meruit: ita hic nouissimus inter pessimos ob nequitiam re ferri debet: q caligulæ & neroni q̃ patri fratriq; similior egit ma. ium principem: qui paulati per omnes scelerum gradus creuit: secũduscz a nerone persecutio/

nem in christianos secũdam agi imperauit: tãta efferatus superbia. ut dominum ac deũ sese uocari scribi co/ li iusserit: sed hominis exitus euidenter ostẽdit deũ curare mortalia: qui meritas penas irrogauit cruentissi mæ bestiæ: ut sicut crudeliter uixerat ita & crudeliter moreretur. sed iã interp̃tationem aggrediamur: ut tã/ dem ad calcẽ: quod dicit: nostra decurrat oratio. ¶Honorẽ: cõsulatũ. ¶Mẽse isequẽti: nouẽbri mẽse. ¶Re/ gione urbis sexta: romam in regiones. xiiii. fuisse diuisam supra memorauimus. ¶Ad malum punicũ: no/ mẽ ẽ uici: qui erat in sexta regione urbis romæ: uideturq; ita appellatus ab arbore: q̃ illic spetiosa sucreuerat quã malũ punicã uocamus: aliq granatũ appellant: est quodã mali punici genus apyrinõ dictũ: cui lignosus nucleus abest: blandiores sunt acini minusq; amari: cuius plinius martialis & seneca meminerunt græci po ia ν uocant malũ punicũ: unde Rhoiton uinum ex malis punicis factũ punici mali nouẽ genera celebrant. ex his dulcia: quæ apryna appellari docuimus: stomacho inutilia habẽtur: quæ uinosa dicũtur utiliora pau lo intelliguntur: cortex mali punici acerbius in magno usu est: uulgus coria maxie perficere illo nouit: ob id malicorium appellant medici: expetitur in grauidarum malacia: ita enim nominatur mollicies illa lan/ guentis stomachi: cui grauidæ sunt obnoxiæ. Flos mali punici balaustium uocatur: quorum farina dysen/ tericos a morte reuocari inuentum est. Sed ut ad Suetonium regrediamur ita uicus hic nomen uideri põt accepisse a malo punico: sicut alter a pyro dictus est ad pyrum: de quo est illud Martialis endecasyllabon: lõ gum est si uelit ad pyrum uenire. ¶In templum gentis flauiæ: infra dicetur quemadmodum domicianus construxit templum in honorem familiæ suæ: quæ flauia dicebatur: de quo intellexit papinius: cum ait in quarto siluarum: qui genti patriæ futura semper sancit limina flauiumque caluum.

Apyrinon Rhoitõ

Malicoriũ Malacia Balaustiũ

MARCI Antonii Sabellici ad Augustinum Barbadicum sereniss. Venetiarum principem paraphraseos i Domitianum paraenesis duodecima.

Atre consule. Vix Vespasiani duo: qui stabilitum per manus imperium Domitiano tradi/ derunt tam populares Augustine dux iucundissime fuerunt: q̃ ipse qui longissime ab op/

p timo suorum instituto recessit publice & priuatim inuisus: potuisset profecto i optimi pri cipis mores domestico exemplo natura illa formari: nisi parua & indocilis fuisset: ac certe talis ut bonos mores alere non posset. Sed tulit ille crudelitatis suæ præmia: & si sero: tulit tamen diis quidem & hominibus infestus. Fœlicior igitur ducaria ista reip. succession qua

nunquam defuerunt: qui non uirtutis emulatione accensi & clementia: & pietate suos decessores aut supe rare contenderint: aut quod minimum fuit æquare: Sed quum longa serie multi sint eiusmodi exem pla secuti. Tu sane egregiam in tam illustri emulatione laudem es ad hunc diem consecutus adeoq; præclara uirtutis exercitatione profecisti: ut qui te uno optimi cuiusque laudes melius effinxerit un quam ad hunc diem extiterit nemo. Nunc quia patre consule natum Tranquillus ait: de primo Vespasiani consulatu intelligi oportet: quem Claudio pricipe duobus nouissimis anni mẽsibus gessit. ¶Sexta regio ne fuit: ut plinius scribit roma. in. xiiii. diuisa regiones: i uicos mille & amplius. ¶Ad malũ punicũ: uicũ itel

lige:siue insulam a mali punici arbore:quæ illic forte fuit appellatam sic & ad annularias scalas:& ad capita bubula superius dixit. Mar. At mea dyspanas spectant cœnacula laurus.

¶PHI. ¶Nullum uas argenteum:hoc pertinet ad inopiã declarandum:cum in usu & supellectile uel priuatorum uasa habeantur argentea:escarium argentum dicitur:quod ad epulãdum est accommodum: sicut potorium: qd potus cã habet: querit pomponius iurisconsultus nunquid in argẽto potorio contineatur:id etiam quod ad ꝓparationem bibẽdi comparatũ ẽ:ueluti colũnariũ & urceoli & putat contineri:sicut in escario argẽto putat cõtineri aqminariũ:quoniam propter escã paratur:est enĩ aqminariũ:quo manus lauantur:luxuria gliscẽte coquinatoria quoq; uasa ex argẽto factitata sunt:ex quo exiit illud pliniauum:uasa coquiaria ex argento,caluus orator fieri queritur. ¶Quod inscribitur luscio:hoc refertur ad infamiã significãdã magis ãt uidetur legendũ esse luscio q̃ luscio:ut.s.inscriptio libri Neroniani sit luscio dicta propter lusus & scomata:quibus explicabatur argumentũ rei & materia libri. Nam lusionẽ ludum ueteres dixere. Cicero i tusculanũ proficiscẽs ducensq; Ciceronẽ meum in ludum discendi non lusionis. & a papinio pilaris lusio dicta est pro ludo pilæ. quod si egas luscio:uideri poterit nuncupatus liber a nomine proprio:ut dialogi platonis a sermocinantibus nominãtur. ¶Nonnunquam protulisse:quandoq; publicasse ostẽtasse. ¶Pollicentis. domitiani. ¶Noctem:concubitũ nocturnũ. ¶A nerua successore:nõ uidetur libido tam obscena cadere i mores neruæ:qui successit i imperio domitiano:quem apollonius thyaneus regnaturum affirmauerat:quem uirũ probum honestumq; uidisse se dixit:eumq; omni laude dignum iudicauit:quẽ ridentem nũq̃ uiderit neq; ludentem. ¶Bello uitelliano:quo uitellius uitellianiq; contra flauiũ Vespasianum flauianosq; depugnauerunt. ¶Irrumpentibus aduersariis. Cornelius tacitus:irrumpunt uitelliani & cũcta sanguine ferro flãmisq; miscẽt. ¶Tẽplo:capitolio:de cuius incendio ante dictũ ẽ. ¶Apud edituũ: Cornelius tacitus sic scribit. Domitianus prima irruptione apud edituum occultatus solertia liberti lineo amictu turbæ sacricolarũ ĩmixtus ignarusq; apud corneliũ primũ maternum clientem:iuxta uelabrum delituit:ac postiente rerũ patre disiecto editui contubernio modicũ sacellum ioui conseruatori:arã posuit casus i marmore expressam:mox iperium adeptus ioui custodi tẽplum ingens:seq; in sinu dei sacrauit:edituus autem significatur ille:q preest tuendis edibus:ueteres editimum appellauerunt. Lucretius. pro edituis edituẽtes appellat:scribit Iulius firmicus edituos nasci aut ierodulos hoc ẽ templorũ ministros:q in.xxvi parte geminorum habuerint horoscopum. ¶Isiaci:isiacos uocamus sacricolas sacerdotesq; deæ isidis:plinius refert i xxvii.cp absinthii marini ramum isiaci preferre solemne habent. Lampridius in commodi cæsaris uita sic i quit:isiacos pineis uisq; ad perniciem pectus tundere cogebat. cum anubin portaret. Refert Valerius libro septimo Dictorum factorumq; Memorabilium. M. Volusium proscriptum assumpto isiaci habitu per itineris stipem petentem:fefellisse:eaq; fallacia incolumen in. M. bruti castra peruenisse. ¶Habitu:uestimẽto linei:hic enim habitus est isiacorum & sacerdotum: quod alibi latissime explicauimus:ex quo linigeri nũcupati. Apuleius scribens pompam isiacorum sacerdotum ait eos fuisse linteæ uestis candore puro lumi nonos. idem alibi memorat linum utpote mundissimum usurpari a mundissimis egyptiorum sacerdotib⁹ non modo indutui & amictui:sed opertui quoq; in rebus sacris. ¶Vanæ superstitionis:deæ isidis:quã sulium:aitq; fuisse maternum clientem. ¶Scrutantibus:inquirentibus uitellianis. ¶Cæsar cõsalutatus: cornelius tacitus. Domitianum postq̃ nihil hostile metuebatur ad duces partium progressum & Cæsarem cõsalutatum miles frequens:utq; etat in armis in paternos penates deduxit.

¶M.AN. ¶Chirographum:Domitiani adolescentis. ¶Noctem pollicentis:obscænũ & nefarium noctis obsequium. ¶Corruptum.præcio cõstupratũ. ¶Aduersariis:uitelianis. ¶Aedituũ.edis custodem. ¶Isiaci:lampridius isiacorũ inquit capita grauiter obtundebant ora simulachri:& rursus sacra coluit isidis: ut & caput raderet: & anubien portaret:utebantur ad hæc lineis uestibus. Ouidius: Nec fuge linigeræ memmen gentibus isim. Et tectũ lino spargam per uulgus osirim. Plinius. de lino uestes inde sacerdotib⁹ ægypti gratissime:ergo lineo hitu capiteq; deraso e capitolio clãdestie Domitianũ missum ite llige. ¶Vanæ assimulatæ:aut ꝓpriũ supstitiõis exꝑssit epithetũ. Ver. uana supstitio. ¶Cõdiscipuli:secũ sub eodem ꝑceptore.

Escarium argentum

potorium

Colũnariũ uas

Aqminarium

Lusio

Nerua nũ quã ridens

Immixtus sacricolis euasit

Ioui cõseruatori

Edituus

Editimus

Ierodulí.

Isiaci qui

Linigeri isiaci

Instituti. ¶Cæsar:ĩperatoris filius successor seu imperii patirceps.

urbanæ cũ consulari ptãte susceꝑit titulo tenus, quã iurisdictionẽ ad collegã proximum transtulit. Cæterum oẽm uim dominationis tã licenter exercuit: ut iã tum qualis futurus esset ostenderet. Nec exequar singula cõtrectatis multorũ uxoribus Domitiã longinam Elio Lamiæ nuptã etiã in matrimonium abduxit: atq; uno die sup. xx. urbana officia atq; peregrina distribuit. Mirari se Vespasiano dictãte: quod successorem non & sibi mitteret.

Itẽ de gestis per eũ ante principatũ.

EXpeditionẽ quoq; ĩ galliã germaniasq; neq; necessariã & dissuadentibus paternis amicis incohauit: tãtũ ut fratri se & opibus & dignatiõe adæquaret. Ob hæc correctus quo magis ætatis & cõditõis admoneret habitabat cũ patre una: sellãq; eius ac fratris quotiens ꝑdirent lectica sequebat: ac triũphum utriusq; iudaicũ eqno albo comitatus est: i sex cõsulatibus nõ nisi unum ordinarium gessit: eũq; cedente & suffragãte fratre. Simulauit & ipse inire modestiã. In primisq; poeticæ studium tam insuetum antea sibi quã postea spretũ & abiectũ: recitauitq; ẽt publice. Nec tamẽ eo secius quũ Vologesus parthorũ rex auxilia aduersus alanos: ducẽq; alterũ ex Vespasiani liberis depoposcisset: omni ope contendit: ut ipse potissimũ mitteretur: & qa

¶.PHI. ¶Vrbanæ. duos pretores fuisse: alterum cui iurisdictio urbana: alterum cui peregrina demandabat: suo loco rettulimus. ¶Titulo tenus. ut pretor dicere tur: cũ tamẽ iurisdictionẽ pretoriam transtulisset ad alterum ꝑtorẽ. ¶Contrectatis uxoribus: tacitus in hanc sententiam ait. stupris & adulteriis filium principis agebat Domitiãus. ¶Elio lamie familiam lamiarũ uetustam fuisse & nobilem notum est uel ex illo carmine oratiano eli uetusto nobilis ab lamo. de lamiis mox plura. ¶Super uiginti. idest ultra uiginti. ¶Vrbana. quæ in urbe exercebantur. ¶Quod successorem sibi non mitteret. hoc dicto pater taxauit filium' tanquã immodicum & parum in principatu temperatum: qui officia ex arbitrio suo distribuebat & successores mittebat rectoribus ꝑ prouinciarum. ¶Expeditionem in germanias. de hac Domiciani adhuc pueri expeditiõe germanica sentire uidetur silius: cum ait ĩ tertio punicorum. At puer auricomo perfomidate batauo. germanias ideo pluraliter protulit:

qa & superior & iferior germania ẽ. ¶Fratri. tito. ¶Etatis. q̃ adhuc erat pene puerilis neq; tãtæ expeditioni par. ¶Conditionis. cũ adhuc priuatus foret: cũ frater titus una cũ ꝑe imperii habenas moderaret. ¶Sellam sequebatur. Curulem sellam significat qua in curru uespasiani pater & filius uectabantur. ¶Equo albo comitatus. iosephus. libro. vii. belli iudaici sic inqt. post' quæ uespasianus prior ibat & titus deinde sequebatur: domicianus adequitabat. ipse quoq; ornatus pulcherime dignũq; spectari exhibens equũ: scribit. Mar. tullius in oratione pro murena solitos filios triumphantiũ maxime ꝑtextatos sedere in equis ipsius triũphatoris ut nõ absurde equus funalis ille: de quo in tyberio satis multa: posset referri ad hũc sensum: tanq̃ marcellus & tyberius pinde ac ꝑtextati filii sederint in equis: alter in dextro alter in sinistro triumphantis augusti. ¶Ordinarium ad differentiam eorum consulatuũ: qui suffecti dicuntur: de quibus supra. ¶Inire modestiã. quidã codices habent mire: ut sit aduerbium quod mirifice significat. ¶Poetice studium. hic scriptores illius temporis per assentationem laudauerunt domicianum: tanq̃ in poetica præcellentem: sicut quintilianus in. x. de domitiano loquens scribit hæc Hos nominamus quia: germanicum augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum: parumq; his uisum est esse eum maximũ poetarum Et mox paulo: nos tamen sacra litterarũ colentes feras cesar: si nõ hoc tacitũ præterimus: & uirgiliano certe uersu testamur: inter uictrices hederam tibi serpere lauros. Idem in .iiii. de domiciano loquens ait: ne fefelliſſe in his uidear principẽ ut in omnibus. Item in eloquentia quoq; eminentissimum Silius quoq; in. iii. punicorum sic domicianum ex studio poetice celebrat: huic sua musæ sacra ferent. meliorq; lira cui subditit hebrus & uenit rhodope: phebo miranda loquet'. quin etiam plinius ĩ prohemio Na. histo. scribens ad Titum inqt quantus in poetica es quemadmodũ fratrem imitareris excogitasti: quin etiã Marcialis in epigrãmate ad domicianũ ait posse deum rebus pariter musisq; uacare scimus: & hæc etiam serta placere tibi: fer uates auguste tuos nos gloria dulcis: nos tua cura pr or deliciæq; sumus. ¶Postea. cum ad principatum peruenisset. ¶Nec eo secius. nec ideo minus. ¶Alanos. alani populi sunt scithiæ europiæ iuxta quos sunt toxolani: autor plinius in. iiii. refert amianus marcellinus alanos appellari: quos prisci massagetas dixerunt ab eodem alani europei cognominant'. Martialis: nec te sarmatico transit alanus equo. Alani ut docet eusebius in. vi. præparationis euangelicæ carnibus aluntur panem non esitant. ¶Ipse potissimum. & nõ titus frater. ¶M. AN. ¶Iurisdictionem: prætorii muneris. ¶Tam licenter: tãta licentia. ¶Qualis: pessimus. s. ¶Vrbana: ad res urbanas attinentia. ¶Dictitante: sæpius dicẽte. ¶Ob hæc: partim facta partim temere mota. ¶Aetatis: q̃ ad ea mouenda impar erat. ¶Conditionis: quæ priuata adhuc erat: ut ætatẽ ad belli consilia cõditionẽ ad officia temere distributa referas. ¶Lectica: uectus. ¶Cedente: fratre nõ petẽte. q. d. ne illũ quidem ordinariũ gessisset: si Titus se cãdidatus obtulisset. ordinarius. n. consulatus erat. qui suffragio populi dabatur: qui uero

Pertextati in equis triumphãtis

In poetica clarus.

Alani.

Alani creophagi

aut in demortui locū delatus eēt: aūt ab imperatorū aliquo qui curārū tedio sponte alicui necessariorū dignitate cessisset extraordinarius est dictus. ¶Et ipse. Domitianus. ¶Poeticæ studiū simulauit: atq; ex eo materiam nacti quidam illum in poetica impense celebrant. Marti. Fiat & ex hedera ciuica nostra tibi. Silius italicus: huic sua musæ sacra ferēt. ¶Vologesus: hic ille ē qui sub initiū imperii Vespasiano pollicitus est quadraginta sagittariorū milia. ¶Alanos: Scythiæ populos circa imaum montē ad ortum.

